MONUMENTA
ECCLESIASTICA
TEMPORA
INNOVATAE IN HUNGARIA RELIGIONIS
ILLUSTRANTIA

DIGESSERUNT

J. KARÁCSONYI, FR. KOLLÁNYI ET J. LUKCSICS

SECTIONIS SCIENTIFICAE ET LITERARIAE

SOCIETATIS S. STEPHANI

MEMBRA

TOMUS QUINTUS: 1548—1551.

BUDAPESTINI

Edidit Sectio Scient. et Lit. Societatis S. Stephani

1912

EGYHÁZTÖRTÉNELMI

EMLÉKEK

A MAGYARORSZÁGI HITUJITÁS KORÁBÓL

SZERKESZTETTÉK

KARÁCSONYI J., KOLLÁNYI F. ÉS LUKCSICS J.

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT

TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI

ÖTÖDIK KÖTET: 1548—1551.

BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1912

Nihil obstat.

Dr. Ferdinandus Rott,
censor dioecesanus.

Nr. 8651.

Imprimatur.

Strigonii, die 16. Dec. 1912.

Ludovicus Rajner,
episcopus, vicarius generalis.

ELŐSZÓ.

Az Egyháztörténelmi Emlékeknek ezen 5-ik kötete mindössze négy évről, az 1548—1551. évekről tárja elénk Magyarország vallási állapotait, és mégis 619-re rúg az emlékeknek lehetőleg egybegyűjtött (bár nem teljes) száma.

Oka ennek a vallási mozgalmaknak élességben, külső és belső terjedelemben való növekedése. Hazánk nyugati részén végre megindult a munka az országgyűléseken, iskolákban a katholikus vallás védelmére; az északkeleti részen az egri püspökség végre visszakerült a katholikus egyházhoz; de másrészt annál erősebben terjedt a protestantizmus a török hódoltságban és a keleti részeken, s bent a protestantizmus kebelében is megindult a három részre válás folyamata. Végre pedig az 1551. deczember 17-ikén az alvinczi kastélyban véghezvitt borzalmas gyilkosság ledönti az erdélyi és keleti részeken a katholikus egyház hatalmas támaszát, (Utyeszenics) Fráter György királyi helytartót, váradi püspököt.

Az Egyháztörténelmi Emlékek szerkesztői közül Rapaics Rajmond elhúnyván, helyébe a Szent-István-Társulat Tudományos és Irodalmi Osztálya dr. Lukcsics Józsefet, a budapesti kir. tud. egyetemen az egyháztörténet ny. r. tanárát, választá meg.

1912. deczember 4-ikén.

A szerkesztő-bizottság.

1.

Fogaras, 1548 január 12.

Majláth Istvánné, Nádasdy Anna, bátyjának, Nádasdy Tamásnak említést tesz Batthyány Orbán tetemérõl.

Uxor Stephani Majláth sepulturam Urbani Batthyány scribit Thomae Nádasdy.

...Továbbá hogy azt írja Kegyelmed, hogy ez ideig is *T*[1] tartott ellent..., de bátor Kegyelmed azt bizonyval meghigyje, hogy soha oly igen nem biztathatják *T*, hogy õ ne félne az én szekén uramtól..., mert hogy ne állana az eleven emberen boszút, ha még az haolt emberen is boszút áll, mint szegény Botthyáni Orbánt *A*[2] nagy tisztességvel eltemettetett Fejérvárat az monostorban és *T* kiásatta s az ganéban temettette, kit hiszek, hogy Kegyelmednél is eddik nyilván vagyon...

Az the Kegyelmed huka *Nádasd(y) Anna.*[3]

Károlyi A. és *Szalay* I.: Nádasdy Tamás nádor családi levelezése, (Budapest, 1882) 128.

2.

1548 január 13.

Várday Pál Farnese Sándornak. Rómába küldött hirnökének levelébõl értesült arról, hogy nem feledkezett meg az irányában viseltetõ kiváló hûségrõl, odaadásról és nagy jóakaratot tanusított iránta, a miért nagyon hálás, nemcsak

[1] *T* = Fráter György.

[2] *A* = Izabella királyné.

[3] Ugyanerről *Verancsics* Krakóból 1549 október 18-ikán testvéréhez, Mihályhoz írt levelében: «Et sane, si quod gravius ac diuturnius erit perferendum, adigorque etiam in aliquem casum, quem Deus avertat, ultimum, equidem malo haec omnia apud Achillem quempiam, quam apud larvam. Cuius ut non sim victima, quemadmodum fuit Urbanus ille noster Bathianus, sepulcro etiam vindicta eius eruto (indignum facimus), a quo uno, quum e culina heremitica imperitissimus in aulam prodierat (Fráter György), omnibus his actionibus institutus erat, quibus i qui magistratibus praesunt, pollere debent, — nullum equidem incommodorum genus devitabo». — *Verancsics* Antal: Összes munkái, VI. (Pest, 1860), 343.

mert reményli, hogy közbenjárása kieszközli számára Ő szentségénél azt, a mit királya már régen kérelmez neki és egyházának, hanem azért is, mert minden felőle való megemlékezés örömmel tölti el.

Paulus de Várda refert Alexandro Farnese, se ex epistola nuncii sui Romam missi fuisse certiorem redditum, quod ille non fuerit immemor erga illum habitae eximiae fidelitatis deditionisque atque magnam benevolentiam erga se exhibuerit; quapropter se esse multopere gratum, non solum quoniam speraret, illum intercessione efficere sibi ecclesiaeque suae a Sua Sanctitate id, quod rex suus iam pridem supplicasset, sed etiam quoniam omnis sui memoria se gaudio repleret.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 45.

3.

Bécs, 1548 január 14.

Sparrendorfi Horváth György Nádasdy Tamásnak különféle hireket ir az augsburgi gyűlésről, a pápáról és a követségekről.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi observandissime, post perpetuam servitiorum meorum commendationem etc. Litteras spectabilis et magnificae Dominationis vestre hodie accepi et intellexi nec aliter putavi, quam spect. et mag. Dom. nostram germanicam scripturam optime legere scire. Cum autem spect. et mag. Dominatio vestra non intelligat, scribo nunc S. et M. D. vestre latinis verbis, quantum pro virili intelligo et gratias immortales ago atque habeo S. et M. D. vestre clementis et benevoli animi erga me. Et S. et M. D. vestre grato animo aliquid de novis rumoribus significarem et certiorem facerem, sed nihil aliud audio vel percipio, quam quod cesarea et regia Maiestates adhuc Auguste sint, et accipio, quod parum adhuc in hoc conventu decretum et conclusum sit. Cesarea Maiestas exercitum suum Hyspanicum etc. in ducatum Wirtemberg locavit, arbitratur quoque sacra caesarea Maiestas, velit Helvetios ad obedientiam reducere et cogere. Preterea dicitur papam senectutis et annorum multorum causa papatum cuidam cardinali de Farnesi dicto, qui propinquus et consanguineus sue sanctitatis habetur et anno exacto supremus super pape Italicum exercitum fuit, imposuisse, tradidisse et cuncta in potestatem propriam dedisse. De regis Gallie et ducis Ferrarie[1] legatis sustentatorum in civitate Prugg penes fluvium Muhr in Styria, qui illic detinentur usque ad maio-

[1] Hae duae voces super deletis vocibus: *regis Polonie,* sunt scriptae.

rem regis et cesaris relationem, de Turcico quoque legato, qui est ex Dalmatia, et legatis ex Transylvania, qui hic fuerunt et Augustam versus profecti sunt, S. et M. D. vestram plus et melius me scire credo. Si qui postmodum audiero, sine mora S. et Mag. D. vestre significabo et notum faciam, et me S. et M. D. vestre, ut domino meo observandissimo commendo. Datum Vienne, XIIII. Januarii, anno M. D. XLVIII^{vo}.

Eiusdem Sp. et. M. D. vestre

semper paratus et deditissimus servitor

Georgius Horwath de Sparrendorff,

manu propria.

Kívül: Spectabili et magnifico comiti domino Thome de Nadasd, comiti perpetuo terre Fogaras iudici curie sacre regie Maiestatis etc., domino meo observandissimo.

Eredetije papiron, levált zárópecséttel, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *H.* 2. csomójában.

Közli: Iványi Béla.

4.

Pozsony, 1548 január 28.

A pozsonyi káptalannak a thali pálosok részére kiadott bizonyságlevele arról, hogy Serédy Gáspár és Jajczay Miklós stomfai várnagy a nekik megitélt esküt nem tették le.

Capitulum Posoniense pro parte religiosorum fratrum heremitarum in monasterio de Thal degentium testatur, Gasparum Serédy et Nicolaum Jajczay castellanum de Stomfa non praestitisse iuramentum ipsis adiudicatum.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 383. csomó. Régi jelzete: Actor. provincialium de Thal, fasc. 2. Nr. 8.

Közli: Iványi Béla.

5.

Pozsony, 1548 január 30.

A pozsonyi káptalannak a pálosok részére kiállított bizonyságlevele, hogy Serédy Gáspárnak, a felső részek kapitányának, a pálosokkal szemben mint alperesnek megitélt eskü letételére Serédy nem jelent meg.

Capitulum Posoniense pro parte reverendi ac religiosi patris fratris Francisci generalis prioris et totius conventus ordinis fratrum heremitarum beati Pauli primi heremitae testatur Gasparum Serédy, capitaneum partium superiorum, ad praestandum iuramentum sibi adiudicatum non comparuisse.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 431. csomó. Régi jelzete: *A.* conv. *P.* Tokaj, fasc. 1. Nr. 6.

Közli: Iványi Béla.

6.

1548 elején.

Várday Pál érsek, mint királyi helytartó, a jászai prépostságot György szerzetesnek adja.

Nos Paulus de Warda etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod nos inducti meritis et virtutibus venerabilis et religiosi fratris Georgii de t. vicarii conventus ecclesie de Bedegh ordinis heremitarum, quibus ipsum fidedigno multorum testimonio preditum esse intelleximus, eundem tanquam personam idoneam et benemeritam ad prepposituram ecclesie de Iazow ex speciali commendatione reverendi domini Joannis prepositi de Lelez [et] conventuum ordinis Premonstratensium duximus eligendum, nominandum, dictamque preposituram de Jazow simul cum cunctis oppidis, villis, possessionibus et ceteris bonis temporalibus eidem dandam et conferendam, eligimus, nominamus et auctoritate prefati domini nostri regis, qua in hac... Maiestatis absentia fungimur, damus et conferimus presencium [per] vigorem. Quocirca vos venerabiles priorem et conventum dicte ecclesie de Jazow hortamur et requirimus, authoritate etiam... committimus et mandamus, ut predictum fratrem t. pro vestro preposito tenere et recognoscere, eidemque in omnibus de iure et canonibus consuetis debitam reverentiam et obedientiam prestare debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum etc.

Révai Ferencz nádori helytartónak az Országos Levéltár erdélyi osztályában őrzött Stylionariumából, 3. lap.

Közli: Iványi Béla.

7.

Augsburg, 1548 február 5.

I. Ferdinánd király a menedékkövi kartauzi kolostor javait Loboczky Mátyás királyi tanácsosnak adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus etc., quod nos attentis et consideratis fidelitate et gratorum servitiorum meritis fidelis nostri magnifici Matthie Loboczký consiliarii nostri, que ipse — — — fideliter exhibuit et in dies impendit; considerantes etiam claustrum fratrum Carthusianorum Lapidis refugii ante aliquot annos in comitatu Scepusiensi dirutum et funditus deletum,

per hocque fratribus religiosis eius ordinis omnino destitutum esse, et bona ac possessiones, que alias ad idem claustrum pertinerent, per manus violentas possideri; totales possessiones Francowa, Kolchowan, Rynaldow, Thomasowce, Felsew Sanowa, Welkowcze et predium Werner in predicto comitatu Scepusiensi existentes, que alias ad prefatum claustrum fratrum Carthusianorum Lapidis refugii consequenterque fratres eiusdem pertinuissent, sed nunc per manus alienas et seculares preter nostram annuentiam et concessionem indebite teneri et possideri dicuntur, simul cum cunctis utilitatibus suis prefato Matthie Loboczky, durante nostro beneplacito, in tutelam et protectionem duximus dandas et concedendas, ita videlicet, quod ipse Matthias Loboczky omnes fructus, redditus etc. percipere et in usum convertere possit etc., imo damus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Auguste Vindelicorum, quinta mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinai-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 217.

8.

Felsőtárkány, 1548 február 6.

János, a felsőtárkányi kartauzi ház perjele kijelenti, hogy Henyey Miklóssal és nejével, Dombay Annával nyárádi birtokukra nézve kibékűltek.

Ego frater Joannes, prior domus Vallis Auxilii supra Tarkan, memorie commendamus per presentes, quomodo nos et dominus Nicolaus Henney per dispositionem proborum virorum tam nobilium, quam ignobilium ibidem existentium, videlicet Nicolaum Kwnywith, Michaelem Hespetei et alios quamplures in talem devenimus pacis unionem et concordiam ex parte Nyarad, quod generosa domina Anna soror domini Emerici Werbewczy, coniunx domini Nicolai Henyey, et Emericus Werbewczy nobis coram prefatis satisfecit et persolvit, quare nos eosdem egregium dominum Emericum et dominam Annam sororem eiusdem serie presentium reddidimus expeditos, quitos, liberos per omnia, in cuius rei memoriam dedimus litteras nostras presentes sigillo nostro munitas, eisdem duximus concedendas. Datum in cenobio fratrum ordinis Carthusianorum, in festo Dorothee virginis, anno salutis 1548.

Eredetije papiron, alul rányomott töredékes pecséttel, [Országos Levéltár: N. R. A. fasc. 787. Nr. 3. Közli: Iványi Béla.

9.

Pozsony, 1548 február 8.

Várday Pál érsek írja Nádasdy Tamásnénak, hogy keresni fog hitszónokot számára, ámbár katholikus hitszónokokban szörnyű hiány van.

Generosa ac magnifica domina nobis observandissima, salutem et servitiorum nostrorum commendationem. Libenter in negotio concionatoris, de quo do. vestra ad nos scribit, laborabimus, et si huiusmodi quidem virorum, qui secundum catholicam doctrinam concionentur, hodierno die mira est paucitas, in omnibus autem rebus, quibus mag. vestre gratificari posse intelligamus, habebit nos eadem omni tempore paratos. Scriptis litteris, supervenerunt alie littere mag. vestre cum anserculo, vino et fructibus optimis, de quibus omnibus agimus mag. vestre gratias, vicissimque, uti antea, nos ad omnia mandata, omnia vota et commoda mag. vestre paratissimos semper offerimus. Valere eandem optamus feliciter. Posonii, die 8. Februarii 1548.

Generose ac magnifice dom. vestre deditissimus
servitor et capellanus Strigoniensis
manu propria.

Kívül: Generose et magnifice domine Vrsule de Kanysa, spectabilis et magnifici domini comitis Thome de Nadasd consorti etc., domine nobis observandissime.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött Nádasdy-levelek *U—V.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

10.

Róma, 1548 február 10.

Farnese biboros írja Várday Pál érseknek, hogy mentségét elfogadta s hitvallásával meg van elégedve.

Illustris et reverende domine, tanquam frater.

Accepit equissimo animo Sanctissimus D. N. excusationem reverende D. T., quod scilicet per egritudinem domini Joannis Marsupini et absentiam domini Pauli Tondini, neque nuntium, neque litteras ullas ad Sanctitatem suam misisset. Valde autem est delectatus apertissima summe fidei et officii erga Beatitudinem suam et sacrosanctam sedem apostolicam professione, quam

cum ex reverende dominationis tue litteris, tum vero ex reverendi fratris Augustini oratione planissime perspexit. Cum autem Sanctitas sua ex sermonibus fidedignissimorum virorum sepe intellexerit, in istis locis ac regnis ingenio, virtute, probitate, vite sanctimonia ac dignitate quam paucissimos ipsi esse pares, neminem superiorem, facile adducitur, ut confidat cotidie (!) tue huius professionis in religione tuenda contra impiorum perversitatem, et bene de catholica ecclesia merendo, certissima documenta daturam. Sanctitas certe sua, quibuscunque poterit in rebus, se ei quam benignissimam prebebit. Et ego, qui hec sue Beatitudinis iussu scripsi, reverende dominationis tue voluntates ac vota omnia quocunque studio et officio meo prosequar. Que diu ac feliciter valeat. Roma, X. Februarii MDXLVIII.

D. V. reverende et illustris

Uti frater A. cardinalis de Farnesio.

Alul a papir szélén: Archiepiscopo Strigoniensi.

Kívül: Illustri ac Reverendo domino archiepiscopo Strigoniensi, tanquam fratri etc.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, az Országos Levéltárban őrzött missilislevelek *F.* csomójában.

Közli: Iványi Béla.

11.

1548 február 10.

A pápa értesíti Fráter Györgyöt, hogy örömmel vette az Ágoston atya által kézbesített levelei, a ki közölni fogja vele szándékát is. Egyuttal megköszöni neki a küldött ajándékot.

Papa fratri Georgio intimat, se cum gaudio accepisse epistolam per patrem Augustinum missam, qui consilium suum quoque patefaciet. Simul grates agit pro dono elargito.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 46.

12.

1548 február 20.

A pápa Ilosvai István váradi kanonokot imeriai püspökké kinevezvén, már ekkor megengedte neki, hogy székhelye in partibus infidelium lévén, a váradi egyházmegye segédpüspöke legyen; most pedig hét évi időtartamra fölmenti őt azon kötelezettségtől, hogy az apostolok fejedelmének sirját meglátogassa.

Papa Stephanum de Ilosva canonicum ecclesiae Varadinensis denominans

episcopum Himeriensem, eidem iam tunc temporis concessit, eundem, sede in partibus infidelium existente, fieri suffraganeum dioecesis Varadinensis; nunc vero eum usque ad septem annos liberat ab obligatione visitandi limina sanctorum apostolorum.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 46.

13.

1548 február 20.

Hasonló fölmentést ád a pápa Verőczei Miklós tripolisi püspöknek, mint az erdélyi egyházmegye segédpüspökének.

Dispensationem eiusmodi indulget papa Nicolao de Verôcze episcopo Tripolitano, tamquam suffraganeo dioecesis Transsilvanae.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 46.

14.

1548 február 20.

Ugyanezen fölmentésben részesíti a pápa Fráter György váradi püspököt is.

Eandem dispensationem concedit papa etiam fratri Georgio episcopo Varadinensi.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 46.

15.

1548 február 20.

Egyházi birtokok adózása Vasmegyében.

Processus Clementis Domah iudicis nobilium comitatus Castriferrei in connumeratione subsidii unius floreni per regnicolas ad primam Martii oblati per Demetrium Beychy dicatorem connumerati. Procedere est incepta feria secunda post Invocavit.

Keczked.

Domini prepositi de Sarwar p. XVII. Iudex I, libertinus I, pauperes VI.

Zenthmyklosfalwa in fine oppidi Papocz.

Dominus episcopus Jauriensis p. IIII, solvit. Pertinet ad abbatiam de Scyrcz. Pauperes II, deserte II.

Papocz.

Domini prepositi de Papocz p. III1/2, solvit. Pauperes V, deserte II.

Eghazaskezew.

Domini episcopi Jauriensis p. III 1/2, solvit. Pauperes V, noviter erecte V.

Pordewmelk.

Abbatis de eadem p. IIII, solvit. Pauperes IIII.

Krako.

Heremitarum de Wason p. III 1/2, solvit. Molendinator I, allodiator I, pauperes VI, deserte II.

Kyssomlyo.

Ibidem plebani de eadem p. I, pauper I.

Chehymynthzenth.

Ibidem capituli Castriferrei p. VIII, solvit. Pauperes IIII, novum edificium I.

Herman Thylay.

Capituli Castriferrei p. I 1/2, solvit. Pauperes III.

Olozka.

Capituli Castriferrei p. XXI, solvit. Pauperes XXVII, nova edificia II.

Ozkó.

Capituli Castriferrei p. IIII 1/2, solvit. Pauperes III.

Sydofelde.

Capituli Castriferrei p. IIII 1/2. Pauperes XV, deserte II.

Secundus processus.

Mylyk-Lyparth.

Capituli Castriferrei p. XVI 1/2. Pauperes V, nova edificia III, officialis I.

Kenez.

Capituli Castriferrei p. X. Pauperes IIII, nova edificia III, combusta VIIII.

Saar.

Ibidem jobagio plebani — pauper I.

Zenthkerezth, alias Pedery.

Ibidem Francisci Sennyey et plebani nova edificia — faciens III.

Processus Urbani Naray iudicis nobilium.

Myndzenth.

Domini episcopi Jauriensis, pertinentia abbatie Porno p. XI. Pauperes XII, nova edificia II, deserta I.

Also Beled.

Pertinentia Porno.

Domini episcopi Jauriensis p. VI. Pauperes XI, nova edificia III.

Felsew Bokol.

Domini episcopi Jauriensis ad Porno p. II. Pauperes VIII.

Porno Abbatia.

Domini episcopi Jauriensis p. VII 1/2. Pauperes VI, deserta II, libertinus I.

Nemethkerezthes,

Domini episcopi Jauriensis ad Porno p. II. Pauperes XIIII, nova edificia II.

Felsewewr.

Iobagio plebani de eadem. Pauperes II.

Nagh Chaytha.

Ibidem plebani jobagio. Pauper I.

Zerdahel.

Plebani de eadem, combusta I.

Gyak.

Abbatis de eadem p. III. Pauperes VIII, nova edificia V, libertinus I.

Processus Michaelis Nagh iudicis nobilium.

Zenthmarthon.

Plebani de eadem. Pauper II.

Zenth Wyzlo.

Plebani de eadem. Pauperes II.

Waswaar.

Capituli Castriferrei p. IIII. Pauperes XV, nova edificia III, combustum I, deserta V.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. X. kötet, 219—353. l.

Közli: Iványi Béla.

16.

1548 február vége.

Egyházi birtokok adózása Pozsonymegyében.

Processus Andree Markws iudicis nobilium.

Chwkary.

Honorabilis capituli Posoniensis p. XVII, solvit.

Wyffalw.

Monialium Thirnaviensium p. VII, solvit.

Bolyoraz.

Monialium Thirnaviensium p. XXIII, solvit.

Kerthweles.

Reverendissimi d. Francisci Wylaky p. II, solvit.

Wedred.

Eiusdem domini Wylaky p. XVI, solvit.

Paldy.

Monialium Thirnaviensium p. II, solvit.

Bodogazonffalwa.

Monialium Veterobudensium p. X, solvit.

Kermesen.

Capituli Posoniensis per Hispanos totaliter de fundamento combusta.

Processus Emerici Heghy iudicis nobilium.

Zylyncz.

Honorabilis capituli Posoniensis p. XVII, solvit.

Gezth.

Monialium Tirnaviensium p. II, solvit.

Dyozeg.

Monialium Veterobudensium p. XV, solvit.

Pered.

Reverendissimi domini Strigoniensis p. XIIII, solvit.

Zygard.

Eiusdem domini Strigoniensis p. V, solvit.

Waga.

Reverendissimi domini Strigoniensis p. XVI, solvit.

Zerdahel.

Eiusdem domini Strigoniensis p. XVI, solvit.

Processus Nicolai Ganch iudicis nobilium.

Chyelle.

Reverendissimi domini Strigoniensis p. VII, solvit.

Zwnyogd.

Reverendissimi domini Strigoniensis p. XIII, solvit.

Pyspeky.

Eiusdem domini Strigoniensis p. XXXIII, solvit.

Papffalwa.

Honorabilis capituli Posoniensis p. II, solvit.

Kermesd.

Monialium Veterobudensium p. II, solvit.

Thoron.

Capituli Posoniensis p. VI, solvit.

Ilka-Wyhel.

Monialium Veterobudensium p. X, solvit.

Wywasar.

Earundem monialium p. II, solvit.

Cherge.

Monialium Veterobudensium p. III, solvit.

Wayaswatha.

Earundem monialium, p. IIII, solvit.

Nagh Magyar.

Monialium Veterobudensium p. III, solvit.
Ibidem plebani loci eiusdem p. I, solvit.

Also Janok.

Earundem monialium p. XI, solvit.

Felsew Janok.

Earundem monialium p. VI, solvit.

Welk.

Honorabilis capituli Posoniensis p. XII, solvit.

Chakan.

Reverendissimi domini Francisci Wylaky p. XI, solvit.

Eghazasgele.

Ibidem plebani loci eiusdem p. II, solvit.

Wyffalw.

Monialium Veterobudensium p. III, solvit.

Tharnok et Fenyer.

Monialium Veterobudensium p. XIII, solvit.

Samoth.

Domini prepositi Posoniensis p. X, solvit.

Processus Georgii Fekethe iudicis nobilium.

Reen.

Monialium Veterobudensium p. VIII, solvit.

Wasarwth.

Honorabilis capituli Posoniensis p. XXXIIII½, solvit.

Nyarasd.

Eiusdem capituli Posoniensis p. VII.

Thewnye.

Monialium ex Insula leporum p. VIIII, solvit.

Pysky.

Honorabilis capituli Jauriensis p. IIII, solvit.

Lak.

Honorabilis capituli Jauriensis V, solvit.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

17.

1548.

Egyházi birtokok adózása Szepesmegyében.

Comitatus Scepusiensis.

Super subsidium unius floreni in conventu Tyrnaviensi oblatum pro festo d. Katerine anno 1547., ut octuaginta denarii ad

conservationem gentium et viginti denarii in lucrum camere cedant.

Dicator Petrus Feygel.

Processus primus nobilis Ladislai Tzirba de Gerge iudicis nobilium.

Wieschin.

Capituli Scepusiensis, habet portas V, domus libera I,... iudex I.

Almass.

Prepositi Scepusiensis, habet portas XIII.

Kolbachy.

Capituli Scepusiensis. Ante biennium hic pagus exustus est usque ad port. III, exuste VIII, iudex I.

Kolynfalwa.

Parochi ex villa Olassy p. II.

Wytkoffcze.

Capituli Scepusiensis, pauperes II.

Koysso.

Capituli Scepusiensis p. II 1/2, pauper I, iudex I.

Lutzka.

Domini prepositi Scepusiensis p. II, domus liberas VIII.

Processus secundus Johannis Schekoffsky de Schenkowicz iudicis nobilium.

Gergew.

Capituli Scepusiensis p. IIII 1/2.

Kerthweles.

Capituli Scepusiensis p. II.

Lethon.

Domini prepositi Scepusiensis p. V.
Capituli Scepusiensis IIII.

Farkasfalwa.

Capitulum Scepusiense p. I 1/2.

Processus tertius nobilis Stanislai Tornak de Kisfalva iudicis nobilium.

Landek.

Prepositi de eadem p. VIII, domus libere II, iudex I.

Janusschoffcze.

Domini prepositi a Landek p. II, domus nove IIII, scultetus I.

Lapsa.

Dominus prepositus a Landek p. II, domus nova III, scultetus I.

Frankwagas.

Cart(h)usianorum ex Lechnicza p. III, pauper I, scultetus I.

Ofalw.

Carthusianorum Lechnicensium p. XVI, pauperes IIII, domus recens combuste V, domus libere II, iudex I.

Lechnicza.

Carthusianorum ibidem p. IIII1/2, pauperes II, iudex I, inquilini VI.

Richwalt.

Cart(h)usianorum Lechnicz p. IIII1/2, pauperes III, domus libere IIII, iudex I, inquilini V.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXXV. kötet.

18.

1548.

Egyházi birtokok adózása Győrmegyében.

Patas.

Monialium de *Sygeth* p. XVI, iudex I, nova IIII, pauperes III, deserta I.

Balon.

Domini *Blasii* custodis ecclesie Jauriensis p. XII, iudex I, pauperes II, nova VIIII, relaxati duo.

Gyarmath.

Prepositi de Chorna p. V.

Kayar.

Abbatie Sancti Martini p. IIII.

Kóny nunc non ad capitulum Jauriense, sed ad Marcum cruciferum pertinet.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. u. o.

19.

1548.

Egyházi birtokok adózása Veszprémmegyének egyetlen még török uralom alatt nem lévő járásában.

Wazzar.

Reverendissimi domini episcopi Jauriensis porte II, solvit.

Kyws Lewewld.

Domini prioris de eadem Lewewldh porte XV, solvit.

Nagh Lewewld.

Domini prioris de dicta Nagh Lewewldh porte III, solvit.

Ayka Rennek.

Domini prioris de eadem Nagh Lewewldh porte VI, solvit.

Padragh.

Monialium Wespremiensium porte IIII, solvit.

Choltha.

Domini episcopi Wespremiensis porte I, solvit.

Lowas.

Monialium de Wassarhel porte VI, solvit.

Oppidum Wassarhel.

Monialium de Wassarhel porte XV, solvit.

Nag Jenyew.

Domini episcopi Jauriensis porte XIIII, solvit.

Kyws Zelews.

Monialium de Wassarhel porte VII, solvit.

Dabbron.

Fratrum heremitarum de Wason, continet portas XV, solvit.

Egyhazas Izkaz.

Monialium de Wassarhel porte V, solvit.

Chewz.

Monialium de Wassarhel porte XIIII, solvit.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLIX. kötet.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

20.

1548 márczius 1. táján.

Egyházi birtokok adózása Zemplén- és Szatmármegyékben.

Regestum super introitus primi subsigii (!) in comitatu Zemlyn, anno Domini 1548.

Processus Johannis Vekey.

Lelez, domini prepositi de eadem Lelez por. VIIII, inquilini XIIII, servitor XVII, novi II.

Chierno, eiusdem prepositi por. IIII, inquilini VII, nova I.

Polan, eiusdem prepositi por. VI, inquilini X, nova I, servi II.

Agard. Ibidem domini prepositi de Lelez por. VII, inquilini IIII, novi III, servus I.

Processus Mathei Abagy in eodem comitatu Zemlyn.

Sara, heremitarum de Terebes por. III, inquilini III, novi XVIII, deserte X.

Olazy, heremitarum de Terebes por. VIII, inquilini XVI, novi VII, deserte V.

Lyzka, capituli Zepusyensis por. XXXV, inquilini L.

Kerey, heremitarum Lady por. V, inquilini VIII, novi II, deserte III.

Processus Emerici Laztochky super introitu primi subsigii:

Vechye, heremitarum de Terebes, por. V, inquilini III, servi II, nova I.

(Restantiae comitatus Zathmar).

Gywge.

Capituli Waradiensis p. II.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. LVI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

21.

1548 márczius 1. táján.

Egyházi birtokok adózása Beregmegyében.

Comitatus Berek. Per Albertum Fylpessy. Primum subsidium.

Kyos.

Monacorum p. XXVIII, iudex I, inquili(ni) IIII, deserte IIII.

Nagy Mwsay.

Heremitarum p. VII1/2, iudex I, inquili(nus) I.

Bereghzaz.

Monacorum p. II, iudex I, inquili(ni) V.

Zaloka.

Domini prepositi in Lelez p. VIIII, iudex I, inqui(lini) V, liberti(ni) IIII.

Item monachi de Beregzaz de bonis ipsorum secundum continentias litterarum sacre regie maiestatis ipsis concessarum levaverunt fl. XXX.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. VI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

22.

1548 márczius eleje.

Egyházi birtokok adózása Máramarosmegyében.

Keorthwelyeos.

Kalwgerorum por. IIII, solvit; pauper I, domus nova I, allodium eorundem.

Remethe.

Heremitarum ibidem p. IIII, solvit. Mercenarii, qui ad claustrum serviunt, sint V, pauperes II, nova domus I. etc.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XXI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

23.

1548 márczius 2.

Egyházi birtokok adózása Tornamegyében.

Regestum super connumerationes dicarum regie Maiestatis in comitatu Tornensi per Blasium Kwn de Reste, inceptum feria sexta ante dominicam Oculi 1548.

Processus Thome Terezteni.

Borzwa.

Heremitarum de Gombazeog por. XIII. Inquilini IIII, libertini II, deserte domus II.

Kapolna.

Heremitarum de Gombazeogh por. IIII. Inquilini VI, nova domus II.

Országos Levéltár: Dicalis conscr. XLVI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

24.

Augsburg, 1548 márczius 10.

I. Ferdinánd király az almádi apátságot Bakith Péternek adományozza Czobor Pál bécsi tanuló költségeinek fedezésére.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod cum intelligamus bona, possessiones et alia quelibet iura possessionaria abbatie Almad vocate in comitatu Zaladiensi existentis, iam ab aliquot annis et monasterio et legitimo abbate vacantis per manus secularium distracta atque ab ipsa ecclesia penitus avulsa esse, nolentes illa pro ea cura, qua bona ecclesiastica, quorum in regno nostro Hungarie, more predecessorum nostrorum divorum quondam Hungarie regum, supremi sumus patroni, tueri et protegere tenemur, per secularium manus distrahi et a prefata abbatia alienata indebite possideri: eandem abbatiam de Almad, simul cum prescriptis possessionibus et quibuslibet iuribus possessionariis necnon aliis quibusvis obventionibus et emolumentis, fideli nostro magnifico Petro Bakyth de Lak in tutelam et protectionem,

durante beneplacito nostro, duximus dandam et committendam, imo damus et committimus presentium per vigorem; ita tamen et ea conditione, ut dum idem Petrus Bakyth predicta bona et pertinentias eiusdem abbatie ex beneplacito nostro tenuerit, proventusque eiusdem perceperit, teneatur universos eiusdem proventus singulis annis ad studia et necessitates nobilis adolescentis Pauli Czobor privigni sui, qui nunc in civitate nostra Vienna bonis litteris operam navare dicitur, insumere et impendere. Quocirca fidelibus nostris universis et singulis, qui ex bonis, possessionibus pertinentiisque et quibuslibet iuribus possessionariis prescripte abbatie Almad aliquam partem indebite ad se translatam possident, harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus visis presentibus sine ulla mora et tergiversatione eadem ad manus predicti Petri Bakyth nomine nostro tuenda, protegenda et durante, ut prefertur, beneplacito nostro gubernanda, dare et assignare debeant et teneantur. Secus nullo modo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Auguste Vindelicorum, decima die Martii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, regnorum nostrorum Romani 18., aliorum vero vigesimo secundo.

Budapesti egyetemi könyvtár: Hevenesi-kézíratgyüjtemény, XLIV., 302. — Kaprinai-kézíratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 157—158. — Pannonhalmi rendi levéltár: Caps. 60. H. — V. ö. Győri rég. és tört. füzetek, III. 57.

25.

Augsburg, 1548 márczius 19.

I. Ferdinánd király utasítja Bornemissza Pál budai prépostot, hogy Perényi Péter özvegyétől, Székely Klárától és fiától, Gábortól, az egri várat és püspökséget vegye át és a királyi megbizottnak, gróf Salm Miklós főhadparancsnoknak kezéhez szolgáltassa.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc. Instructio nostra ad generosam et magnificam dominam Claram Zekel, spectabilis et magnifici quondam Petri de Peren comitis comitatus Abaujvariensis relictam, eiusque filium Gabrielem de Peren necnon egregios Ambrosium litteratum Wegh et Thomam Warkoch, prefectos castrorum Pathak et Agriensis ceterosque castellanos, officiales et familiares eiusdem quondam Petri Pereny̆, fideli nostro venera-

bili Paulo Bornemisza preposito Budensi, consiliario nostro etc. a nobis data.

In primis fidelis noster venerabilis Paulus Bornemisza ad generosam et magnificam dominam Claram Zekel, spectabilis et magnifici quondam Petri Perený etc. relictam, eiusque filium magnificum Gabrielem Perený, primum et ante omnia, tandem etiam egregios Ambrosium litteratum Wegh et Thomam Warkoch prefectos etc. nostro nomine accedat illisque simul vel divisim, prout expedire viderit, salutem et gratiam nostram regiam referat.

Deinde exhibitis eidem domine Clare Zekel relicte et eius filio Gabrieli, simul vel separatim, prout melius fore videbitur, litteris nostris credentie, referat eisdem, vel alteri eorum, nostro nomine, non mediocri dolori nobis esse mortem inopinatam domini et parentis ipsorum Petri Perený, tum propter ipsos, qui in tanta temporum perturbatione derelicti sint, tum vero propter eundem ipsum quondam Petrum Perený, quem ab eo tempore, quo gratiam nostram supplex impetravit, clementia nostra regia prosequi semper voluimus quemque ante duos preteritos annos liberum pronunciaveramus, ut a nostra custodia iam dudum liber egredi et ad eos reverti potuisset, si officiales et servitores sui temeritate ac rebellione, eis bene cognita, usi non fuissent et ipsius commissioni et voluntati paruissent; quascunque enim conditiones a nobis ad liberationem sui diversis temporibus postulavit, semper, etiam preter dignitatem nostram clementer ei concessimus. Illi tamen, novis subinde cavillationibus repertis, modum sue liberationis interturbarunt, prout sepe idem Petrus Perený de illis nobis conquestus est, et ipsa quoque domina hec ita fuisse testari potest; postremo cum videremus illos adeo pertinaces et commissioni domini ipsorum minus parentes, citra ullam conditionem ad servitores pertinentem, secundum optata ipsius quondam Petri Perený, eum liberum dimitti iusseramus, sicuti hac [de] re mandata etiam nostra iam emanata et ad eundem Petrum Perený perlata fuerant. Sed posteaquam divina voluntate ab hoc seculo decesserit, equo ferant eius mortem animo, Dei enim statutum inviolatum manet; verum quod diu ante suam mortem ipsam dominam et liberos suos revisere non potuerit: id non parum tribuere poterunt temeritati servitorum suorum. Quamobrem hortetur illos diligenter, simul vel divisim, ut deposita tristitia, quieto sint animo, voluntati enim divine nemo resistere potest, consoleturque eos et offerat ipsis nostram clementiam et patrocinium. Nos enim in rebus omnibus non modo regem et principem eorum,

sed etiam protectorem ac veluti patrem clementem erga eos futuros et in nulla necessitate derelicturos.

Quod vero ad officium funeris attinet, ipse Paulus Bornemiszsza dicat nos iam pridem commisisse fidelibus consiliariis regiminis nostri Austriaci, ut quecunque ad funus ipsius decorandum et honestandum, pro decore et splendore familie ipsius, pertinent, bono ordine et modo exequi debeant. Mandasse preterea, ne quid rerum suarum etiam minimarum, que apud eum fuerunt, pereat, sed fideliter, integre et sine ullo defectu sub sigillo omnia eius bona conserventur, prout de facto conservabuntur; de quibus quandocunque ipsa domina sive sola veniet, sive homines suos mittet ad funus vel Vienne sepeliendum, vel secundum testamentum abducendum, id faciemus, quod iustum erit et nostram regiam decebit dignitatem et maiestatem.

Admoneat deinde prefatus Paulus Bornemiszsza dictam dominam et eius filium, ut quemadmodum hactenus in fide et fidelitate erga nos constanter perstiterunt, ita deinceps etiam persistant; et cum iam hereditas et dominium, ipsaque potestas universorum bonorum dicti quondam Petri Pereny̋ in eos sit devoluta, et tam bonorum quam servitorum merum habeant imperium, officiales etiam et servitores suos in fide et obedientia erga nos conservent; quod si (ut debent) fecerint, nos eis futuros esse regem et dominum clementem, eosque omni nostra regia clementia, qua poterimus, esse prosecuturos.

Et cum sciant arcem et episcopatum ecclesie Agriensis cum eius omnibus pertinentiis ad neminem alium, quam ad nos et nostram collationem atque iurisdictionem pertinere, quem hactenus quoque Thomas Warkoch preter dignitatem voluntatemque nostram, predicti quoque quondam Petri Pereny̋ domini sui commissionem vi tenuerit: hortetur Paulus Bornemisza ipsam dominam et Gabrielem filium, ut iam tandem arcem et episcopatum illum Agriensem, una cum tormentis bellicis et victualibus ac aliis, ut antea inter nos conclusum erat, nobis ad manus fidelis nostri spectabilis et magnifici comitis Nicolai a Salmis capitanei nostri generalis etc. dent et assignent et per ipsum etiam Warkoch assignari faciunt. Nam non posse iam eum et alios servitores aut ipsam voluntatem, aut captivitatem domini eorum pretexere, cum a morte illius reciderit in potestatem domine et filii eius, nobisque, uti regi suo legitimo, arcem et episcopatum predictum Agriensem, veluti ad nos et neminem alium pertinentem, ex officio fidei atque honoris sui restituere teneatur. Que quidem domina, si

responderit, se nostris mandatis parituram et arcem Agriensem nobis ad manus predicti capitanei nostri statim de facto tradituram, non erit opus de his rebus cum officialibus et servitoribus suis ulterius tractare.

Si vero domina ipsa et filius dicerent, officiales ipsos non esse in sua potestate et ob id dicto eorum non esse audientes, neque posse eos ad premissa prestanda et ipsum Thomam Warkoch ad restitutionem arcis nostre Agriensis cogere: in eo casu dictus Paulus Bornemiszsza cum aliis litteris nostris credentie ipsos etiam officiales accedere eisdemque simul vel divisim, prout commodius fore videbitur, exhibitis litteris nostris credentie, gratiam nostram regiam referre debeat.

Narret deinde ipsis iisdem fere verbis, quibus supra domine relicte, nobis satis gravem esse mortem domini ipsorum spectabilis et magnifici quondam Petri Pereňy, quem nos ea regia clementia fuimus a duobus iam preteritis annis prosecuti, ut nisi ipsi pacta et conditiones a nobis cum eo secundum ipsius postulationem initas interturbassent novisque subinde cautelis rem protelassent, iam dudum libertati restitutus ad eos reversus fuisset etc. Sed quando divina voluntate, cui resisti non possit, eum mori contigisset, observent dominam et Gabrielem Pereňy, dominum eorum, uti bonos decet servitores, et gubernationem ac usum castrorum, bonorum et dominiorum suorum hereditariorum liberum ipsis relinquant, castrum autem et episcopatum Agriensem, qui ad nos et collationem nostram regiam pertinet, cum omnibus attinentiis et bombardis aliisque victualibus, uti inter nos antea conclusum fuerat, sine mora nobis remittant ac servent sese una cum prefata domina Clara Zekel eiusque filio magnifico Gabriele Pereňy, ad fidem et fidelitatem nostram; quod si (ut debent) fecerint, nos eis fore regem et dominum gratiosum eosque omni regia nostra clementia prosequuturos.

Admoneat deinceps seorsim egregium quoque Thomam Warkoch de restitutione nobis arcis nostre Agriensis; se enim non ignorare, arcem illam episcopatus Agriensis ad neminem alium, quam ad nos pertinere. Quam hactenus etiam preter dignitatem et voluntatem nostram et defuncti domini sui commissionem tenuisset, iamque non posse pretexere vel voluntatem domini sui, vel iuramentum sibi prestitum obstare, quominus illam nunc nobis reddat. Quod si (ut debet) fecerit, significet nostram erga illum regiam clementiam non defuturam; sin vero etiam deinceps eadem, qua hactenus, contra suam, ut regi suo debitam, fidem

temeritate uti perseveraret: non dubitet, quin eum nos simus bene reperturi et curaturi, ut eum facti sui peniteat.

Hec ubi dictus Paulus Bornemiszsza fideliter (ut debet) obierit, quicquid responsi ad hanc nostram instructionem et mandata a prenominata domina relicta Petri Pereny eiusque filio Gabriele ac castellanis, officialibus et servitoribus eorum ei datum fuerit, tam nobis, quam locumtenenti atque Nicolao comiti a Salm generali ac Andree de Bathor supremo capitaneis nostris, sine mora et dilatione ulla, significare debeat, ut et nos et ipsi sciant, quid ulterius sit faciendum. Summam itaque Paulus ipse Bornemiszsza adhibeat in hoc nostro servitio curam et diligentiam, quam clementia nostra erga eum recognoscemus. Datum Auguste Vindelicorum, decima nona mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. (P. H.) *Nicolaus Olahus,*
episcopus Zagrabiensis m. p.

Budapesti egyetemi könyvtár: Hevenesi-kézfratgyüjtemény, XXX., 400—405.

26.

Augsburg, 1548 márczius 25.

I. Ferdinánd király megengedi, hogy a menekült esztergomi polgárok az esztergomi szent Lőrincz-templom ott elásott kincseit fölkutathassák, elhozhassák, eloszthassák, de a királyi kamarához kötelezvényeket nyujtsanak be, hogy azok értékét visszaadják, ha Esztergomot visszafoglalják.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum.

Venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Expositum nobis est in personis fidelium nostrorum Nicolai Kys, Emerici Kalath, Nicolai Kaza, Francisci Pynkes et Nicolai Karad civium Strigoniensium exulum, quomodo res et bona quedam ad ecclesiam sancti Laurentii in eadem civitate Strigoniensi pertinentia ibidem ingruentibus Thurcis in terram defossa fuerint, que ipsi fortassis, ne ibi perirent, eruere et efferre possent, quatenus ergo hanc rem tentare et succedente dicta bona inter se dividere ac suum in usum concedere permitteremus. Supplicatumque est propterea nobis, ut ipsis ad hoc faciendum consensum nostrum prebere dignaremur. Nam quantum ad ipsa bona attinet, paratos eos esse nobis et dicte ecclesie de indemnitate respondere seque obligare,

quod similia bona aut eorum valorem eidem ecclesie reddent, ubi Strigonium recuperare et ipsos ad bona sua ibidem relicta et existentia redigere continget. Quia vero nobis hec supplicatio iusta et rationabilis visa est, nos ei gratiose assensimus dictisque civibus concessimus, sicuti et concedimus per presentes, ut illa Strigonii defossa bona inde excipere et inter se partiri possint. Vobis autem quantum ad restitutionem aut compensationem illorum bonorum ecclesie modo premisso faciendam attinet, committimus, ut intellecto numero aut valore eorundem bonorum cautionem et obligationem sufficientem et necessariam, que etiam futuris temporibus valida et firma sit, ab eis tam suo quam heredum suorum nomine recipiatis et apud cameram nostram fideliter conservari curetis. Datum Auguste Vindelicorum, vigesima quinta die mensis Martii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus,* episcopus Zagrabiensis.

Országos Levéltár: Ben. resolutiones regiae, I. kötet, 95. l.
Közli: Iványi Béla.

27.

Nagy-Várad, 1548 április 19.

Bánffy Gáspár özvegye, Jaxyth Anna a váradi Szent-István-káptalan kanonokjai, Hunyady Simon és Iklódy István papok előtt Sarmaságon kijelentette, hogy néhai férjének zálogba vetett birtokait visszaváltja.

«Anna Jaxyth relicta egregii condam Casparis Banffy de Losoncz, filia videlicet egregii olim Petri Jaxyth de Naghlak» coram deputatis capituli ecclesie sancti Stephani prothomartiris de promontorio Waradiensi, scilicet magistris Simone de Hwnyad et Stephano de Iklod presbiteris et concanonicis eiusdem capituli in possessione Sarmasagh comitatus Zolnok mediocris universas possessiones quondam mariti sui prius Annae Zechy, relictae egregii condam Balthasaris Bornemyzza de Arthanhaza pro 4000 flor. auri impignoratas ab eadem redimit.

Eredetije a gróf Bánffy-cs. levéltárában, f. IV. nr. 7.
Közli: Karácsonyi János.

28.

Pozsony, 1548 április 24.

Ujlaky Ferencz győri püspök Pető Gáspárnak a kovácsi plébániához tartozó birtokok erőszakos elfoglalása miatt leteendő esküt azon kikötéssel engedi el, hogy erőszakos tette ismétlésének esetében száz forint fizetésére elitéltnek tekintessék.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus per presentes, quod reverendus dominus Franciscus de Wylak episcopus ecclesie Jauriensis ac consiliarius regie Maiestatis etc. ab una ac egregius Gaspar Pethew de Gerse parte ab altera coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi et retulerunt in hunc modum: quod superioribus his temporibus idem dominus Franciscus episcopus eundem Gasparum Pethew ratione et pretextu violente occupationis totalium portionum possessionariarum in possessionibus Kovachy et Eghazaszegh vocatis, in comitatu Castriferrei existentibus et ad parochialem ecclesiam beatorum Cosme et Damiani martyrum in eadem possessione Eghazaszegh adiacentem et sub diocesi episcopatus dicti domini Francisci episcopi habitarum in curiam regiam, in presentiam videlicet reverendi domini Pauli de Warda archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, vigore litterarum suarum exhibitoriarum et ammonitoriarum, in causam convenisset, et licet ipse dominus Franciscus episcopus, actor, contra et adversus dictum Gasparum Pethew iuxta continentiam litterarum ipsius domini locumtenentis regie Maiestatis adiudicatorialium, iuramentalium ad actionem suam iuramentum sola sua in persona coram nobis hodie deponere debuerit, tamen idem dominus Franciscus episcopus, nolens prefatum Gasparum Pethew per depositionem iuramenti sui aliquatenus aggravare, ad intercessionem prefati domini Pauli de Warda archiepiscopi Strigoniensis etc. et aliorum certorum proborum et nobilium virorum ab ipsa iuramenti depositione supersedisset, universasque expensas per eundem in prosecutione cause factas et erogatas, premissasque dictarum portionum possessionariarum ipsius ecclesie occupationem, intertentionem et fructuum earundem perceptionem eidem Gasparo Pethew simpliciter et de facto condonasset et relaxasset tali modo: quod dictus Gaspar Pethew ab indebita molestatione et inquietatione dictarum portionum possessionariarum predicte ecclesie de cetero desisteret, nec se ad illas intromittere debeat; casu vero, quod dictus Gaspar prescriptas

portiones possessionarias aliquatenus indebite occupare proventusque earundem pro seipso percipere, vel colonos ipsos invitos ad aliqua servitia cogere attemptaret, extunc idem Gaspar Pethew in pena solutionis centum florenorum convincatur et convictus habeatur eo facto. Ad que premissa et quevis premissorum singula partes predicte personalibus earum astantibus se sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria tertia, in festo scilicet beati Georgii martyris, anno Domini 1548.

Későbbi kéztől: Reformate sunt iste littere prescripte 1552. feria secunda in festo beati Benedicti abbatis, propter supplicationem plebani prefate ecclesie domino locumtenenti factam, ad mandatum eiusdem locumtenentis; nam ista particula et summa prius, anno supradicto erat inscripta parochiali ecclesie beatorum Cosme et Domiani martyrum in possessione Kowachy, aliter Eghazaszegh vocata adiacenti.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 66b.

Közli: Bunyitay Vincze.

29.

Neuhof, 1548 április 28.

Jurisics Miklós Mihalevicz András borsmonostori apáttól 135 rajnai forintot megkapott.

Ich Niclasz Jurishitz bekhenn für mich und all mein erben, das ich von dem erwierdigen hern Andre Michelevitz abt von Sandt Marienperg emphangen hab 135 g. Reinish, des er ann meiner statt von dem trauner emphangen hat, das ich in hiemit quitt ledig und losz sprich. Zu pesser sicherheit wegen gib ich im hie und auf gedruckt mein aigen petshafft und mein aigen hand geshrifft. Geben zu Neuhoff, dem 28. tag aprilli imm 1548. Jar.

Микола
Mikula
Юришић
Jurisity.

Eredetije papiron, alul papirba nyomott gyűrűspecséttel, *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 28. Nr. 10.

Közli: Iványi Béla.

30.

Pozsony, 1548 május 3.

Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó az egri káptalan panaszára ungmegyei birtokaik tizedének nyolcz évi elhordásáért maga elé idézi a Ruszkai Dobó-családot.

... Capitulo ecclesie Posoniensis Franciscus de Rewa comes comitatus de Thurocz necnon... palatini locumtenens... Dicitur nobis in persona honorabilis capituli ecclesie Agriensis, quomodo egregii Franciscus, Stephanus et Dominicus Dobo de Rwska, nescitur, qua audacia ducti universas decimas frugum, vinorum, vernalium, bladorum, agnorum, apum ac aliarum rerum decimari solitarum eidem capitulo exponenti tam de possessionibus portionibusque possessionariis memoratorum Francisci, Stephani et Dominici Dobo ad castra eorum Palocz et Zerednye necnon possessionem Rwska pertinentibus, quam etiam de bonis nobilium vicinorum eorundem in comitatu de Wngh existentibus, ab annis octo eidem capitulo provenire debentes minus iuste et indebite pro se ipsis extorsissent, in quibus salvis actibus potentiariis plus quam mille florenorum damna intulissent... Pro eo amicitiam vestram... requirimus, quatenus... vestrum testimonium... eisdem committat, ut ipsi decimo quinto die... comparere debeant...

Eredetije papiron, a pozsonyi káptalannak 1548 május 3-ika utáni péntek harmad napján kelt jelentésében átírva, az *Országos Levéltárban: N. R. A.* fasc. 805. Nr. 16. jelzet alatt.

Közli: Iványi Béla.

31.

Pozsony, 1548 május 3.

Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó a gerényi templom kifosztása miatt Ruszkai Dobó Istvánt a pozsonyi káptalan utján megidézi.

Stephanus Dobo de Ruszka, ignoratur qua temeritatis audacia ductus, missis et destinatis prefatis servitoribus et iobagionibus suis armatis et potentiariis manibus in et ad parochialem ecclesiam in predicta Geren constructam, hostiis (!) que eiusdem ecclesie confractis, in eandem subintrando, abinde universas res ipsius ecclesie tam aureas, quam argenteas, puta calices, cruces argenteas deauratas, indumenta sacerdotalia purpurea et byssinia, imagines

quoque lapidibus pretiosis ornatas, alias etiam quamplurimas in valorem duorum millium[1] auri aufferri fecit. Locumtenens palatinalis per capitulum Posoniense citari iubet.

Eredetije papiron, a pozsonyi káptalannak 1548. «Vocem Jocunditatis» vasárnapja előtti szombat negyed napján kelt jelentésében, az *Országos Levéltárban*, jelzete *N. R. A.* fasc. 805. Nr. 15.

Közli: Iványi Béla.

32.

Teke, 1548 május 9.

Nádasdy Anna fiának, Majláth Gábornak írja, hogy atyja neki egy állítólag Betlehemből való szerecsen lovat küldött ajándékba jó tanulásáért.

Uxor Stephani Majláth scribit filio suo, patrem suum misisse sibi equum Saracenum ex Bethlehem, ubi Christus natus est, in praemium boni profectus in litteris.

Zcerelmes fyam kewzewnetemnek es magham ayanlasanak wtanna az the leweledet megh ertettwk, melyben irod azt, hogy kewannal jo hyrth hallanod az the zcerelmes atyad felewl, annak okaerth egeb hyrth ew kegelme felewl nem irhatok, hanem hogy mostan az kezeth az faydalom bantya, de ezt megh erthwen az the zcerelmes athyad, hogy ighen thanolz, teneked mostan egy zerechen lowath kyldewth, mely zcynten David kyralnak warossabol, Bethlehembewl walo, ahol Christus wrwnk zcyletetth, hyzem hogy welte azt az te zcerelmes atyad, hogy megh erdemled ez lowath, kyth mostan neked kyldett, myerthogy immaron latta s mynd irassodath es ertette legen thwdomanyodoth, mellyet my es eremest hallonk, erre walo zcerelemben welliwk, hogy kyldette legen, kyth ew kegelme yo newen wegyen. Wegezetre az ewrek Isten tharchon megh zerelmes fyam nagy sok eztendeygh az ew newenek dicheretyre. ez lewel kewlt Thekeben, Zanyzlo Zenth Myhal masod napyan, anno Domini 1548.

Nadasdy Annazzon (!)
az te zcerelmes anyad.

Kívül: Ez lewel adassek az nagysagos Mailad Gabrielnek, nekem zcerelmes fyamnak.

Eredetije papiron, gyűrűs zárópecséttel, az *Országos Levéltárban* őrzött Nádasdy-levelek *N.* csomójában.

[1] *Deest:* florenorum.

33.

Pozsony, 1548 május 9.

Várday Pál esztergomi érsek a veszprémvölgyi apáczák kérésére megparancsolja Veszprémmegye tisztikarának, hogy egyik helytartósági kiküldöttel együtt becsültesse meg az apáczák birtokán, Somlyó-Vásárhelyen levő és özvegy Posztómető Györgyné meg Deák Máté közt peres szőlőt, hogy azt az apáczák visszaválthassák.

Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius ac locumtenens serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. egregiis et nobilibus vicecomiti ac iudicibus nobilium comitatus Wesprimiensis salutem cum favore. Expositum est nobis in personis religiose domine Marthe Cheh abbatisse ac conventus sororum sanctimonialium ecclesie beati Lamperti martiris de oppido Wasarhel, quomodo superioribus diebus ratione certarum quarundam vinearum in promontorio dicti oppidi Wasarhel, Somlyohege vocato, in terris videlicet dictarum dominarum sanctimonialium exponentium habitarum, inter honestam dominam Ursulam Papay, relictam providi condam Georgii Pozthowmethew ab una, parte vero et altera quendam Mattheum literatum et Catherinam consortem suam, coram iudice iuratisque civibus predicti oppidi Wasarhel, quedam litis et controversie materia mota fuerit et suscitata, ex qua verentur ipse domine sanctimoniales exponentes, ne aliquod nocivum oriretur et ne molestiam inexpectatam ipsa controversia pareret. Ob hoc ipse domine sanctimoniales exponentes volentes litem et controversiam hanc pro bono pacis et quiete earum futura procul amovere et diminuere, dictas vineas litigiosas iuxta morem et consuetudinem in regno observari solitum, congrua estimatione estimari facere, ac pro tali estimatione cupientes futuras contentiones et molestias avertere, ad se potius recipere vellent. Pro eo harum serie hortamur vos et requirimus atque etiam authoritate Maiestatis regie, qua fungimur, vobis iniungimus, quatinus statim, acceptis presentibus, unum vel duos ex vobis iudicibus nobilium transmittatis, qui presente Joanne de Panyth aut Martino de Lehotka vel Andrea de Kyspalwgya, sive Francisco de Bayanhaza, homine nostro de curia ad id specialiter transmisso, ad facies prescripti oppidi Wasarhel et promontorii

predicti consequenterque vinearum prescriptarum litigiosarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, easdem vineas litigiosas secundum Deum et eius iustitiam congrue et iuste, ut moris est, estimetis et limitetis, estimatasque pro pretio, quod per vos decernetur, manibus prefatarum dominarum sanctimonialium exponentium dare et assignare debeatis et teneamini per eas tenendas ac possidendas. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, feria quarta proxima post dominicam Rogationum, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Lecta.

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörös viaszba nyomott pecséttel, *Országos Levéltár:* Acta Monial. Poson. fasc. 26. Nr. 4.

Közli: Iványi Béla.

34.

Nyitra, 1548 május 9.

A nyitrai káptalan Révay Ferencz nádori helytartó parancsára megidézi Májtényi Kristófot, Jánost és Bertalant, mert ezek ellen a pálosok főperjele és az elefánti páloskonvent azt a panaszt tette, hogy cserenyei malmukat elfoglalták.

Capitulum Nitriense ad mandatum Francisci de Rewa et locumtenentis palatinalis Tyrnavie a. 1548 feria quinta proxima post festum beati Marci evangeliste emanatarum egregios Christoforum, Joannem et Bartholomeum Majtenyi pro parte honorabilis fratris Francisci prioris fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite ac totius conventus sui sub invocatione beati Joannis Baptiste supra Lephanth fundati asserentium, quod totale molendinum ipsorum fratrum exponentium in facie fluvii possessionis Cherenyen in comitatu Barsiensi existentis decurrentis habitum occupaverint et detinuerint, feria sexta proxima ante dominicam Rogationum ammonuit et citavit.

Eredetije papiron, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum, 88. csomó. Régi jelzete: Acta conv. Paul. Elephant. fasc. 5. Nr. 6.

Közli: Iványi Béla.

35.

Pozsony, 1548 május 11.

Nádasdy Tamás országbiró igazolja, hogy az egri káptalannak Serédy Gáspár ellen indított perében Serédy a kitüzött időben nem jelent meg.

Nos comes Thomas de Nadasd perpetuus terre Fogaras ac comitatus Castriferrei comes et iudex curie serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc., damus pro memoria, quod Ambrosius de Beycz pro honorabili capitulo ecclesie Agriensis cum procuratoriis litteris eorundem ab octavo die termini celebrationis iudiciorum beati Georgii martiris proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause regnicolarum ex publica eorum constitutione iudicari solite per Maiestatem regiam generaliter fuerant prorogate, contra magnificum Gasparum de t.[1] congruis diebus legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta continentiam litterarum nostrarum exhibitoriarum, ammonitoriarum et certificatoriarum ac capituli ecclesie Strigoniensis exinde relatarum super factis in eisdem contentis peremptorie responsurus, nostram in presentiam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio consueto commisimus fore convictum, si se rationabiliter non poterit excusare. Datum Posonii tertio die termini prenotati anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Országos Levéltár: Erd. oszt. Révai Ferencz stylionariuma, 67. lap.

Közli: Iványi Béla.

36.

Pozsony, 1548 május 15.

Révay Ferencz nádori helytartó előtt a lövöldi perjel, Péter, panaszt tesz, hogy az 1538—44. években Podmaniczky János és Ráfáel nekik roppant károkat okoztak, boraikat, lovaikat elvették, vanyolai jobbágyaik marháit elhajtották. Ezekért a nádori helytartó Podmaniczky Ráfáelt megidézteti.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thurocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens salutem et amicitiam

[1] Seréd.

paratam cum honore. Expositum est nobis in personis venerabilis et religiosi fratris Petri prioris et conventus fratrum ordinis Carthusiensis in claustro beati Michaelis archangeli in Lewewld fundato degentium, quod cum circa festum beatorum undecim millium virginum in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo transacto preteritum iidem exponentes certa quedam vina Simigiensia cum aliquot curribus ex Simigio domum, ad dictum scilicet claustrum ipsorum de Leweld deduci facere habuissent, hominesque eorundem cum ipsis vinis ad territorium possessionis Fok vocate in comitatu Simigiensi existentis pervenissent ibique pacifice transire habuissent, extunc magnificus condam dominus Joannes de Podmanyn, missis et destinatis quampluribus servitoribus, equitibus scilicet et peditibus suis ac magnifici domini Raphaelis Podmanyczky fratris sui manibus armatis et potentiarie ad prescriptos homines et vina dictorum exponentium ibique septuaginta duo vasa vini eorundem exponentium aufferri et ad arcem suam et dicti domini Raphaelis fratris sui carnalis Palotha vocatam abduci fecisset, ex quibus ea, que voluisset, saltem restituisset, reliqua vero maiora et meliora pro se et dicto fratre suo reservasset, per quod idem condam dominus Joannes Podmanyczky dictis exponentibus, dempta violentie pena, plus quam quadringentorum florenorum auri dampna intulisset inferrique fecisset potentia mediante. Hiis non contentus prefatus condam Joannes Podmanyczky circa festum beate Margarethe virginis et martiris, dum videlicet Martinus Saffar et Thomas Azthalos familiares et servitores dictorum exponentium quosdam duos equos turcales in oppido Rako florenis centum et quinquaginta emptos domum, ad prescriptum videlicet claustrum de Leweld ducere habuissent et cum eisdem equis ad possessionem Sandor in comitatu Wesprimiensi habitam pervenissent, extunc prefatus condam Joannes Podmanyczky, nescitur unde motus, missis et destinatis quampluribus hominibus et servitoribus suis et dicti domini Raphaelis fratris sui, in et ad prefatos servitores dictorum exponentium more hostili irruissent prescriptosque equos turcales ab eisdem violenter abstulissent ac eo, quo dictorum condam domini Joannis Podmanyczky ac domini Raphaelis fratris sui placuisset voluntati, fecissent potentia mediante. Ceterum circa festum Penthecostes in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio transacto preteritum prefatus condam Joannes Podmanyczky, missis et destinatis quampluribus hominibus et servitoribus suis et dicti Raphaelis Podmanyczky fratris sui uterini

ad possessionem dictorum exponentium Wanyola vocatam in comitatu Wesprimiensi habitam, illincque quadraginta boves miserorum colonorum dictorum exponentium in eadem possessione Wanyola commorantium rapere, auferrique abigique ac eo, quo eorundem Joannis et Raphaelis Podmanyczky placuisset voluntati, fecissent. Nec hiis contentus prefatus condam Joannes Podmanyczky, circa festum beatorum Petri et Pauli apostolorum in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto transacto preteritum, modo simili missis et destinatis quampluribus servitoribus suis et dicti domini Raphaelis fratris sui, manibus armatis et potentiarie ad dictam possessionem Wanyola, illincque iterum quinquaginta boves colonorum eiusdem possessionis, iobagionum scilicet dictorum exponentium abigi ac eo, quo sue et dicti domini Raphaelis Podmaniczky fratris sui placuisset voluntati, fecisset potentia mediante. Postremo circa festum Omnium Sanctorum in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto transacto preteritum, dum videlicet providi Martinus Zenthes et alii certi quidam iobagiones dictorum exponentium in possessione eorundem Kysleweld in dicto comitatu Wesprimiensi existente commorantes, cum curribus ipsorum ex oppido Papa in libera et publica via, non longe a possessione Borsath vocata in eodem comitatu Wesprimiensi existente transire domumque reverti habuissent, prefatus condam Joannes Podmaniczky, nescitur quo animo ductus, missis et destinatis quampluribus suis et prefati Raphaelis Podmanyczky fratris sui servitoribus, manibus armatis et potentiarie in et ad prefatos Martinum Zenthes et alios iobagiones ipsorum exponentium more hostili irruissent ab eisdemque viginti octo boves iugales abstulissent ac eo, quo eiusdem condam Joannis Podmanyczky et dicti domini Raphaelis fratris sui placuisset voluntati, fecisset. In quibus omnibus premissis prefati condam dominus Joannes et Raphael Podmaniczky frater eiusdem dempta violentie pena, memoratis exponentibus et iobagionibus eorum prenominatis plus quam mille ducentos florenorum auri damna intulissent inferrique fecissent, potentia mediante, in preiudicium et damnum eorundem exponentium valde magnum. Quia autem huiusmodi actus potentiarii per quoscunque patrati iuxta novam constitutionem publicam in curia regia per nos ceterosque iudices regni ordinarios pro quintodecimo die discuti debent et adiudicari, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatenus presentes litteras nostras memorato domino Raphaeli Podmanyczky per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et

presentari faciat, qui si personaliter reperiri poterit, bene quidem, alioqui de domo habitationis sive solite eiusdem residentie ammoneat eiusdem dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse decimo quinto die a die huiusmodi ammonitionis numerando personaliter vel per procuratorem suum legittimum comparere debeat et teneatur, rationem de premissis redditurus, certificando nichilominus eundem ibidem, quod sive ipso termino in prescripto coram nobis compareat sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris, et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem, ut fuerit expedien, terminum ad prescriptum nobis suo modo rescribatis. Datum Posonii, feria tertia proxima ante festum sacri Penthecostes, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

A pozsonyi káptalan a fenti parancs végrehajtására Nándori Lukács kanonokot küldi ki, a ki azt «feria quarta inter octavas Ascensionis Domini» hajtja végre, melyről a káptalan ugyanezen évben «secundo die diei executionis premisse» tesz jelentést.

Eredetije papiron, *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 53. Nr. 15.

Közli: Iványi Béla.

37.

Pozsony, 1548 május 16.

Révay Ferencz nádori helytartó előtt Ujlaky Ferencz győri püspök és ifj. Erdődy Péter az 1545-ben elfoglalt és Somlyó várába vitt tizedekért, továbbá a pornai apátság Pornó-avassa nevű erdejében elkövetett károkért folytatott pereket nyolcz fogott biróra bizzák.

Kívül rávezetve, hogy a fogott birák előtt Erdődy a lefoglalt tizedek ügyében azzal mentette magát, hogy nem ő, hanem Tahy Anna, előbb nagyságos Zrinyi János özvegye, most pedig Sitkey Jakabné, a kinél Somlyó vára akkoriban zálogban volt, foglalta le és vitette el a tizedeket. A Pornó-avassán elkövetett károkért a birák Erdődyt 50 frt büntetésre itélik.

Franciscus Ujlaky episcopus Jauriensis et Petrus iunior Erdődy coram locumtenente palatinali litem propter decimas a. 1545. detentas et in castrum Somlyó devectas et propter damna abbatiae de Porno in sylva Pornó-avassa illata motam 8 arbitris decidendam committunt. Arbitri vero solum propter damna abbatiae de Pornó illata Petrum Erdődy convincunt in flor. 50.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában: Litteralia instrumenta, F. 40. nr. 54.

Közli: Karácsonyi János.

38.

Pozsony, 1548 május 17.

Nádasdy Tamás országbiró Perényi Ferencznek, bár őt a tizedek negyedének elvételéért Sopronczai Heyczey Mihály egri kanonok javára már elitélték, perújítást enged.

Thomas de Nadasd iudex curie magnifico Francisco de Peren ratione ablationis quartae decimarum in favorem venerabilis Michaelis Heyczey de Soproncha canonici Agriensis convicto novum iudicium concedit.

Eredetije a Perényi-levéltárban, a Magyar Nemzeti Múzeumban.

Közli: Karácsonyi János.

39.

Sümegvára, 1548 május 23.

A veszprémi püspök Rezy Gál kanonokot az országbiróhoz követségbe küldi.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi semper observandissime, servitiorum meorum perpetuam commendationem. Misi hunc venerabilem magistrum Gallum ad spectabilem et mag. vestram, per quem nonnulla spectabili et mag. vestre nunciavi, cuius verbis credere dignetur spectabilis et mag. vestra. Servet eandem Christus optimus maximus quam felicissime, cui servitia mea iterum commendo. Ex arce Symegh, 23. Maii, 1548.

Spectabilis et magnificentie vestre

servitor

Vesprimiensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, comiti perpetuo terre Fogaras, iudici curie ac capitaneo supremo regie Maiestatis etc., domino semper observandissimo.

Papiron, vörös viaszba nyomott zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek *K. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

40.

Torda, 1548 május 24.

A tordai országgyűlés vallásügyi határozata.

Decretum dominorum regnicolarum trium nationum regni Transsilvaniae in comitiis Thorde prima dominica, festo Sancte Trinitatis celebratis, anno Domini 1548.

Art. I.

In causa religionis, cum brevi deliberationes principum christianorum expectentur, decretum est: ut in iis quoque nihil innovetur, sed quemadmodum ante biennium constitutum fuit, in eo statu nunc etiam causa religionis consistat, nec concionatoribus de loco eis constituto ad alium concionandi gratia ire liberum sit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Szilágyi: Erdélyi Országgyűlési Emlékek, I. 238.

41.

Pozsony, 1548 május 25.

Várday Pál esztergomi érsek és királyi helytartó Ujlaky Ferencz győri püspök panaszára Podmaniczky Ráfáelt a nyitra-kolosi apátság 1541—48-iki jövedelmének elfoglalásáért maga elé idézteti.

Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens regie Maiestatis etc. Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis in persona reverendissimi domini Francisci de Wylak episcopi ecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui, consiliarii prefate regie Maiestatis etc., quomodo anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo, circa festum videlicet Nativitatis Virginis Marie transacto preteritum, magnificus Raphael Podmaniczky de Podmanyn, nescitur unde motus, abbatiam ipsius exponentis Kolos vocatam in comitatu Nittriensi existentem, habitam simul cum universis eiusdem abbatie pertinentiis, pro seipso occupasset, occupatamque teneret et conservaret etiam modo, universos fructus et utilitates eiusdem abbatie ab eo tempore pro seipso percipiendo potentia mediante. In qua quidem occupatione et conservatione ac universorum fructuum et utilitatum

ipsius abbatie perceptione dicto domino exponenti et abbatie sue plus quam duorum millium florenorum auri damna intulisset et inferri fecisset potentia mediante, in preiudicium et damnum eiusdem domini exponentis manifestum. Cum autem huiusmodi cause instar aliarum causarum ex novis constitutionibus regnicolarum publicis per nos et ceteros iudices regni huius ordinarios pro quinto decimo die ammonitionis ex hinc fiende computando discuti debent et adiudicari, pro eo amicitiam vestram hortamur et requirimus et nichilominus regia, qua fungimur, authoritate committimus et mandamus, quatinus presentes litteras nostras memorato Raphaeli Podmaniczky per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis. Qui si personaliter reperiri poterit, ibidem personaliter, alioqui de domo habitationis sive solite sue residentie ammoneat eundem dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse decimo quinto die a die exhibitionis et ammonitionis presentium ex hinc ipsi fiende computando per se vel per procuratorem suum legittimum rationem de premissis redditurus coram nobis comparere debeat et teneatur. Certificando eundem ibidem, ut sive ipse termino in predicto coram nobis compareat sive non, nos ad partis coram nobis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri, et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem cum ammoniti et certificati nomine terminoque assignato nobis conscientiose rescribatis. Datum Posonii, feria sexta proxima post festum sacri Penthecostes, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

A pozsonyi káptalan embere, Miklós presbiter «de Syry» rector «altaris sacratissimi Corporis Christi in prefata ecclesia nostra Posoniensi fundati», «feria sexta in octava scilicet sacri Penthecostes» hajtja végre a fenti parancsot, melyről a káptalan ugyanezen év «decimo tertio die executionis premisse» teszi az érseknek a jelentést.

Eredetije papiron, Várday Pál érseknek 1549. «in vigilia beati Matie apostoli» Pozsonyban kelt átiratában, az *Országos Levéltárban:* Eccles. Camer. fasc. 21. Nr. 6. jelzet alatt.

Közli: Iványi Béla.

42.

Vasvár, 1548 május 30.

Mátyás, egerszegi plébános és alesperest Kecsethy Márton veszprémi püspök nevében eltiltja Telekessy Imrét és Dorottyát, a veszprémi monostor egyik apáczáját némely kaszaházi földek megvételétől a vasvári káptalan előtt.

«*Honorabilis dominus Mathias plebanus ac vicearchidiaconus oppidi Egerzegh*» *ex commissione Martini Kecsethy episcopi Vesprimiensis coram capi-*

tulo Castriferrei prohibet Emericum Telekessy et Dorotheam, sanctimonialem monasterii Vesprimiensis ab emtione nonnullarum terrarum pagi Kaszaháza.

A vasvár-szombathelyi káptalan protocolluma, 1543—51. év, pag. 14.

Közli: Karácsonyi János.

43.

Augsburg, 1548 junius 2.

V. Károly római császár Fráter György nagyváradi püspököt fölszólítja, hogy a Ferdinánd s Izabella királyné között az egyenetlenségek megszüntetésén és az egri püspökség visszaadásán közreműködjék.

Carolus divina favente clementia Romanorum imperator augustus.

Reverende devote syncere dilecte. Nos devotionis tue precibus inducti omni studio hoc conamur et agimus, ut inter serenissimum principem dominum Ferdinandum Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. regem, fratrem nostrum charissimum, ac serenissimam principem dominam Isabellam Hungarie reginam viduam eiusque filium et Devotionem Tuam ceu eorum tutorem certa concordia constaret, qua Hungarorum animi consociari possent. Jam autem fidedigna relatione cognovimus (quod sane non libenter audivimus) a Tue Dilectionis familiaribus et ministris, quod tamen Devotionis Tue voluntate fieri haud quaquam (arbitramur), pleraque designare, que benignum huiusmodi nostrum institutum non parum turbare ac impedire videntur. Nam preter hoc, quod a tuis occupata esse dicunt plurima tum aliarum, tum superiorum regni Hungarie partium loca, comitatus, eorum proventus ac decime, que ante in potestate et ditione eiusdem serenissimi fratris nostri fuerunt, nunc eos quoque, qui arcem et episcopatum Agriensem, ipso invito, tenent, complicesque eorum Devotionis Tue (ut aiunt) consilio (quod nobis non persuademus) eiusque auxiliorum spe ac fiducia potissimum niti, eoque fieri, quod dictam arcem et episcopatum, ad eundem serenissimum fratrem nostrum tamquam legitimum Hungarie regem omni iure pertinentem, reddere hactenus contra eorum fidem recusarint. Cum autem hec per se indigna sint et maxima incommoda contineant, hortamur Devotionem Tuam, ut quecunque ditioni eiusdem serenissimi fratris nostri, cum eius dignitatem et res non minus, quam nostras proprias cure habeamus, per suos hactenus adempta sunt, sive sint comitatus, sive alia quecunque bona et loca, sive eorum

proventus et decime, citra moram et recusationem reddi curet ac remittat et in posterum illos in similibus rebus atque factis contineat. Curetque inprimis, ne se Agriensium eorumque complicum et rebellium ipsius serenissimi fratris nostri contumacie et inobedientie fautorum, adiutorem aut participem ulla omnino ratione fecisse videatur. Imo vero id semper admitti velit, ut causa nobis prebeatur perseverandi semper in ea benevolentia, qua serenissimam reginam Isabellam eiusque filium atque adeo Devotionem Tuam prosequimur, potius quam ut de hac quicquam imminui velit. In quo sane Devotio Tua rem ut per se iustam et equam, ita nobis acceptam fecerit. Et quamvis Devotionem Tuam id ita facturam non dubitamus, tamen ad hec responsum ab eadem Devotione Tua exspectamus. Datum in civitate nostra imperiali Augusta Vindelicorum, secunda die Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, imperii nostri 28. et regnorum nostrorum 33.

Egykorú másolata a primási világi levéltárban. — Közölve: Magyar Sion, IV. 1866. 682—83.

44.

Pozsony, 1548 junius 7.

Várday Pál esztergomi érsek a bajmóczi kerület tizedeit évi 650 forintért Pernsthain Jánosnénak, Székely Magdolnának bérbe adja.

Nos Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens regie Maiestatis etc. Recognoscimus per presentes litteras nostras, quod nos universas decimas nostras vinorum, frugum et bladorum aliarumque rerum decimari solitarum ex toto districtu Baymocz una cum quartis, dempta dumtaxat parte earum decimarum, quam egregio Gregorio Wyffalussy in eodem districtu pro florenis quinquaginta arendavimus, pro anno presenti 1548. magnifice domine Magdalene Zekel de Ormosd, generosi et magnifici domini Joannis a Pernsthain consorti pro florenis sexingentis quinquaginta Hungaricalibus, de quibus eadem domina nobis integre satisfecit, in arendam dedimus et locavimus promisimusque eandem dominam in pacifica ipsarum decimarum perceptione indemniter manutenere et conservare, immo damus et locamus promittimusque harum nostrarum vigore et testimonio litterarum

mediante. Datum Posonii, die septimo mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Eredetije papiron, alul papirral fedett, vörösviaszba nyomott gyűrűspecséttel, *Országos Levéltár:* Történelmi emlékek, *P. N.* 1548 június 7.

Közli: Iványi Béla.

45.

Torda, 1548 junius 11.

Utyeszenich Fráter György váradi püspöknek és János Zsigmond gyámjának válasza azon sérelmekre, melyeket a nagyszombati gyűlés ellene emelt.

Reverendissime, Reverendi necnon Spectabiles et Magnifici domini fratres et amici observandissimi — — —. Querelas, que in comitiis Tyrnaviensibus in me meosque proposite sunt per reverendum dominum episcopum Vesprimiensem, scripto ad me missas accepi, quibus si tardius respondeo, Dominationes Vestre mirari non debent, cum enim causa ista non me tantum, sed Maiestatem Reginalem eiusque illustrissimum filium et spectabilem ac magnificum comitem Themesiensem respiceret, nondumque ipsas Maiestates per publica regni negotia convenire potuissem, ista mora in respondendo intercessit. Comitatus igitur illi, de quibus Dominationes Vestre scribunt, tempore adhuc serenissimi principis quondam domini Joannis regis — — — ad Cassowiam pertinuerunt, in quibus si iura subditis filii serenissimi regis non administrabuntur, nulla erit ditionis cognitio, que his potissimum rebus consistit, solutione videlicet census et iuris administratione. A dicenda tamen veritate neminem hactenus prohibitum esse scio. Capitulo vero Waradiensi propterea exequutiones interdixeramus, quod homines regii testimoniaque capituli magnis sepe iniuriis afficerentur, publicam ergo per hoc quietem tutatus sum. Ne et istis aliquid eiusmodi accideret, quod Georgio Posa contigit, quem procul dubio existimo ex verberibus aliquoties acceptis mortuum esse. Decimarum quoque exactio ex ditione tantum filii serenissimi regis fuit et talis quidem, ut de iure quidem filii regis non pauca publice pacis gratia concederemus, ex quibus cum ante annos tres, si recte tenemus, in oppidum Derechke convenissemus ad requisitionem domini Gasparis Seredy, media pars comitatus de Saros Georgio Wernero fuit a nobis concessa, pro

quibus quidem decimis neque ex nobilibus neque ex aliis quempiam interceptum fuisse scimus. Primus vero locus tricesimarum Cassovia semper fuit, relique filiales fuerunt. Cum autem occultis quibusdam semitis sepe mercatores a iusta tricesimarum solutione declinarent, stationibus vias premuniunt, de rebus tamen ad proprium usum emptis, nisi que questus gratia comparantur, nulle, quantum nos sciamus, exiguntur tricesime. Ubi vero de arestatione nobilium et aliorum civitatum liberarum civium agitur, que preter omnem viam iuris arestarentur, nec nobiles neque alios hactenus arestatos fuisse audivimus. Inter mercatores tamen cum obligationes mutue sint, coramque variis sepe iudicibus ex eorum obligatione quilibet vel Waradini, vel Debrecini, vel in aliis locis serenissimi quondam regis fili ditioni subiectis comparere teneatur, solita illi consuetudine in eiusmodi rebus sine ulla vi aut impulsione utuntur. Bona autem illa, de quibus nomine Pwthnoky articulis inscriptus est, serenissimus quondam dominus Joannes rex egregio quondam Nicolao Thelegdy contulerat, ego vero cum ipsum Pwthnoky a puero pene educassem bonaque sua illa, que nunc possidet, de manibus alienis liberassem, dabam operam, ut istis quidem potiri posset, ad quam rem consequendam unam ex filiabus ipsius quondam Nicolai Thelegdy, que maiori quidem viro digna fuerat, ipsi Pwthnoky desponderi curaveram, etiam fide illius interposita, quam tamen postea Pwthnoky, cum filiam Baronis duxisset, violare non erubuit. Thorde, undecima die mensis Junii, anno Domini 1548.

Earundem Dominationum Vestrarum deditissimus servitor

Georgius,
episcopus Waradiensis m. p.

Kívül: Responsum reverendissimi domini Waradiensis ad querelas, quas domini ex comitiis Thyrnaviensibus per reverendissimum dominum episcopum Vesprimiensem reverendissimo domino Waradiensi scripto proposuerunt.

Egykorú másolata a primási világi levéltárban. — Közölve: Magyar Sion, IV. 1866. 207—210.

46.

Pozsony, 1548 junius 12.

Révay Ferencz nádori helytartó, igazoltatván előtte, hogy Serédy Gáspár azon esküt, melyet a pálosoktól egy tokaji szőlő ügyében ellene indított perben három társával együtt Pozsonyban 1548. január 28-ikán kellett volna letennie, nem tette le, őt elmarasztalja és a tokaji szőlő átadását elrendeli.

Franciscus de Rewa, locumtenens palatinalis, quia Gasparus Serédy iura-

mentum, quod in lite a Paulinis ratione vineae Tokajiensis contra eum mota coram capitulo Posoniensis quarto die festi conversionis beati Pauli apostoli una cum tribus sociis nobilibus praestare debuisset, non praestitit, eum convincit et executionem praecipit.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum, 431. csomó. (Tokaj. F. 1. nr. 7., 9.)

Közli: IVÁNYI BÉLA.

47.

Pozsony, 1548 junius 15.

I. Ferdinánd király Ruszkai Dobó Ferencz, István és Domonkos kérelmére meghagyja a leleszi konventnek, hogy Homonnai Drugeth Györgyöt, — a ki embereivel fegyveresen megrohantatta a panaszosok Pálóczon levő kastélyát, midőn pedig ezt bevenni nem tudták, a pálóczi plébániai templomot gyujtották föl és rabolták ki s több mint 3000 forint értéküt vittek el és egyéb hatalmaskodásokat követtek el, — idézze meg. A konvent a fenti parancs végrehajtására Pécsy János miséspaptársát küldte ki, a ki az idézést augusztus 11-ikén hajtja végre.

Ferdinandus I. ad quaerelam Francisci, Stephani et Dominici Dobó de Ruszka committit conventui de Lelesz, ut Georgium Drugeth de Homonna, qui cum hominibus suis armatis in castellum de Pálócz irruit et cum hoc capere nequivit, «parochialem ecclesiam praedictae possessionis Pálócz igne succendi ex eademque cum res aureas et argenteas, item calices, cruces, turribula (!) argentea casulasque cum caeteris rebus et bonis ecclesiasticis ad cultum divinum factis» in valore plus quam 3000 florenorum auferri fecit, citet. Conventus autem citationem per fratrem Joannem Quinqueecclesiensem, presbiterum ecclesiae conventualem 11-a Augusti peragit.

Országos Levéltár: N. R. A. f. 805. Nr. 4.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

48.

Pozsony, 1548 junius 27.

A pozsonyi káptalan jelenti Révay Ferencz nádori helytartónak, hogy midőn a pálosok javára Serédy Gáspár ellen birtokfoglalások miatt kimondott itéletet a nádori ember végre akarta hajtani, Serédy ezt visszaüzte.

Capitulum Posoniense Francisco de Rewa locumtenenti palatinali refert, hominem palatinalem, cum sententiam iudicialem «pro parte reverendi et religiosorum fratrum prioris generalis et totius conventus fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite in hoc regno degentium» contra Gasparum Serédy ob occupationes possessionum latam executioni mandare vellet, a Gasparo Serédy repulsum fuisse.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 431. csomó. (Tokaj. fasc. 1. nr. 10.)

Közli: IVÁNYI BÉLA.

49.

Eger, 1548 Junius 28.

Az egri káptalan jelenti I. Ferdinánd királynak, hogy parancsára Serédy Gáspárt és Serédy Benedeket a gönczi, regéczi és sajóládi pálos-monostorok birtokainak elfoglalása miatt a király elé idézte.

Serenissimo principi et domino, domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regi, semper augusto, infanti Hispaniarum, archiduci Austrie etc., domino eorum gratiosissimo, capitulum ecclesie Agriensis orationum suffragia devotarum, perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem exhibitorias, ammonitorias, et certificatorias pro parte reverendorum et religiosorum fratrum Francisci prioris generalis ac Valentini vicarii de Laadh ceterorumque fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite contra magnificum Gasparum ac egregium Benedictum de Seredh nobis preceptorie loquentes et directas summo cum honore recepisse in hec verba:

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris capitulo ecclesie Agriensis salutem et gratiam. Exponitur maiestati nostre in personis reverendorum ac religiosorum fratrum Francisci prioris generalis ac Valentini vicarii de Laad ceterorumque fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite, qualiter circa festum nativitatis beati Joannis Baptiste in anno, cuius iam decima septima vel citra instaret revolutio, preteritum, magnificus Gaspar de Sered, nescitur unde motus, totalem possessionem, ipsorum exponentium Zada vocatam in comitatu Zempleniensi existentem, ad claustrum videlicet eorum ad honorem beatissime virginis Marie supra oppidum Gencz in eodem comitatu Zempleniensi existens constructum pertinentem, minus iuste et indebite viaque iuris sine omni occupasset, occupativeque teneret et conservaret etiam modo, quaslibet utilitates et proventus eiusdem pro se percipiendo, potentia mediante. Ceterum prefatus Gaspar Seredi, hiis minime contentus, circa festum beati Michaelis archangeli in anno, cuius iam sexta vel citra instaret revolutio, preteritum, totalem possessionem ipsorum exponentium Kynez vocatam, in predicto comitatu Zempleniensi existentem habitam, ad claustrum eorundem ad honorem sancte Catherine virginis et martyris prope castrum Regech in eodem comitatu Zempleniensi habitum constructum pertinentem similiter pro se

minus iuste et indebite viaque iuris sine omni occupasset, occupativeque teneret et conservaret etiam modo, potentia mediante. Postremo, qualiter circa festum beate Dorothee virginis et martiris proxime preteritum egregius Benedictus Seredi, prefectus castri prefati Gaspari Seredi, Thokaj vocati per ipsum Gasparum Seredi ibidem constitutus, ex speciali commissione et mandato eiusdem Gaspari Seredi domini sui totalem domum et curiam ipsorum exponentium in possessione Tharchalkereztwr vocata in comitatu Zempleniensi habitam, ad claustrum videlicet eorundem exponentium Laad vocatum ad honorem beatissime virginis Marie in predicto comitatu Zempleniensi existens constructum pertinentem, simul cum duabus vineis eorundem exponentium, in promontorio eiusdem possessionis Tharchalkerezthwr adiacentem, ad predictum claustrum Laad pertinentem, ac sex vasis vinorum in eadem curia repertis a predicto claustro et consequenter manibus ipsorum exponentium minus iuste et indebite viaque iuris sine omni occupasset, occupativeque easdem domum et vineas teneret et conservaret etiam modo, pretacta vero vina, quo ipsorum placuisset voluntati, fecissent potentia mediante in preiudicium et dampnum dictorum exponentium valde magnum. Cum autem huiusmodi actus potentiarie, iuxta constitutionem publicam regnicolarum nostrorum superinde factam, pro quinto decimo die ammonitionis exhinc fiende per iudices regni nostri ordinarios continuo discuti possint et adiudicari, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatenus presentes litteras nostras memoratis Gasparo et Benedicto Seredi per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterunt, bene quidem, alioqui de domo habitationis sive solite eorundem residentie, ammoneat eosdem dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi decimo quinto die, a die exhibitionis et ammonitionis huiusmodi computando, personaliter vel per procuratores eorum legitimos coram nostra personali presentia comparere debeant et teneantur rationem de premissis reddituri efficacem, certificando eosdem ibidem, ut sive ipsi termino in predicto coram dicta nostra personali presentia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem, cum ammonitorum et evocatorum nominibus, ut fuerit expediendum, terminum ad predictum dicte nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Posonii, feria quinta proxima ante festum sacri

pentecostes, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Nos itaque mandatis serenitatis vestre..... in omnibus obedire volentes, ut tenemur, statim honorabilem magistrum Thomam de Sayozenthpeter fratrem et concanonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod ipse in festo nativitatis beati Joannis Baptiste ad castrum magnifici domini Gaspari Seredi Thokaj vocatum in comitatu Zempleniensi existens habitum accessisset, prefatumque Gasparum de Seredh personaliter reperire minime potuisset. Nihilominus de castro suo predicto Thokaj vocato, medio Benedicti Seredi, ipsum vero Benedictum Seredi castro in eodem Thokaj, ibidem personaliter repertum, ammonuisset dixissetque et commisisset eisdem verbo vestre serenitatis, ut ipsi decimo quinto die, a die huiusmodi ammonitionis ex hinc fiende, coram presentia vestre serenitatis comparere modis omnibus debeant et teneantur, certificassetque eosdem ibidem, ut sive ipsi termino assignato coram personali presentia vestre serenitatis compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem cum ammoniti et certificati nomine, ut fuerit expediendum, terminum ad prescriptum eidem personali presentie vestre serenitatis suo modo duximus rescribendum. Datum decima quinta die diei executionis premissarum, anno Domini supradicto.

Kívül: Personali presentie regie maiestatis. Pro reverendis et religiosis fratribus Francisco priore generali ac Valentino vicario de Laad aliisque fratribus heremitis ordinis beati Pauli primi heremite, contra magnificum Casparum ac egregium Benedictum Seredh, modo infrascripto. Relatio.

Eredetije papiron, kívül rányomott pecsét töredékével, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum. 128. csomó. Régi jelzete: Acta Paul. S. Cath. Göncz. fasc. 4. Nr. 7.

Közli: Iványi Béla.

50.

1548 julius 14.

Bódy György leleszi prépost és konventje jelenti Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartónak, hogy midőn a pálosok részére Serédi Gáspár alperes ellen szóló itélet értelmében a pálosokat némely tokaji szőlő birtokába visszaiktatni akarták, Serédi Gáspár ez ellen visszaűzéssel élt.

Conventus Leleszіensis Francisco de Rewa locumtenenti palatinali refert,

hominem palatinalem, cum «pro parte reverendi ac religiosi patris fratris Francisci prioris generalis ac totius conventus fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite» contra Gasparum Serédy in causa vineae Tokajensis latam sententiam exequi vellet, a Gasparo Serédy repulsum fuisse.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum. 431. csomó. (Tokaj. fasc. 1. Nr. 8.)

51.

Bécs, 1548 július 16.

I. Ferdinánd király a beszterczebányai szent Erzsébet-ispotály birtokait megerősíti.

Confirmatio privilegii hospitalis beate Elizabet vidue in civitate Novizoliensi fundati facta.

Anno Domini 1548. Vienne decima sexta die mensis Julii, date sunt littere privilegiales regie Maiestatis, manu eius subscripte, quibus mediantibus sua Maiestas litteras quasdam serenissimi principis condam domini Ludovici regis Hungarie, sororii sui charissimi, super collatione certorum bonorum hospitalis ecclesie beate Elyzabeth vidue, in civitate Novizoliensi fundati, in articulis hoc modo confirmasse dinoscebatur. Bona per Ludovicum regem propter combustionem litterarum ipsi hospitali nova donatione collata hec sunt: Inprimis tredecim colonos sessionatos in ipsa civitate Novizoliensi in platea ipsius hospitalis. Secundo quinque colonos sessionatos in platea superiori ipsius civitatis. Tertio duos colonos rursum sessionatos in fine platee post balneum ipsius civitatis et reliquos duos colonos sessionatos in ortu molendini inferioris ipsius hospitalis degentes, simul cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet. Insuper duo molendina iuxta ipsam civitatem Novizoliensem in fluvio Byzthycza ibidem decurenti habita ea libertate et perogativa, ne quispiam hominum cuiuscunque conditionis infra vel supra ipsa molendina, sed nec in medio eorum, tam in ipso fluvio Byzthrycza, quam alio Gron vocato in preiudicium ipsius hospitalis molendinum extruere possit. Item ne quis civium et inhabitatorum ipsius civitatis fruges et quevis frumentorum genera molenda, quam ad illa duo molendina hospitalis ad molendum portare audeat. Item nullus molitorum externorum molendinorum seu alterius conditionis hominum audeat triticum de foro ipsius civitatis educere, nisi in equis ad propriam necessitatem. Deinde, quod in preiudicium ipsius hospitalis in ipsa civitate Novizoliensi aliud hospitale erigi non

possit. Et quod in ipsum hospitale beatę Elyzabet nullus vagorum et extraneorum pauperum, sed ex ea tantum civitate oriundorum ad pauperiem devenientium, in numero viginti quatuor personarum, ingredi et recipi debeant et possint. Item ab eductione scalarum et aliorum generum tormentorum ad supplicium malefactorum necessariorum liberasse dinoscebatur. Eisdem iudici iuratisque et ceteris civibus et inhabitatoribus dicte civitatis Novizoliensis ipsorumque posteris et successoribus perpetuo valituras gratiose confirmavit, salvo iure alieno.

Országos Levéltár: Liber Regius. II. kötet. 252. lap.

Közli: Iványi Béla.

52.

Zalavár, 1548 julius 25.

A szalavári konvent Zrínyi Miklósnak a csurgai uradalomba való beiktatásához tanuul Lázár szerzetes testvért, a volt zselicz-szentjakabi apátot küldi.

Conventus monasterii de Zala pro testimonio ad statutionem Nicolai Zrínyi in dominium castri Csurgó «religiosum fratrem Lazarum, alias abbatem de Zenth Jacab», socium suum destinat.

Barabás: Zrínyi Miklós levelezése. II, 209.

53.

1548 julius 27.

Az egri káptalan átírja Várday Pál akkori egri püspöknek azon, 1526 márczius 1-én kelt levelét, melyben Várday az egri egyházban levő szűz Mária-oltár javadalmát a Kovács-utcza végén levő pincze birtokában megerősíti.

Nos capitulum ecclesie Agriensis memorie commendamus per presentes, quod reverendus dominus Laurentius de Hewes archidiaconus cathedralis, vicarius et concanonicus noster, exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras in duplici papiro, reverendissimi domini Pauli de Warda episcopi ecclesie Agriensis, sub sigillo eiusdem confectas, chirographoque proprio consignatas, petens nos debita cum instantia, ut easdem de verbo ad verbum transcribi et transsumi ac presentibus litteris nostris patentibus redigi facientes, eidem ad iuris sui uberiorem cautelam extradare et concedere dignaremur, quarum tenor talis est:

Nos Paulus de Varda episcopus ecclesie Agriensis etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos, cum ad instantem

petitionem venerabilis magistri Simonis archidiaconi cathedralis et rectoris altaris beatissime Marie virginis Agriensis, tum vero ob certam spem et singularem devotionem, quam erga eandem Dei genitricem virginem Mariam habemus, totum et omne ius nostrum, si quod in cellario Agrie in fine platee Kowachwcza, inter domum altaris sacratissimi Corporis Christi a meridionali et quoddam cellarium honeste domine Elizabet alias relicte quondam Thome Kewmyes, nunc vero consortis Stephani Litterati, a septemtrionali plagis adiacente, quod quidem cellarium alias circumspecti quondam Martini Nagi prefuisse, nunc vero ex donatione et collatione venerabilis quondam Thadei, olim gubernatoris ecclesie Agriensis ad prescriptum altare beatissime Marie virginis pertinere dinoscitur, qualitercunque haberemus, totaliter ipsi altari et per consequens prescripto magistro Simoni archidiacono et rectori eiusdem altaris moderno futurisque rectoribus ipsius altaris dedimus, donavimus et contulimus, donationem atque collationem predicti Thadei gubernatoris, si et in quantum rite et legittime facta est, presentibus confirmantes et in suo vigore relinquentes, imo damus, donamus et conferimus confirmamusque et relinquimus, salvo tamen iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude, feria quinta proxima post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto. Idem episcopus Agriensis manu propria.

Nos itaque petitioni dicti reverendi domini Laurentii de Hewes archidiaconi cathedralis vicariique et canonici nostri favorabiliter inclinati, prescriptas litteras reverendissimi domini Pauli de Varda tunc episcopi ecclesie Agriensis, non cancellatas, non abrasas nec in aliqua parte vitiatas, neque suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, nihil addendo nihilque diminuendo de verbo ad verbum transcribi et transsumi ac presentibus litteris nostris patentibus redigi fecimus, eidemque iuris sui ad cautelam duximus concedendum. Datum feria sexta post festum beate Anne martyris (!) anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije papiron, egyszerü egykorú másolatban, *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 12. Nr. 7.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

54.

Vasvár, 1548 julius 28.

A vasvári káptalan előtt Szennyesi Anna, a veszprémvölgyi apáczák fejedelemasszonya, esküt tett arra, hogy 1546. november 1. táján Gyulaffy László monostoruknak kenesei és sándori jobbágyait megraboltatta. E pert még az előző fejedelemasszony, Telekessy Dorottya kezdette.

Coram capitulo Castriferrei religiosa domina Anna Zennyessy abbatissa conventus sanctimonialium de valle Wesprimiensi, in quam presens iuramentalis depositio mortua condam domina Dorothea de Thelekes similiter abbatissa eiusdem conventus «fuisset condescensa», iureiurando testatur anno 1546. circa 1-am Novembris iobbagiones monasterii sui in Kenese et Sándor habitantes a Ladislao Gyulaffy de Rátót direptos fuisse.

A vasvár-szombathelyi káptalan protocolluma, 1543—51. év, pag. 30.

Közli: Karácsonyi János.

55.

Bécs, 1548 augusztus 1.

I. Ferdinánd király a nagyszombati apáczákat megerősíti azon régi kiváltságukban, hogy sem ők, sem jobbágyaik a királyi kamarának adót ne fizessenek.

Exemptio monialium Thyrnaviensium a solutione collectarum.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris venerabili et egregiis consiliariis camere nostre Hungarice necnon dicatoribus et exactoribus quarumcumque taxarum collectarumque et subsidiorum nostrorum modernis et futuris presentes nostras visuris salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostre in personis religiosarum virginum sanctimonialium claustri beate Marie virginis, in civitate nostra Thyrnaviensi fundati, humiliter, quod licet ipse virgines habeant certa privilegia a divis quondam Hungarie regibus, nostris predecessoribus, ipsis data et per nos confirmata, quibus mediantibus coloni ipsarum tam in prefata civitate nostra Thyrnaviensi, quam etiam extra eam ubivis commorantes, ab omni genere collectarum regiarum penitus exempti et supportati essent, forent tamen nonnulli ex nobis, qui hanc praerogativam ipsis virginibus sanctimonialibus non observarent, in derogamen iurium ipsarum et damnum non mediocre, supplicando nobis humiliter, ut ipsis superinde gratiose providere dignaremur. Quarum nos humili supplicatione accepta, volentes eas in earum antiquis iuribus et libertatibus conservare et per omnes fideles subditos nostros con-

servari facere, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus, a modo in posterum, populos et colonos supradictarum virginum tam in prescripta civitate nostra Thyrnaviensi, quam alibi extra eam ubicunque commorantes in dictis eorum iuribus et libertatibus conservare neque eos ad solutionem quarumcunque taxarum, collectarum et censuum ad cameram nostram dari solitarum compellere aut eos propterea in personis rebusque et bonis ipsorum quovis modo impedire, turbare aut damnificare presumatis, sed eos in prescriptis iuribus et libertatibus per nos etiam gratiose confirmatis omnino conservare debeatis et teneamini. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, prima die mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus m. p. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Zagrabiensis etc.

Országos Levéltár: Benignae resol. regiae, I. k., 93. lap.
Közli: Iványi Béla.

56.

Bécs, 1548 augusztus 1.

I. Ferdinánd király a landeki prépostságot Eperjesi Zula Gáspárnak adja oly kikötéssel, hogy magát fölszenteltesse és az istentiszteletet végezze.

Donatio prepositure Landek in comitatu Scepusiensi existentis nobili Gaspari Zwla facta.

Nos Ferdinandus ect. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos inducti virtutibus, morum probitate et litteralis scientie peritia fidelis nostri nobilis Gaspari litterati Zwla de Eperyes, notarii maioris cancellarie nostre Hungarice, quibus ipse ab Altissimo insignitus testimonio fidelis nostri reverendissimi domini Nicolai Olahi episcopi Zagrabiensis, consiliarii et in regno nostro Hungarie cancellarii nostri, fidelis nobis syncere dilecti, apud nos meruit commendari, eiusdem igitur tanquam personam idoneam et benemeritam ad preposituram Landek in comitatu Scepusiensi existentem, hactenus ex nostra concessione apud manus fidelis nostri magnifici Matthie Loboczky existentem, a pluribus, ut dicitur, annis legittimo preposito vacantem, authoritate iurispatronatus

nostri regii, quod generaliter in omnibus regni nostri Hungarie ecclesiis more predecessorum nostrorum, divorum quondam regum Hungarie, habemus, duximus eligendum, nominandum et presentandum ac eidem preposituram ipsam simul cum omnibus possessionibus, portionibus, prediis et quibuslibet iuribus possessionariis necnon bonis temporalibus obventionibusque et emolumentis universis premissa authoritate nostra dandam et conferendam, ita tamen, quod idem Gaspar litteratus infra tempus a canonibus institutum sacris initiari et ea, que ad divinum cultum rite peragendum in ecclesia ipsius prepositure pertinent, diligenter semper obire et exercere debeat et teneatur, imo eligimus, nominamus damusque et conferimus ac illi, cuius interest, pro canonica institutione et confirmatione accipienda presentamus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Vienne, prima die mensis Augusti, anno Domini MDXLVIII., regnorum nostrorum Ro(manorum) 18., aliorum vero 22.

Országos Levéltár: Liber Regius, II. kötet, 279—280. old.

Közli: Iványi Béla.

57.

Nyitra, 1548 augusztus 1.

Tamásy János esztergomi kanonok a nyitrai káptalan előtt saját és kanonoktársainak nevében kijelenti, hogy a Balassa Menyhérttel kötött egyezkedés pontjait, mivel Balassa javaik bitortásával föl nem hagyott, visszavonja és tartalmukat semmisnek nyilvánítja.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis memorie commendamus per presentes, quod honorabilis magister dominus Joannes de Thamasy canonicus ecclesie Strigoniensis in suo ac reverendorum dominorum capituli et canonicorum ecclesie prefate Strigoniensis nominibus et personis nostram personaliter veniens in presentiam, per modum protestationis, inhibitionis ac revocationis nobis significare curavit in hunc modum: qualiter magnificus dominus Melchior Balassa de Gyarmath comes comitatuum Hontensis et Barsiensis iuxta concordiam per magnificum dominum Franciscum de Rewa comitem comitatus de Thwrocz ac vacante officio regni Hungarie palatini locumtenentem inter reverendissimum dominum Paulum de Warda archiepiscopum ecclesie predicte Strigoniensis, summum cancellarium et locumtenentem sacre regie Maiestatis etc., ac prefatum capitulum eiusdem

ecclesie Strigoniensis ab una, parte vero ex altera antefatum Melchiorem Balassa superioribus diebus Posonii initam atque celebratam se obtulerit, obligaverit et astrinxerit, ut de cetero molestatione, impetitione oppressioneque colonorum prefati capituli Strigoniensis in oppidis eorum Zebeleb, Nempthy ac Nyek vocatis cum pertinentiis eorundem in predicto comitatu Honthensi existentibus, habitis commorantium tam per se, quam per suos abstineret atque cessaret, sed per prefatum capitulum vel hominem eiusdem capituli ea omnia bona ipsorum una cum omnibus proventibus possidere pacifice permitteret, permittique faceret; huiusmodi itaque obligationis dicti domini Melchioris Balassa respectu prenarratum capitulum ecclesie Strigoniensis e medio eorum antefatum dominum magistrum Joannem pro possidendis prefatis bonis eorum percipiendisque decimis et nonis frugum, aliarumque rerum decimari solitarum huc deorsum in medium colonorum prefatorum capituli et dominorum canonicorum pretacte ecclesie Strigoniensis in pretactis oppidis eorum Zebeleb, Nempthy et Nyek cum pertinentiis residentium dimisissent, idemque dominus magister Joannes iuxta informationem per dictum capitulum sibi prestitam ad prefata bona eorum personaliter accessit, et penes premissam oblationem antefati domini Melchioris Balassa etiam realiter possedisset, attamen adveniente tempore exactionis decimarum et nonarum frugum rerumque aliarum decimari solitarum, preallegatus. dominus Melchior Balassa, nescitur quibus ductus respectibus, immemor obligationis sue premisse,[1] universa bona dicti capituli predicta denuo pro se occupari ac decimas universas et nonas frugum, siliginis, idque genus bladorum ubique in eisdem bonis per certos suos homines exigi fecisset in preiudicium et dampnum dicti capituli Strigoniensis et dominorum capitularium manifestum; preterea super hiisdem quoque idem dominus magister Joannes coram nobis protestatus extitisset, quod quamvis anno quoque elapso inter eundem dominum Melchiorem Balassa ab una ac dictum capitulum ecclesie Strigoniensis ab alia partibus ratione et pretextu certorum actuum potentiariorum per prefatum dominum Melchiorem Balassa et homines suos contra eundem (!) capitulum Strigoniense diversis temporibus patratorum quedam concordia et unio celebrata extiterit, attamen idem dominus Melchior Balassa eandem quoque ordinationem in nullis punctis, clausulis et articulis tenere

[1] *In originali erronee:* sui premissi.

et observare curasset, prout non curaret etiam de presenti. Unde facta huiusmodi potestatione idem dominus magister Joannes in suo ac prefati capituli et aliorum canonicorum ecclesie Strigoniensis nominibus et personis memoratum dominum Melchiorem Balassa hominesque suos universos ab huiusmodi minus iusta et indebita occupatione dictorum oppidorum Zebeleb, Nempthy et Nyek pertinentiarumque suarum recens facta, eorundem oppidorum frugum decimalium, nonalium et quorumlibet proventuum atque emolumentorum indebita exactione, pro se perceptione, percipique factione prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste, ac insuper premissas concordias inter idem capitulum Strigoniense ac dictum dominum Melchiorem Balassa hactenus qualitercunque factas rationibus previis retractasset ac revocasset, litteras quoque super premissis concordiis ipsi domino Melchiori Balassa pro sui expeditione per idem capitulum ecclesie Strigoniensis sub quacunque forma verborum datas et emanatas vanas, cassas ac viribus carituras reliquisset, exhibitorique earundem nocituras commisisset; imo prohibuit, revocavit et retractavit, viribusque carituras ac exhibitori earundem nocituras reliquit et commisit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Petri apostoli ad vincula, anno Domini 1548.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocoll. III. fol. 169.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

58.

Bécs, 1548 augusztus 5.

I. Ferdinánd király III. Pál pápát kéri, hogy Várday Pál esztergomi érseknek sokszor kért és megigért bibornoki kinevezését foganatosítsa.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo III. divina providentia Sacrosancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino nostro Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine Reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantie nostre continuum incrementum. Quamvis non dubitemus Sanctitatem Vestram cum frequentis intercessionis nostre, tum sui quoque promissi circa promotionem scilicet fidelis nostri, reverendissimi in Christo patris Pauli archiepiscopi Strigoniensis, eiusdemque

summi cancellarii et locumtenentis nostri in regno Hungarie, aliquoties facti adhuc bene memorem esse, tamen cum id negotii nobis tantopere cordi sit, ut magis esse non possit, plurimumque intersit non nostra solum, sed totius pene regni nostri predicti atque etiam Sanctitatis Vestre ad tuendam in ipso regno religionem sancteque istius apostolice sedis auctoritatem hunc presulem summe dignitatis pariter ac probitatis in numerum cardinalium cooptari, facere non potuimus, quin eandem Sanctitatem Vestram denuo ea de re admoneremus rogaremusque, ut id nos a se impetrare iam tandem sinat, quod tot antea litteris ab ea impetratum enixe cupivimus, ipsaque Sanctitas Vestra se facturam esse et antea sepenumero et proxime per reverendissimum cardinalem Tridentinum sacrosancte pollicita est. Et propterea cum non necesse esse putemus ea repetere, que toties de istius archiepiscopi virtute, meritis et probitate ad Sanctitatem Vestram scripsimus, ne Sanctitatis Vestre promissis diffidere videamur, hec pauca compendio dicemus: Nos premissis de causis summopere optare, ut Sanctitas Vestra non aspernetur in promotione dicti archiepiscopi intercessionem nostram, nec eam ullius hominis precibus extortam esse suspicetur. Quod si hoc fecerit Sanctitas Vestra vel nostri intuitu, vel sue promissionis causa, vel ob dicti antistitis plurima maximaque promerita, que non nobis solum inclytoque regno nostro Hungarie, sed et Beatitudini Vestre istique sancte sedi apostolice pro sua pietate observantiaque prestitit et in dies magis magisque prestare solet, ingenue profitemur nos non vulgare beneficium a Sanctitate Vestra accepisse, atque adeo ex animo letabimur, post tot tantasque preces et instantias nostras in promotione eiusdem archiepiscopi et locumtenentis nostri in regno Hungarie nostris votis summoque desiderio ab eadem Sanctitate Vestra satisfactum et religioni pietatique in Deum sancteque istius sedis apostolice authoritati in his regnis nostris vel tuende vel augende non mediocriter consultum esse. Cui nos una cum sepedicto archiepiscopo omni studio et observantia commendamus. Datum in civitate nostra Vienna, die quinta mensis Augusti, anno Domini MDXLVIII., regnorum nostrorum Romani XVIII., aliorum vero vigesimo secundo.

E(iusdem) Sanctitatis V(estre)

humilis et obsequens filius

Ferdinandus.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid., I. 661.

59.

1548 augusztus 11.

Várday Pál a pápának. Farnese alkanczellártól értesült, hogy az Ágoston atya által küldött levelet a szentatya szivesen fogadta. Mindig hálás leend a szentszék iránt. Reménye van, hogy a vallás és istentisztelet, a melyet az idők gonoszsága igen sok helyen megrontott ebben az országban, helyre fog állani. Ő felsége ezen szent szándékának megvalósításán mindig minden erejéből közre fog munkálkodni tanácscsal és tettel egyaránt, még ha a vallás ügyéért és ő szentsége tekintélyeért halált kellene is halnia.

Paulus de Várda papae notificat, se a vicecancellario Farnese nuncium recepisse, quod Sua Sanctitas epistolam per patrem Augustinum missam benigne acceperit. Semper grato animo erit erga sedem apostolicam. Spe alitur, quod religio cultusque divinus, quae hoc in regno malitia temporum plurimis in locis destructae sunt, restaurabuntur. Proposito huiusmodi sacro Suae Maiestatis efficiendo semper omnibus viribus cooperari vult, consilio pariter et facto, etiamsi pro religionis causa atque auctoritate Suae Sanctitatis mortem subire debuerit.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 46.

60.

1548 augusztus 11.

Várday Pál Farnese Sándornak. Visszatérvén Ágoston atya a minap Rómából, általa kézhez vette levelét, a melyből nagy örömmel értesült arról, hogy mily nagy gondja van reá és egyházára, nemkülönben az iránta tanusított kegyes jóindulatról is. Hosszabb ideig tartó betegeskedése miatt csak most mondhat ezért hálás köszönetet. Tolmácsolja ezt Ő szentségénél is.

Paulus de Várda Alexandro Farnese refert, se a patre Augustino nuper Roma reverso recepisse epistolam, qua certior fuerit redditus, quantam curam haberet sui ecclesiaeque suae. Intellexit etiam benevolentiam benignam erga ipsum exhibitam. Propter temporis longioris aegritudinem solum nunc potest gratias maximas pro his agere. Intimet easdem Suae Sanctitati quoque.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 46—47.

61.

Győr, 1548 augusztus 13.

A győri káptalan I. Ferdinánd királynak jelenti, hogy az előbb Nyulakszigetén, most pedig a Nagy-Váradhoz közel eső szentjánosi monostorban lakó apáczák Patas nevű győrmegyei falujának határait Picsordy Albert királyi ember meg akarta járni, de a szomszédok ellenmondottak.

Serenissimo principi et domino domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regi, semper

augusto, infanti Hispaniarum, archiduci Austrie etc., domino nobis gratiosissimo, capitulum ecclesie Jauriensis orationum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem introductorias et statutorias ac metarum reambulatorias pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro beati Joannis Baptiste prope Waradinum fundato degentium clause confectas et emanatas nobisque preceptorie sonantes et directas honore et reverentia, quibus decuit, recepisse in hec verba:

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et gratiam. Exponitur maiestati nostre in personis religiosarum dominarum sanctimonialium alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro beati Joannis baptiste prope Varadinum fundato degentium, quomodo ipse domine sanctimoniales exponentes in totali possessione earum Pathas vocata in comitatu Jauriensi existente nova metarum reambulatione et erectione plurimum indigerent et essent necessarii, quas per nostrum et vestrum homines exequi et peragere vellent, iure regni nostri Hungarie requirente. Pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Franciscus litteratus de Izthergethew, vel Albertus de Pychord, aut Ambrosius Babody de Pathahaza, aliis absentibus homo noster ad id transmissus, ad facies prescripte possessionis Pathas consequenterque ad territorium eiusdem vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedendo, metas eiusdem possessionis Pathas undequaque reambulare ac in locis necessariis novas metas erigere ac prescriptis dominabus sanctimonialibus exponentibus ad predictam possessionem earum pro veris metis relinquere et perpetuo possidendo assignare debeat, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem iuxta novam constitutionem publicam inter cetera super huiusmodi metarum reambulationibus et erectionibus factam ad decimum quintum diem a die evocationis huiusmodi computando in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presentiam, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post hec huiusmodi reambulationis et erectionis metarum seriem, cum distinctionibus et locis huiusmodi metarum necnon contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui

tempore huiusmodi reambulationis et erectionis metarum interfuerint, nominibus, ut fuerit expediendum, terminum ad prescriptum prefate personali presentie nostre fideliter rescribatis. Datum Wyenne, sabbato proximo post festum beate Anne matris Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo. Unde nos mandatis Maiestatis vestre in omnibus obedire volentes, ut tenemur, una cum prenominato Alberto de Pychord homine Maiestatis vestre inter alios superius nominatos specificato, nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Benedictum de Chews socium et concanonicum nostrum nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis retulerunt eo modo, quomodo ipsi feria tertia proxima ante festum beati Laurentii martiris proxime preteritum transacta ad facies prefate possessionis earundem dominarum sanctimonialium Pathas vocate existentis habite consequenterque ad territorium eiusdem possessionis Pathas, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legittime convocatis et presentibus, accedendo, et cum idem homo maiestatis vestre presente ipso testimonio nostro prescriptas metas iamfate possessionis Pathas undequaque reambulare ac in locis necessariis novas metas erigere ac dictis dominabus sanctimonialibus et ad predictam possessionem earum pro veris metis relinquere et perpetuo possidendo assignare voluisset, extunc providus Lucas Zapy iobagio venerabilis magistri Blasii de Kermend custodis dicte ecclesie Jauriensis etc. ac officialis eiusdem in possessione custodie sue Ballon vocate constitutus, nomine et in persona eiusdem magistri Blasii custodis huiusmodi reambulationi dictarum metarum antefate possessionis Pathas contradixisset. Tandem sequenti die providus quoque Joannes Ban iudex et iobagio egregii Petri Palffy de Bar in possessione Radwan vocata commorans, ittem Joannes Cheche de Radwan iobagio et officialis egregii Gaspari Lypchey de Naghluche in personis eorundem dominorum suorum, item similiter nobiles Georgius de Gyerchyka iudex nobilium comitatus Posoniensis ac Mathias Hwzar de dicta Gyerchyka nominibus et in personis egregiorum Michaelis Amade de Warkon, Ladislai Amade, Petri Amade fratrum suorum de Bews ac tandem soli quoque ipsi Michael Amade, Ladislaus Amade et Petrus Amade, tunc in territorio dicte possessionis Pathas constituti, coram eisdem vestre Maiestatis et nostro hominibus ibidem similiter tunc presentibus, item nobiles etiam Stephanus Laczky de Padan, Emericus Padany, Benedictus Bodo, Mattheus Both de dicta Padan et Benedictus Kosar de

Bewgelew nominibus et in personis eorundem premisse metarum reambulationi, quantum a parte occidentali et aquilonari existentes, contradictionis velamine obviassent. Ob quam quidem contradictionis, inhibitionem idem homo Maiestatis vestre, presente ipso testimonio nostro prenominato, magistrum Blasium custodem ac Petrum Palffy, Gasparum Lypchey, Michaelem Amade, Ladislaum Amade, Petrum Amade, Stephanum Laczky, Emericum Padany, Mattheum Both et Benedictum Kosar contra prefatas dominas sanctimoniales iuxta prescriptam novam constitutionem publicam ad prescriptum decimum quintum diem a die evocationis huiusmodi computando, in dictam curiam vestram regiam, vestram scilicet personalem evocasset in presentiam, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Datum sexto die diei executionis premissorum, anno Domini supradicto.

Kívül: Personali presentie regie Maiestatis pro egregio Gasparo Lypchey de Naghluche contra religiosas dominas sanctimoniales alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro beati Joannis Baptiste prope Waradinum fundato degentes ad terminum intrascriptum — evocationis intrascripte — par.

Papiron, kivül zárópecsét helyével, *Országos Levéltár:* Acta Monial. Poson. fasc. 35. Nr. 34.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

62.

Bécs, 1548 augusztus 16.

I. Ferdinánd király a székesfehérvári káptalan bélavári uradalmát Tahy Ferencznek adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus etc., quod nos respectum habentes fidelitatis et fidelium servitiorum ... fidelis nostri magnifici Francisci Thahy, que ipse sacre primum regni nostri Hungarie corone et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum varietate exhibuit et impendit, compatientes etiam eius conditioni et paupertati, in quam per amissionem Turcica tyrannide castrorum et bonorum suorum fere omnium devenisse et nunc in bonis alienis una cum domina consorte sua residere dicitur, possessiones ecclesie Albe Regalis Belawar cum curia nobilitari in eadem existente ac Palyna, Thoffy, Sykwa, Barathy, Chethertekhel et Felsew Herezth, que nunc ex eo, quod ecclesia ipsa Albe Regalis in Thurcarum manus devenit, canonicique

eiusdem partim mortui, partim in diversa loca dispersi sunt, per seculares manus tenentur, durante nostro beneplacito, et tamdiu, donec capitulum ipsum Albense restaurari canonicique iusto numero congregari poterunt, eidem Francisco Thahy pro sustentatione familie sue, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, duximus dandas et concedendas, ea tamen conditione, ne prefatas villas et bona desolet, aut colonos earum indebite gravet, sed potius illa pro posse suo restauret et iustis ordinariisque proventibus colonorum sit contentus, imo damus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Vienne, decima sexta Augusti, anno Domini 1548., regnorum nostrorum Romani XVIII., aliorum vero XXII.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinai-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 138—139. — Hevenesi-kéziratgyüjtemény, XXXVI. 315.

63.

1548 augusztus 17.

Az (ipoly-)sági konvent Ferdinánd király parancsára Bertalan konventi miséspap által Csábrág várában a király elé idézi Balassa Menyhértet Perényi Jánosnak négy-öt évvel azelőtt Balassa-Gyarmaton történt megtámadásáért.

Conventus de Saagh ad mandatum Ferdinandi regis per «religiosum fratrem Bartholomeum presbiterum socium conventualem» citat Melchiorem Balassa in arce sua Chabragh ob violentiam ante 4—5 annos Joanni de Peren in Balassa-Gyarmat illatam.

Eredetije a Perényi-levéltárban a Magyar Nemzeti Múzeumban.

Közli: Karácsonyi János.

64.

Bécs, 1548 augusztus 22.

I. Ferdinánd király meghagyja Salm Miklós gróf, kir. kamarás és pozsonyi főispánnak, továbbá Paksy János veszprémi várkapitánynak, hogy mivel ő a Vázsonykő várához közel épült szent Mihály-monostorban lakó pálosokat minden javaikkal egyetemben királyi védelme alá vette, őket és javaikat minden jogtalan támadó, de főleg Devecseri Choron András, Vázsonykövi Horvát Péter és Gáspár, Kolos János és végül Török János pápai tisztjei ellen védelmezzék meg.

Ferdinandus I. committit Nicolao Salm comiti, regio camerario et comiti Posoniensi necnon Joanni Paxy capitaneo castri Vesprimiensis, ut «religiosos fratres heremitas ordinis sancti Pauli primi heremite in claustro sancti Michaelis prope castrun Wasonkew constructo commorantes» et omnia bona sua contra quosvis iniustos impetitores et praesertim contra Andream Choron de Devecher,

Petrum et Gasparum de Wasonkew, Joannem Kolos et tandem contra officiales Joannis Thewrewk in castro Papa constitutos defendant, quia hos in suam regiam recepit protectionem et tutelam specialem.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum 570. (Act. prov. Vason. fasc. 1. Nr. 8.)

Közli: Iványi Béla.

65.

Bécs, 1548 augusztus 28.

I. Ferdinánd király megparancsolja Buzini Keglevich Györgynek, hogy a topuszkai apátság nemeseit régi szabadságaikban tartsa meg, annál is inkább, mert ezt testvére, Ferencz apát a királytól való kineveztetése után megigérte s ebbeli levelét a király megerősitette.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, H[ungarie, Bohem]ie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. [fideli nostro] egregio Georgio Keglewyth de Busyn salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum universitatis nobilium abbatie de Thopozka, quod licet frater tuus Franciscus abbas de eadem Thopozka, postquam per nos in abbatem fuisset electus, promisisset ipsis nobilibus vigore litterarum suarum eis datarum et postea per nos confirmatarum se ipsos in antiquis eorum privilegiis conservaturum, tu tamen in ipsius abbatis absentia eos in ipsorum iuribus et consuetudinibus non conservares, supplicando nobis humiliter, ut eis superinde gratiose providere dignaremur. Quorum nos humili supplicatione accepta, volentes ipsos nobiles et alios fideles subditos nostros in eorum iustis iuribus antiquisque consuetudinibus conservare, fidelitati tue harum serie mandamus firmissime, quatenus acceptis presentibus et premissis, sicut nobis relatum est, stantibus, prenominatos nobiles et eorum quemlibet in dictis antiquis eorum iuribus et libertatibus conservare, neque eos preter id, quod iure debent, ad insolitum aliquid compellere debeas, nam alioqui certus sis, nos providebimus, quomodo iidem nobiles a tua turbatione et molestatione quieti esse possint. Secus igitur nullo modo facere presumas, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, vigesima octava mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Zagrabiensis etc.

Eredetije papiron, alul papirba nyomott pecséttel, *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 22. Nr. 5.

Közli: Iványi Béla.

66.

Bécs, 1548 szeptember 1.

I. Ferdinánd király megerősíti II. Lajos királynak a thali pálosok javára tett adományát.

Anno 1548. Vienne prima die Septembris date sunt littere Regie Maiestatis manu eius subscripte ac sigillo suo secreto munite inpendenti, quibus sua Maiestas illas litteras serenissime principis domine Marie Hungarie, Bohemie regine, sorori sue charissime, quas illa religiosis fratribus heremitis ordinis sancti Pauli primi heremite in valle beate virginis Marie de Thal commorantibus post amissionem litterarum serenissimi quondam domini Ludovici regis Hungarie, mariti sui, quibus idem pro decantatione singulis diebus misse unius ex proventibus tricesime Posoniensis singulis annis viginti florenos Hungaricos dari commisisset, super illorum viginti florenorum solutione dedisse dinoscebatur, eisdem fratribus heremitis de Thal ipsorumque successoribus innovando perpetuo valituras gratiose confirmavit.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinai-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 139.

67.

Vasvár, 1548 szeptember 15.

A vasvári káptalan jelenti, hogy azon egyesség szerint, melyet Ujlaky Ferencz győri püspök s egyszersmind a pornai apátság kormányzója Erdődy Péterrel kötött, a királyi ember a pornai apátság határait megjárta.

Capitulum Castriferrei testatur, a homine regio metas possessionum abbatiae de Porno secundum compromissum «inter reverendissimum dominum Franciscum de Wylak episcopum ecclesie Jauriensis et consiliarium regie Maiestatis necnon commendatarium abbatie de Porno ab una ac magnificum dominum Petrum Erdewdy de Monyorokerek partibus ab alia» initum reambulatas fuisse.

Papiron, *Országos Levéltár:* Eccl. Camer. fasc. 21. Nr. 47.

Közli: Iványi Béla.

68.

Bécs, 1548 szeptember 23.

I. Ferdinánd király Budaczky János nemes kérésére meghagyja Buzini Keglevich Ferencz topuszkai apátnak, hogy Budaczkynak a topuszkai apátság falvaiban élő jobbágyait ne nyomorgassa.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrię etc. fideli nostro venerabili Francisco Keglewyth de Bwsyn abbati ecclesie de Thopozka, vel ipso absente egregio Georgio Keglewyth de eadem Bwsyn, eius fratri, salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in persona fidelis nostri nobilis Joannis Bwdaczky, quomodo tu colonos ipsius exponentis in possessionibus suis Wydwsewacz et Zwynycza necnon predio Bwcha in pertinentiis istius abbatie Thopozka existentes commorantes, contra eorum privilegia antiquasque libertates, ad labores et servitia inconsueta compelleres, quibus miseri coloni sui plurimum gravarentur et opprimerentur. Supplicans nobis idem exponens humiliter, ut ei colonisque suis superinde gratiose providere dignaremur. Cuius nos humili supplicatione accepta, volentes dictos colonos ipsius exponentis, alioqui etiam, ut dicitur, satis oppressos, in eorum iustis iuribus et antiquis libertatibus conservari, fidelitati tue harum serie mandamus firmissime, quatinus premissis, sicut nobis relatum est, stantibus et se habentibus, a modo in posterum, prenominatos colonos memorati exponentis, in prescriptis possessionibus Wydwsewacz et Zwynycza necnon predio Bwcha commorantes, in eorum antiquis iuribus et privilegiis conservare neque eos contra vetera ipsorum privilegia ad insolita servitia et labores compellere aut per officiales tuos compelli permittere debeas. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, vigesima tertia Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Zagrabiensis etc.

Eredetije papiron, rányomott pecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 22. Nr. 6.

Közli: Iványi Béla.

69.

Pozsony, 1548 szeptember 28.

Ingerhart Lukács, Pünkösdy Ferencz, Görög Miklós, Kisszántai Miklós és Korlát Imre esztergomi polgárok kötelezik magukat, hogy az esztergomi szent Lőrincz-egyház kincseiért 20 márkát fognak fizetni ez egyháznak, mikor a király Esztergomot visszafoglalja.

Nos Lucas Ingerhart, Franciscus Pinkusdy, Nicolaus Grecus, Nicolaus de Kyssanto, Emericus Korlat, cives Strigonienses fatemur et recognoscimus per presentes litteras nostras, quod ad illam supplicationem per nos sacratissime Maiestati factam, sua Maiestas concessit nobis sic, ut res ecclesie sancti Laurentii de civitate Strigoniensi per nos exportata, ut possemus ad usum nostrum vendere, ad usum nostrum quotidianum, ea tamen conditione, ut quando sua Maiestas Strigonium de manibus Turcorum eliberabit, nos quoque ad propria redire possumus, res easdem aut pretium earum ad eandem ecclesiam deponere promittimus, de quibus rebus ego Lucas Ingerharth levavi vel percepi marcas argenti tres, ego Franciscus Pinkesdy marcas tres, ego Nicolaus Grecus marcas quinque cum medio, ego Nicolaus de Kyssanto marcas tres, ego Emericus Korlath marcas quinque cum medio. Quas nos promittimus regie Maiestati, domino nostro clementissimo, ac dominis consiliariis camere Hungarie, fide nostra mediante, ut quandocunque civitatem Strigoniensem intrare et habitare ac hereditates nostras possidere possumus, tunc predictas res aut pretium earum ad eandem ecclesiam cum aliis rebus indumentorum sacerdotalium deponemus e(t) restituemus, imo promittimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum et sigilli nostri munitarum. Datum Posonii, in profesto beati Michaelis arc(h)angeli, anno 1548.

Emericus Korlath,

manu propria, prescriptorum aliorum collegarum, verum, qui non (h)abent litteras, solummodo sigillis ipsorum consignaverunt.

Eredetije papiron, alul öt, papirszalagba nyomott gemmás és czímeres gyűrűspecséttel. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 2. Nr. 17.

Közli: Iványi Béla

70.

Bécs, 1548 október 1.

Várday Pál esztergomi érsek, Oláh Miklós kanczellár és Salm Miklós főkapitány a pannonhalmi szerzetesek és az ott levő katonaság viszonyát szabályozzák.

Ordo fratrum, qui in conventu sancti Martini sacri montis Pannonie esse debebunt:

Primum candele ceree, funalia, thus, vinum et id genus alia cultui divino curando sufficienter administrentur.

Abbati de Beel, qui fratribus loco abbatis preesse debebit, restituentur bona et proventus sue abbatie, ita tamen, ut tertia pars proventuum cedat ipsi abbati, residue vero due partes ad sustentationem fratrum conventus sancti Martini convertantur. Et in quantum dicte due partes proventuum ad fratrum sustentationem infrascriptam vestesque et alias necessitates non sufficerent, id ex proventibus abbatie sancti Martini suppleatur. Abbas predictus habeat mensam ordinariam in refectorio cum aliis fratribus.

Prior unus ex fratribus senioribus eligatur.

Habeant fratres mensam honestam in suo refectorio una cum abbate et priore nec laici eos interturbent, cum legitur ad mensam.

Singuli fratres habeant pÿntham vini iuxta mensuram oppidi sancti Martini.

Singuli fratres habeant estate vestem nigram ex panno et pelliceam ad hÿemem.

Ad indusia vero linteamina et id genus panni albi communis ulne duodecim Viennenses.

Ad cucullam et scapularia panni nigri sive rascie ulne decem Viennenses.

Ad singulos fratres ad singulas angarias floreni sex ad continuas necessitates.

Singulis fratribus lodicem unam.

Notarius, barbitonsor interteneantur.

Famuli duo, qui conventui ministrent, teneantur.

Fratres hÿeme stubam calefactam habeant.

Ab castellano et arcensibus fratres reverenter teneantur, neque aliquid impedimenti aut turbationis eis a quopiam inferatur sub gravi regie Maiestatis indignatione.

Dominus capitaneus generalis provideat et superintendat,

ut premissa omnia bene observentur, ne fratres cogantur Maiestati sue regie conqueri.

Idem dominus capitaneus curet, ut ecclesia quoque et domus habitationesque fratrum tegantur, ne pluvia et nives sint eis impedimento.

Strigoniensis
manu propria.

Nicolaus Olahus
episcopus Z(agrabiensis), cancellarius reg. Maiestatis etc. manu propria.

N(icolaus) comes a Salmis
manu propria.

Actum Vienne prima Octobris anno Domini 1548.

Eredetije a pannonhalmi rendi levéltárban: Capsa 61. Q. — Közölve: A pannonhalmi főapátság története, IV. 699.

Közli: Karácsonyi János.

71.

1548 október 3.

A zágrábi káptalan és Lendvai Bánffy István az alsó-lendvai, nemtii (lentii) és bexini (becsehelyi) tizedekre nézve megegyeznek és Bánffy István ezeket évi 150 forintért bérbe veszi.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos habitis multiplicibus tractatibus cum magnifico domino Stephano Banffy de Alsolyndwa, comite comitatus Zaladiensis, pro parte decimarum nostrarum, nobis et mense nostre capitulari, tam de pertinentiis castri eiusdem memorati Alsolyndwa et Nemtii, quam etiam de directa et equali medietate earundem decimarum cultelli Bexyn in Zala ultra Muram existentis provenientium et provenire debentium, finaliter cum eodem domino Stephano Banffy in hanc devenimus concordiam, in primis, quia prefate omnes decime, non saltem de dominio eiusdem nobis proveniunt, sed etiam de alia directa equali medietate bonorum et cultelli prefatorum, que videlicet bona possidet et tenet magnificus dominus Ladislaus, itidem Banffy de prefata Alsolyndwa, eapropter compositio et concordia infranotata cum eodem domino Stephano Banffy pro nunc facta spectat et concernit, duntaxat ea bona, que possidet modo idem dominus comes Stephanus, necnon extra

bona memorata concernit deinde directam et equalem medietatem culteli prenotati Zaladiensis ultra Muram, in qua videlicet parte hactenus quoque idem dominus Stephanus Banffy a nobis tenuit. His itaque declaratis pro annotata dimidia parte, totius cultelli prescripti concordavimus in hunc modum: Quod idem dominus Stephanus Banffy ac universi heredes et successores ipsius ab eodem descendentes, domini videlicet eiusdem castri Alsolyndwa, pro ipsis decimis, sicut prefertur, specificatis, nobis et successoribus nostris perpetuis semper futuris temporibus pro annuali earundem decimarum pensione, singulis annis singulos centum et quinquaginta florenos monete currentis Ungaricalis, quemlibet florenum ad denarios Ungaricales centum computando, in quolibet festo purificationis beate Marie virginis, hic Zagrabie in mensa nostra capitulari, per proprios suos homines persolvere et deponere sit obligatus. Quod si ipse, aut heredes eius in aliquo annorum sew terminorum huiusmodi, pretactam summam pecunie decimalis nobis eo, ut prefertur, modo deponere et persolvere nollent, negligerent, aut non curarent quovis modo, extunc pro quolibet terminorum prefatorum duplum eiusdem summe persolvere nobis sit obligatus, quod si vero nec sic nos contentare vellent, tunc a possessione et perceptione earundem decimarum penitus cadant, ipsarumque decimarum libera dicatio et perceptio ad nos ecclesiamque nostram devolvatur eo facto, presentesque littere nostre illis hoc casu non suffragentur, hoc tamen semper specificato, quod si casu aliquo (quod Deus avertat) contingeret bona illa et districtum cultelli memorati, per sevitiam Thurcarum aliqualiter desolari, sic quod prefatus dominus Stephanus Banffy, aut heredes eius non possent pretactam summam pecunie decimalis in cultello ipso recolligere, extunc simpliciter teneantur presentes litteras nostras nobis restituere, nosque et ecclesiam nostram in liberam connumerationem et perceptionem prefatarum decimarum intromittere, prout super hiis omnibus idem dominus Stephanus Banffy per litteras suas se nobis obligavit. Datum die tertia mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije hártyán, alul függő pecséttel, *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 13. Nr. 20.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

72.

1548 október 6. táján.

A veszprémi káptalan falvainak pusztulása.

Grabanch, *Merenye*, *Wylak* porte XXVIIII.

Possessiones capituli Wesprimiensis comprobaverunt testimonio Petri canonici Wesprimiensis et vicearchidiaconi de Kapornok, dominos capitulares de prefatis possessionibus et portis nihil ipsos levasse de dica Gethyey, sed omnia per Thwrcas consumpta et depopulata et ob hoc subsidium solvere non potuisse.

Országos Levéltár: Dicalis cons. LI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

73.

1548 október 19.

Fráter György Prospero de Santa Croce chisamói czímzetes püspöknek, pápai nuncziusnak. Nemrég körülményesen írt ügyeiről; azonban hirnöke latrok kezeibe esett, a kik mindenéből kifosztották, sőt életét is alig tudta megmenteni az erdők védelme alatt. A levelet azonban megőrizte. Bizván abban, hogy a pozsonyi országgyűlésre küldött követeket a nunczius hathatósan támogathatja, igen ajánlja őket pártfogásába. Nagy köszönettel fogja venni azt is, ha a történtekről ismét értesítendi.

Frater Georgius Prospero de Sancta Cruce episcopo titulari Cisamensi, nuncio apostolico. Nuper fuse scripsit de rebus suis; sed nuncius suus in manus latronum incidit, qui omnibus spoliatus vitam vix potuit liberare sub tutela silvarum. Epistolam tamen conservavit. Sperans nuncium apostolicum legatos ad comitia Posoniensia missos protegere efficaciter posse, suos legatos patrocinio ipsius valde commendat. Magnopere in acceptis referret, si eum de rebus gestis iterum certiorem reddiderit.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 47.

74.

1548 október 24.

Tanuvallomások a boldogságos Szűz szászkézdi kápolnája ügyében.

Salutem in Christo servatore nostro. Egregie Domine, ex commissione Dominationis Vestre eiusdem accessimus vigesimo quarto die mensis Octobris, ubi ex mandato Dominationis Vestre eiusdem testes examinavimus, quos nominibus et cognominibus conscripsimus.

Item Dominus Urbanus plebanus Appoldiensis perhibuit testimonium, dicens, fateor:[1] Ego sum homo septuaginta annorum et nunquam audivi, quod aliquis Grebium[2] aut progenitores eorum[3] aliquam terram arabilem habuissent in territorio Kysdensi nec dotassent aliquibus hereditatibus sacellum beate Virginis, sed audivi, quod quondam plebanus Kisdensis, nomine Joannes Ringes edificari fecit sacellum beate virginis Marie extra o[p]pidum Kysd sistuatum; contra eundem dominus Benedictus profert exceptionem.[4]

Item dominus Michael Hekyes Schegeswariensis fatetur, quomodo parentes domini Anthonii Greb multotiens descensum fecerint in dominio[5] patris[6] sui, et novi avum eius; scio, illos non habuisse feneta neque terram arabilem neque molendinum in territorio Kisdensi, et audivi a patre meo, fuisse quendam plebanum Joannem nomine, qui sacellum beate virginis Marie edificavit;[7] contra prescriptum fecit exceptionem.[8]

Item Joannes Kesszer[9] de Segeswar fatetur conscientiose, quod novisset Anthonium Greb, et non habuisset aliquam hereditatem in territorio Kisdensi, neque progenitores ipsius Anthonii habuissent aliquam hereditatem in territorio Kisdensi neque sacellum beate Virginis edificari fecissent; contra eundem fert exceptiones.[10]

Item dominus Stephanus plebanus de Darocz testificatus est conscientiose, se fuisse capellanum in Kisd[11] et nunquam audivisse aliquem nobilium aliquas hereditates habuisse in territorio Kisdensi,[12] nec sacellum beate Virginis quis nobilium edificari fecisset, aut hereditatibus dotasset.

[1] Az 1757. és 1758. évi hiteles másolatban: «fatetur».

[2] A hiteles másolatban: «Grebius».

[3] Az 1758-iki másolatban: «eius»; 1757-ikiben ellenben hiányzik e szó.

[4] Mindkét másolatból hiányzik az utolsó mondat, az 1757-ikibe később szúrták be.

[5] Mindkét másolatban: «domo».

[6] 1758-ikiban: «eius».

[7] Az 1757. és 1758. évi másolatokban következik: «et vineae ad sacellum pertinentes temporibus meis sunt aedificatae».

[8] Az utolsó mondat hiányzik mindkét másolatban, az 1757-ikibe később toldották be.

[9] Mindkét másolatban: «Kyzer» és «Kyser».

[10] Mindkét másolatban hiányzik az utolsó mondat, a mely az 1757-ikibe később került.

[11] Mindkét uásolatban: «Kyzd».

[12] «Kyzdensi».

Item Leonhardus plebanus Messzendorf[1] fatetur, se capellanum fuisse ante viginti octo annos et nunquam audivisse, ut aliquis nobilium sacellum beate Virginis hereditatibus dotasset nec edificasset.

— — — — — — — — — — — — — — —

Hec testimonia suprascripta testata sunt coram nobis, videlicet domino Dominico plebano Bodensi[2] et Andrea Elphino plebano Schegesdiensi et domino Blasio plebano de Sekel Cristwr,[3] decimo septimo die Novembris, anno millesimo quingentessimo quadragesimo octavo.

Egregius dominus Benedictus fecit coram nobis exceptionem contra aliquos prefatos testes. Et dixit dominus Lienardus, quod magister civium dixisset omnes Saxones sibi adversari in ista causa, et magister civium ad hec nihil respondit.[4]

Kívül: Egregio domino Francisco decretorum doctori, vicario ecclesie Albensis, domino honorando.

Utána következik: 1548.[5] die primo Decembris reportate sunt presentes per Benedictum Myske procuratorem in causam vocati presente Benedicto Thordensi procuratore actoris. Reus petiit admitti ad probandum pro secunda dilatione, decrevit dominus iudex Franciscus Zengelii pro tribunali sedens et probabit Enyedii secundo die Lucie virginis cum duobus diebus sequentibus. Reportatio die tertio post octavas Epiphaniarum.

Executor Stephanus Thakyay,[6] notarius civitatis Albensis, plebanus et rector hospitalis Enyediensis; ibidem procurator actoris Benedictus Thorday citatus ad videndum et audiendum iuratos[7] testes.

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 221.

[1] «Mesendorf».

[2] Az 1757-ikiben: «Bodendorff», 1758-ikiban: «Bodendorfensi».

[3] «Kerestur».

[4] Teutsch szerint hiányzik az eredetiben az utolsó rész, valamint az 1758-iki másolatban, de megvan az 1757-ikiben.

[5] E rész egészen hiányzik az 1758-ikiban.

[6] 1757-ikiben: «Thallyay».

[7] 1757-ikiben: «iurandus».

75.

Lelesz, 1548 október 25.

A leleszi konvent jelenti, hogy midőn a királyi ember Rákó Györgyöt, Hasságyi Farkas Tamást és Bölssey Györgyöt Bozos falu birtokába akarta iktatni, az ungvári pálosok ellenmondottak.

Georgius Body praepositus et conventus de Lelesz refert Paulo Várday archiepiscopo Strigoniensi et locumtenenti regiae Maiestatis ad mandatum eiusdem Posonii 1548. feria quarta proxima post dominicam Letare emanatum, quod cum homo regius «feria secunda proxima post festum beati Francisci confessoris proxime preteritum» praesente suo homine, honorabili videlicet Thoma presbitero Wethesy de Therem, socio suo conventuali «Georgium Rakow ac Thomam Farkas de Hasagh, dominam Sophiam consortem eiusdem, necnon Georgium Bewlsey» in possessionem Bozos in comitatu de Ung statuere voluisset, «tunc quidam Lucas Iwanys vocatus iudex eiusdem possessionis Bozos ibidem in facie possessionis eiusdem in personis religiosorum fratrum Adam vicarii et totius conventus heremitarum in claustro Wngwar oppido fundato nunc et pro tempore degentium» huic statutioni contradixit. Ideo Paulinos citarunt.

Országos Levéltár: Acta Paulinorum, 550. csomó. (A. P. Ungvár. fasc. 3. Nr. 3.)

Közli: Iványi Béla.

76.

Pozsony, 1548 november 12.

I. Ferdinánd király a győri székesegyházban levő Szent Demeter-oltár javadalmát Gaspycz Gergelynek ajándékozza, mivel a győri káptalan hat hónap alatt nem töltötte be.

Ferdinandus... Hungarie... rex... memorie commendamus..., quod [nos percepta...] litteralis scientie peritia... nobilis Gregorÿ Gaspÿcz..., eundem... ad rectoratum altaris divi Demetrii in ecclesia Jauriensi constructi, cuius collatio alias ad capitulum [pertinere dicitur..., sed ob] neglectum per idem capitulum terminum collationis eiusdem sex mensium iuxta sacros canones in [Maiestatem nostram devolutum esse?] perhibetur, de iure et de facto vacantem authoritate iurispatronatus nostri regii, quod generaliter in [universas ecclesias regni nostri] more predecesso-

rum nostrorum, divorum quondam Hungarie regum, habemus, duximus eligendum..., eundem rectoratum... eidem... damus et conferimus. Quocirca vobis vi[cario...] ac canonicis et toti capitulo eiusdem ecclesie Jauriensis... mandamus, [quatenus... Gregorium] Gaspÿcz in et ad realem... possessionem predicti rectoratus altaris admittere... teneamini... Datum Posonii, duodecima die mensis Novembris, anno [Domini millesimo quingentesimo quadrasimo] octavo, regnorum nostrorum Romani decimo octavo, aliorum vicesimo secundo.

Ferdinandus.

Egy része leszakadt, a rekeszjelek közt levő részeket hozzávetőleg az olvasható részekből következtetve pótoltam. Eredetije a győri káptalan magánlevéltárában : Cimeliotheca II., nr. 59.

Közli : KARÁCSONI JÁNOS.

77.

Pozsony, 1548 november 12.

Perényi Gábor (Péter fia) Ferdinánd királynak hűséget fogad s erre katholikus módon esküt tesz.

Juramentum per Gabrielem Pereny factum Posonii duodecima Novembris 1548.

Ego Gabriel de Peren, Abauyvariensis perpetuus et Zempliniensis comes, iuro per Deum omnipotentem ac sanctam et individuam Trinitatem beatamque Virginem Mariam et omnes sanctos Dei, quod serenissimo principi domino Ferdinando, Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regi, domino meo clementissimo, in omnibus una cum meis, quibus presum, fidelis et obediens ero, bonum commodum, authoritatem et dignitatem sue Maiestatis omni posse meo queram, damnum vero et incolumen ac periculum vitabo, amicis eiusdem amicus, inimicis vero inimicus ero. Preterea in comitatibus his, quibus ex gratia sue Maiestatis regie nunc presum vel in futurum sum prefuturus, omnibus coram me causantibus iustitiam administrabo et administrari faciam, sine delectu personarum et absque omni favore, amicitia, amore et odio, proventusque sue Maiestatis regie fideliter semper administrari faciam. Ita me Deus et sancta Trinitas beataque Virgo Maria ac omnes sancti Dei adiuvent.

Országos Levéltár: Liber Regius II. kötet, 308. oldal.

Közli : IVÁNYI BÉLA.

78.

Pozsony, 1548 november 15.

Révay Ferencz nádori helytartó a nyitrai káptalan panaszára Podmaniczky Ráfáelt a nyitramegyei Kolos s a trencsénmegyei Szkalka környékén levő falvak tizedeinek elfoglalásáért és Szulócz falu birtokba vételéért perbe idézi.

Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thwrocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens, amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis in persona honorabilis capituli ecclesie Nittriensis, quomodo magnificus dominus Raphael de Podmanyn et in Bezthercze, ignoratur quibus respectibus, universas decimas frugum et aliorum bladorum decimari solitorum ex possessionibus Koloz, Zeplak, Nadasowcz, Jaskoffalwa, Naghbassan, Kysbassan, Zenolchen, Kresthyen, Zerdahel, Kowarcz, Naghappon, Kysappon, utraque Lephanth, Beed, Mehnye et Zalakoz in comitatu Nittriensi existentibus habitis ipsi capitulo exponenti quottannis provenire debentes, ab anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo usque ad annum similiter Domini millesimum quingentesimum quadragesimum sextum, inclusive numerando, minus iuste et indebite ac preter omnem viam iuris pro se ipso decimari percipique et in usum suum converti fecisset, per quod dictus dominus Raphael Podmanyczy dempta violentie pena dicto capitulo exponenti plus quam duorum millium florenorum auri damna intulisset, inferrique fecisset potentia mediante. Eo non contentus predictus dominus Raphael Podmaniczky, nescitur, unde motus, modo simili universas decimas frugum et aliorum bladorum decimari solitorum ex possessionibus Zkalka, Wyffalw, Hrabowka, Zwlcha maior, Pwztha Zwdcha, Horenycza, Lehotka, Newsew, Klwchewe, Dwerecz, Zawada, Lyborcze, Zernye, Borchycz, Bobezow, Kamenychan, Zlawnycza, Wazka, Dwlo, Novavilla, Hornawa, Prwka, Bohwnycz, Wychapy, Thwkyna, Mykozowcz, Chermeny, Krywoklath, Sewchyna, Paneynowcz et oppido Lednycz ac pertinentiarum suarum in comitatu Trincyniensi existentibus habitis prefato capitulo exponenti paratis in pecuniis quottannis provenire debentes, ab anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto usque nunc, inclusive numerando, modo simili minus iuste, indebite ac preter omnem viam iuris pro se exigi curasset, per hocque prenominatus dominus Raphael Podmanyczky iamfato capitulo exponenti, dempto actu

potentiario, plus quam octingentorum florenorum auri damna intulisset irrogarique curasset potentia mediante. Hiis preterea prenarratus dominus Raphael Podmanyczky non contentus circa festum beati Michaelis archangeli in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo supradicto transacto preteritum misisset destinatis certis quibusdam hominibus et servitoribus suis in et ad possessionem prescripti capituli exponentis Zwlocz vocatam in supradicto comitatu Nittriensi existentem habitam eandemque pro se occupari, occupatamque tamdiu, donec sue placuisset voluntati, tenuisset et possedisset, fructus et quelibet emolumenta pro se percipiendo, in quibus antefatus dominus Raphael Podmanyczky memorato capitulo exponenti, salvo actu potentiario, plus quam sexingentorum florenorum auri damna intulisset, inferrique fecisset, potentia mediante, in preiudicium et damnum prenominati capituli exponentis valde magnum. Quia autem huiusmodi actus potentiarii per quoscunque patrati instar aliarum causarum ex constitutionibus publicis adiudicari solitorum in curia regia per nos ceterosque iudices regni ordinarios pro quintodecimo die discuti debent et adiudicari, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatinus presentes litteras nostras memorato domino Raphaeli Podmanyczky per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis, qui si personaliter reperiri poterit, bene quidem, alioqui de domo habitationis sive solite eiusdem residentie ammoneat eundem dicatque et committat eidem verbo nostro, ut ipse decimo quinto die diei huiusmodi exhibitionis et ammonitionis in curia regia coram nobis personaliter, aut per procuratorem suum legittimum modis omnibus comparere debeat et teneatur, rationem de premissis redditurus. Certificando nichilominus eundem ibidem, ut sive ipse termino in predicto coram nobis compareat, sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris. Et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem, ut fuerit expediens, terminum ad prescriptum nobis amicabiliter rescribatis. Datum Posonii, feria quinta proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

A pozsonyi káptalan a fenti parancs végrehajtására «Thomam presbiterum de Poloztycza rectorem altaris Sancte Trinitatis in prefata ecclesia nostra Posoniensi fundati» küldi ki, a ki «feria sexta proxima post festum Martini episcopi et confessoris» jár el a kiküldetésben, melyről a káptalan «tertio die diei executionis premisse» tesz jelentést. — Eredetije papiron, *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 7. Nr. 13.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

79.

Gyalu, 1548 november 16.

Izabella királyné igazolja, hogy a szászbeszterczei kerület plébánosai a Szent-Márton-illetéket lefizették.

Isabella Dei gratia regina Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Recognoscimus per presentes, venerabilem Petrum Coloswariensem, archidiaconum Wgochensem, canonicum ecclesie Albensis Transsilvane et plebanum Terpensem censum sancti Martini plebanorum districtus Bistriciensis, florenos utpote ducentos viginti octo in auro, item viginti marcas argenti gravis ponderis et centum quinquaginta denarios currenti in moneta, medio egregii Francisci Kewrewsy, magistri curie nostre, nobis dedisse et persolvisse. Super quo quidem censu eundem magistrum Petrum et predictos plebanos reddimus quietos et expeditos harum nostrarum vigore. Datum in castro nostro Gyalw, feria quinta proxima post festum sancti Martini episcopi, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Isabella regina m. p.

Eredetije a szászbeszterczei káptalani levéltárban. — Közölve *Teutsch:* Urkundenbuch der evang. Landeskirche A. B. in Siebenbürgen, I. 158.

80.

Pozsony, 1548 november 23.

I. Ferdinánd király Oláh Miklós egri püspöknek családi nemességét kiváló érdemeiért megerősíti.

Nos Ferdinandus etc. Fideli nobis sincere dilecto reverendissimo Nicolao Olaho ecclesie Agriensis episcopo, consiliario et secretario cancellario nostro, salutem gratieque et favoris in te nostri regii incrementum. Quod maioribus nostris, divis imperatoribus et regibus, qui nobis maximis in rebus bello paceque preclare preluxerunt, summo semper studio fuit, ut amabiles magis, quam formidabiles haberentur, id sane nimis quam libenter imitamur, sive quia hoc nostre nature ductus est, sive quia re ipsa atque usu compertum habemus, ea demum quam firmissima regni presidia et munimenta esse, que in animos hominum clementia et liberalitate principum collocantur. Etsi vero omnibus, quoad eius fieri potest, bene benigneque facere studeamus, liben-

ter vero hac voluntate prolixius erga eos utimur, qui virtute et natalibus alios antecellunt, quique tales cum sint, perpetua fide, cura, studio, labore, vigilantia sese nobis in dies magis gratos et acceptos reddere contendunt. Quo in ordine quanto magis emines, tanto sumus ipsi ad te omnibus honoribus et beneficiis cumulandum propensiores. Nam quod ad genus tuum attinet, sic quidem certorum fidelium nostrorum fidedigna relatione edocti sumus, te ab ipsis vetustissimis gentis Valachorum principibus originem ducere, patre natum Stephano Olaho, viro prestanti, cuius etiam etate aliqui sua in familia Dacie Transalpine, que nunc Valachorum patria est, principes fuerint. Nam quominus ipse rerum potitus est, id eo evenisse, quod animus eius ab omni ambitioso certamine abhorruerit, quietisque et securitatis fuerit appetentissimus. Itaque cum serenissimi Matthie regis tempestate, servitia ac tyrannide Dracule vaywode, tunc temporis Transalpine principis, consanguinei scilicet sui, patria excessisset, neque suorum popularium reditum eius certatim efflagitantium favore, neque predicti serenissimi quondam Matthie regis authoritate et opibus adduci potuisset, ut se in avitas sedes restitui pateretur: maluisse virum singulari moderatione animi et prudentia preditum apud vicinos Transylvanos, ad quos tum secessisse tantum credebatur, in otio vitam private similem agere, quam principatum cum discrimine tenere; vixisse tamen eum et in Transylvania cum dignitate, quemadmodum virtus eius merebatur, ita gestis magistratibus, ut vivens in magna omnium fuisse dicatur admiratione, et decedens perpetui sui desiderium reliquisse. Preclara sunt hec, que narrantur, originis et gentis tue decora, que tu paterne virtutis emulus, non tibi a puero modo in familia retinenda, sed et augenda proposuisti. Venisti enim in aulam serenissimi quondam Vladislai regis, soceri nostri charissimi. Hic et suapte opera et prestantissimorum hominum usu et consuetudine eam tibi doctrine, virtutis industrieque laudem, quasi lucernam quandam parasti, ut filius rex successor, excellentissimus princeps Ludovicus, eiusque serenissima coniunx regina Maria, soror nostra charissima, te in secretariorum et consiliarorum suorum numerum cooptarint; at postquam ferentibus ita fatis idem gloriosus rex Ludovicus sororius noster charissimus pro religione proque patria sua adversus perpetuos christiani nominis hostes Turcas fortiter in campo ad Mohacz patente dimicans cecidisset, et in tanta consternatione omnium alii alio dilaberentur: tu eandem serenissimam sororem nostram, acerbissimo casu mariti gravissime perculsam peneque

exanimatam, secutus es alacriter ita et coluisti, ut maximam integritatis, fortitudinis et constantie laudem ferres. Qua nos, cum regno isto nostro Hungarie inauguraremur, excitati, te Albensis ecclesie custodem et gazophylactem fecimus ac in ordinem secretariorum et consiliariorum nostrorum adlegimus. Quemadmodum autem tua erga eandem serenissimam reginam Mariam fides insignis fuit, ita minime obscura eius erga te voluntas, ut qui ab Hungaria discedens, te unum fere ex omnibus Hungaris delegit, quem e conspectu cladium et calamitatum domesticarum in Belgicum orbem in servitiis suis ab augustissimo imperatore Carolo quinto, domino et fratre nostro charissimo, ad multarum provinciarum gubernationem evocata, secum duceret, erumnarumque anteactarum et curarum testem simul et adiutorem haberet. Sic autem versatus es in Belgio, ut te hominem exterum summatores iuxta ac infimatores omnes amarent, colerent et observarent. Docti enim homines ob excedentem omnium bonorum artium cognitionem ac linguarum grece et latine peritiam, dicendique et scribendi oratoriam simul ac poëticam facultatem suspicerent et admirarentur. Etsi eadem serenissima soror nostra te haud temere ab aula sua abire aut abesse passa est, tamen magnitudine rerum, quas apud nos gerendas habuit, nec cuivis credere ausa fuit, commota, te ad nos legavit. Quo tempore, quia tibi diutius in aula nostra manendum fuit, nos et prestite eidem domine regine in maximis rebus et periculis fidei et sedulitatis memoria, ac prestantis eruditionis, prudentie doctrinitatisque (!) tue, que in omnibus actionibus tuis eminebant, consideratione inducti, te simul et episcopum Zagrabiensem et cancellarium, eadem charissima sorore nostra approbante et applaudente, renunciavimus. Quam te vero preclare muneribus hisce obeundis gesseris, et quantus inde cumulus ad nostram erga te benevolentiam accesserit, vel ex eo satis apparet, quod tibi is a nobis habitus est honor, quem reges nonnisi aut necessitudine aliqua sibi coniunctis, aut genere et dignitate prestantissimis habere solent. Nempe quod ad suscipiendam e sacro divine regenerationis lavacro filiam nostram charissimam Joannam ultimo genitam a nobis fuisti admotus, et hac sacra compaternitatis ceremonia ceu obligatus fidem et diligentiam tuam, quam prestitisti nobis et charissime conthorali nostre, serenissime quondam domine regine Anne, cuius item clementem voluntatem erga te semper propensissimam fuisse cognovimus, eandem liberis quoque nostris amantissimis prestes. Quod te sedulo et sancte facturum esse, iam ipsa etiam re maxi-

mis laboribus atque periculis susceptis confirmasti. Nam proficiscentibus nobis e regno nostro Bohemie in expeditionem Saxonicam, ut cum angustissimo imperatore, domino et fratre nostro, ad rebelles hostesque suos et nostris domandos, hereticorum perniciosas sectas exstirpandas, ad profligandasque belli Germanie reliquias coniungeremur, ubique presto fuisti. Teque in eiusdem domini imperatoris et nostris oculis, inque pueritia charissimorum filiorum nostrorum, serenissimorum principum, archiducum Austrie, Maximiliani et Ferdinandi, quorum alter imperatorias, alter nostras copias ductitabat, ita gessisti, ut virum strenuum, bonum et fidelem decuit. Eadem alacritate bello Saxonico feliciter et ex sententia perfecto, in componendis regni nostri Bohemie seditiosis fluctibus es usus. Cum itaque incredibili et plane divino successu debellatis, captis et triumphatis hostibus nostris, ac universa Germania pacata, in regnum nostrum Ungaricum reversi essemus, te ex sede episcopatus Zagrabiensis, cui summa cum laude prefuisti, in Agriensem, cuius secundum archiepiscopatus in eadem regno nostro prima semper dignitas et amplitudo fuit, transtulimus, spectatis nobis in illis tempestatibus virtuti et fortitudini tue convenire arbitrati, ut qui fuisti laborum nostrorum particeps, idem quoque novum aliquem victoriarum nostrarum fructum participares, donec te uberiori gratia nostra, que tibi nusquam defutura est, ornare et cumulare possimus. Sed non ut apud te solum, sed etiam apud universam familiam et posteritatem tuam nostri erga te favoris exstet testimonium ... (adományozza, illetőleg új adományozással megerősíti szüleitől öröklött ősi, nemesi előjogait.) Datum per manus reverendissimi in Christo patris domini Pauli de Warda archiepiscopi Strigoniensis, primatis Hungarie, legati nati, summi cancellarii nostri ac locumtenentis in regno nostro Hungarie, fidelis nobis sincere dilecti, in arce nostra regia Posoniensi, XXIII. Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, regnorum nostrorum Romani decimo octavo, aliorum vero vicesimo secundo.

Budapesti egyetemi könyvtár: *Hevenesi-kéziratgyüjtemény,* LXX., 224. — Töredék *Schmitth*nél, Episcopi Agrienses, II., 372.

81.

Pozsony, 1548 november 28.

Oláh Miklós egri püspökké lesz.

«... anno MDXLVIII. creavit serenissimus rex Ferdinandus Posonii Nicolaum Olahum in episcopum Agriensem XXVIII. Novembris, et postea ibidem publicavit XII. Decembris».

Nicolai Oláhi Chronicon. Apud *M. Bél:* Adparatus ad historiam Hungariae, (Posonii, 1735), 41.

82.

Pozsony, 1548 november 29.

I. Ferdinánd király megerősíti a kapronczai Mária-kápolnát Kaznetin falu birtokában és a hozzátartozó házat minden adó alól fölmenti.

Exemptio ab omnibus datiis, collectis et censibus possessionis Kaznetin, ad capellam B. M. Virginis in pertinentiis castelli Kaproncza existentis.

Anno quo supra (1548) penultima die Novembris Posonii date sunt littere privilegiales Maiestatis regie, manu sue Maiestatis subscripte sigilloque ipsius secreto inpendenti communite. Quibus mediantibus Maiestas sua illam exemptionem et donationem, quam magnificus quondam Joannes Ernusth de Chaktornya mediantibus binis suis litteris in capellam beate Marie virginis, per venerabilem quondam magistrum Andream canonicum Quinqueecclesiensem fundatam, ex pio animi sui affectu singulis hebdomadibus tres missas celebrandas instituisse, ad earundem commodiorem supportationem et continuationem, possessionem seu villam suam Kaznethyn vocatam in pertinentiis castelli Kaproncza et comitatu Crisiensi existentem habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eximendo, eandem ab omnibus datiis, censibus, collectis ordinariis et extraordinariis seu taxis quibuslibet, etiam pecuniis exercitualibus, victualium proventibus et servitiis, preterea iure montano sive terragiis et akonibus ac decimis de populis et incolis eiusdem possessionis Kaznethyn, ad castellum Kaproncza provenire debentibus, predicte capelle consequenterque prefato magistro Andree necnon successoribus eius, rectoribus eiusdem capelle, dedisse, donasse et in perpetuam dotem seu hereditatem inscripsisse; communem insuper usum silvarum, pratorum campo-

rum, pascuorum, aquarum, fluviorum et aliorum quorumcunque usuum et utilitatum, quibus incole provincie sive pertinentiarum dicti castelli Kaproncza uti consuevissent, inhabitatoribus predicte possessionis Kaznethyn concessisse; preterea domum sive fundum curie cum horto in vicinato contiguo horti et domus plebanialis predicti oppidi Kaproncza, ad eandem capellam pertinentem, a iurisdictione sua castellanorumque, officialium et hominum suorum necnon iudicis et iuratorum ac communitate civium Kaproncza sequestrando, ac ab omni solutione census et taxarum ordinariarum et extraordinariarum et servitiis quibuscunque tam sibi quam in medium civium eiusdem oppidi provenire et solvi debentibus exemisse et libertasse; item domum seu fundum quendam desertum liberum a meridie domus predicte capelle adiacentem una cum horto et aliis utilitatibus eiusdem eidem domui annexuisse et similiter illis libertatibus, exemptionibus, quibus predictam domum capelle, dotasse; liberam denique potestatem et fucultatem rectoribus prenominate capelle in eodem fundo erigendi balnei concessisse et fecisse dinoscebatur, magistro Stephano de Zenthgerwara moderno magistro capelle eiusque successoribus universis innovantes perpetuo valituras gratiose approbavit, ratificavit et confirmavit, salvis iuribus alienis.

Országos Levéltár: Liber Regius II. kötet, 310—311. oldal.

Közli: Iványi Béla.

83.

Pozsony, 1548 november 30.

I. Ferdinánd király meghagyja Podmaniczky Ráfáelnek, hogy a bakonybéli apátság tőle lefoglalt javait Csanádi János apátnak visszaadja.

Ferdinandus rex fideli nostro magnifico Raphaeli de Podmanyn. Conqueritur apud maiestatem nostram fidelis noster religiosus frater Joannes de Chanad abbas monasterii Beel, quomodo tu quasdam portiones possessionarias abbatie sue superioribus disturbiorum temporibus occupatas nunc quoque violenter teneres in damnum suum iuriumque ecclesie sue derogamen, supplicans nobis humiliter, ut ei iuribusque dicti claustri sui gratiose providere dignaremur. Cuius nos humili supplicatione accepta, volentes bona ecclesiarum Dei sacris ministeriis a divis quondam regibus Hungarie data ab eis quovis modo alienata in pristinum suum ius reduci et restitui, mandamus firmissime, quatinus

prescriptas portiones possessionarias dicte abbatie Beel nunc, ut dicitur, apud manus tuas existentes ad eam et per consequens abbati ipsi remittere et restituere debeas. Datum Posonii, ultima mensis Novembris, anno Domini millesimo qningentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,* episcopus Zagrabiensis.

Papirra írt eredetije a pannonhalmi rendi levéltárban: Capsa 49. Ss. A szöveg alján levő pecsét ép. — Közölve: A pannonhalmi Szent Benedek-rend története, IX., 457.

84.

Pozsony, 1548 október és november.

Az 1548. évi pozsonyi országgyűlés vallásügyi törvényei.

Constitutiones seu articuli Posonienses in generali dieta regnicolarum pro anno Domini 1548. editi.

— — — — — — — — — — — — — — —

V. Imprimis quoad negotium religionis, omnes ordines et status regni una voce consentiunt cultum divinum et religionem ad pristinam normam esse redigendam et hereses undique tollendas, iuxta admonitionem regie Maiestatis.

VI. Id autem ita recte fieri posse existimant, si omnibus ecclesiis prelati, sive sint episcopi, sive prepositi, sive abbates, viri ecclesiastici et doctrina prediti quamprimum preficiantur, qui et ipsi doceant verbo et exemplo gregem sibi commissum, et vicarios suos ministrosque sibi subiectos eorum officium exercere faciant, mittantque sine mora in omnes partes archidiaconos, vicearchidiaconos et alios, quorum interest, ad docendam plebem; quibus, si ipsi forte pro se sufficientes non sunt, predicatores boni adiungantur, ut ubique vetus religio pristinusque Dei cultus restituatur. Parochos etiam in omnibus oppidis et villis tales constituant, qui veram doctrinam sapiant et eandem doceant, sacraque administrent iuxta ritum sancte ecclesie catholice. Iidem etiam prelati pro facultatibus ipsorum scholas erigant, in quibus bone littere et vera religio doceatur, ut sic in dies magis prava dogmata tollantur et vetus religio repullulet, predicatoresque boni per regnum dispergantur. Sacerdotes autem non creentur, nisi probate vite ac doctrine viri, et his sacerdotia ecclesiastica beneficiaque conferantur. Ipsi autem prelati penes ecclesias ipso-

rum iugiter resideant, et unusquisque sive prelatus, sive alius vir ecclesiasticus unum tantum beneficium possideat, non plura. Si quis prelatus publicis muneribus occupatus, penes ecclesiam residere non posset, vicarium, virum sufficientem et ecclesiasticum, loco suo continue teneat penes ecclesiam.

VII. Ut autem facilius et citius boni et docti viri per regnum dispergantur, dignetur Maiestas regia iis, qui in gymnasio bonis litteris operam dant, gratiose providere, ita ut studia ipsorum continuare et perficere possint.

VIII. Preterea, ut prelati omnes modo premisso officio ipsorum possint omni ex parte satisfacere, videntur bona omnia ecclesiastica, quocunque nomine vocentur, proventusque ac decime, item abbatie aliaque omnia beneficia, que per laicos possidentur, queque a Maiestate sua regia ad beneplacitum, vel ad tempus iam preteritum inscripta sunt, vel per laicos de facto et sine titulo occupantur, de manibus quorumcunque statim eliberanda esse et his restituenda, ad quos spectant; si qua autem beneficia huiusmodi vacarent, ea Maiestas regia personis idoneis conferat. Super bonis autem et proventibus episcopatus Jauriensis et aliis similiter iam inscriptis Maiestas sua, quemadmodum gratiose se obtulit, dignetur tractatus fieri curare, quibus tractatibus ea bona ac proventus, quo facilius potest, de manibus eorum, penes quos sunt, eliberentur.

IX. Et quoniam episcopatus fere omnes, qui sub ditione regie Maiestatis sunt, in his disturbiis magna ex parte bonis et proventibus ipsorum spoliati sunt adeo, ut vix quotidiani sumptus episcopis suppetant, nedum arces ipsorum finitimas conservare possint: supplicant ordines es status regie Maiestati, ut sua Maiestas instet et efficiat apud sacratissimum dominum nostrum, id quod etiam ordines et status publico nomine facturi sunt, quo sanctitas sua confirmationes episcoporum nondum consecratorum gratis concedat authoritatemque insuper gratis tribuet aliquibus ex eis consecrandi hic in regno suffraganeos, ut sint, qui sacros ordines impertiant .Nam et hactenus suffraganeorum inopia multis in locis magnus defectus clericorum et sacerdotum in regno accidit.

X. Preterea cum hactenus multis in locis, ex licentia multorum dominorum et nobilium, homines idiote et plerumque mechanici ac alii predicatorum fungi officio veriti non sint, videtur ordinibus et statibus regni, ut predicatores, vicarii, archidiaconi, vicearchidiaconi et alii, qui modo supradicto ad reformationem

religionis per prelatos emittentur, diligenter tales prohibere et ad pristinam veramque religionem redigere curent. Qui si resipiscere nollent, tunc de bonis illis eiiciantur et ex merito puniantur. Domini autem terrestres non solum id non impediant, sed ipsos predicatores et alios ministros verbi Dei, per prelatos emissos, iuvent omnibus modis ad exercendum officium ipsorum. Si quis ex eis aliter facere intelligetur, ad primam requisitionem regie Maiestatis, vel in eius absentia domini locumtenentis, personaliter vel per procuratorem comparere teneatur et iure convictus, ex merito puniatur.

XI. Anabaptistas et Sacramentarios, iuxta admonitionem regie Maiestatis, qui adhuc in regno supersunt, procul expellendos esse de omnium bonis, ordines et status regni statuerunt, nec amplius illos, aut quempiam illorum intra regni fines esse recipiendos.

XII. Preterea bona et proventus monasteriorum ac capitulorum desertorum, exceptis Belawar et eius pertinentiis, quas Maiestas regia, durante beneplacito suo, Francisco Thahy ad sustentationem eius ad tempus concessit, ad alendos doctos parochos et verbi Dei sinceros predicatores, qui populum in veteri orthodoxa, vera catholicaque fide et religione conservare, et si qui ab ea desciverunt in hoc regno, ad eam reducere studeant, necnon ad instaurationem et erectionem scholarum particularium, earundemque magistrorum, qui docti et probi sint, intertentionem, et denique ad bone spei ac indolis iuvenum et adolescentum, ut bonis litteris operam dare possint, promotionem ac auxilium applicentur et convertantur, quo tali ratione boni et docti viri alantur et nutriantur. Ad hec autem premissa rite atque ordine exequenda, proventusque predictos in premissum usum fideliter convertendos, quilibet prelatus sub sua diocesi curam gerere teneatur, ac ubi opus fuerit, Maiestati regie de administratione huiusmodi rationem reddat.

XIII. Supplicant ordines et status regie Maiestati, domino eorum clementissimo, ut tam sua, quam sacre Maiestatis cesaree authoritate agat apud sanctissimum dominum nostrum, quo sanctitas sua generale concilium pro complanandis omnibus differentiis variisque opinionibus de religione sine diuturniori mora celebrare dignetur. Quod si sanctitas sua id differret, Maiestas cesarea dignetur modum adhibere, ne celebratio concilii diutius protrahatur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek, III., 217—220.

85.

Pozsony, 1548 deczember 6.

Anno 1548. in festo beati Nicolai episcopi et confessoris rex Ferdinandus curias nobilitares Cheeffölde appellatas donavit reverendissimo domino Francisco de Wylak episcopo Jauriensi et per eum egregio Wolffgango de Wylak eius nepoti.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinai-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 143.

86.

A (gönczi) szent Katalin-monostorban, 1548 deczember 9.

Ferencz, a pálosok főperjele és a gönczi szent Katalin-monostor szerzete egyik szőlejüket Pető Pál, Benedek és Fülöp héjczei lakosoknak adják el 32 forintért.

Nos frater Franciscus, ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite, regulam beati Augustini episcopi professorum prior generalis, necnon conventus monasterii sancte Katherine virginis et martiris in promonthorio supra Gewncz degens, memorie commendamus — — —, quod nos quandam vineam nostram omnino desertam et incultam in promonthorio nostro existentem provido et circumspecto viro Paulo Pethew de Heecze ac domine Vrsule uxori sue, similiter germanis videlicet Benedicto et Philipo Pethew de dicta Heecze, ipsorumque et posteritatibus universis pro triginta duobus florenis plene ab eodem nos levatis et receptis — — — dedimus, vendidimus et perpetuavimus. — — — Datum in claustro nostro beate Katherine virginis, in quinquagesimo die dominico, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije papiron, alul papirba nyomott pecséttel, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum. 125. csomó, régi jelzete: Acta conv. Paul S. Cather. Göncz. fasc. 1. Nr. 11.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

87.

Nyitra, 1548 deczember 10.

Az elefánti pálosok perjele a nyitrai káptalan előtt monostorának podluzsányi birtokát Kisapponyi Benedeknek és társainak haszonbérbe adja.

Nos capitulum ecclesie Nitriensis... memorie commendamus per presentes, quod religiosus frater Franciscus prior

religiosorum fratrum heremitarum in claustro supra possessionem Lephanth in honore sancti Joannis Baptiste in comitatu Nittriensi constructo degentium, in eiusdem conventus et fratrum heremitarum ab una, ac nobilis Benedictus de Kysapon in sua ac nobilium Christophori filii necnon Mathie similiter Apony, fratris sui nominibus et personis, ab altera partibus ad nostram personaliter veniendo presentiam, sponte et libere sunt confessi et proposuerunt in hunc modum: Quod annis superioribus religiosus frater Blasius eorundem fratrum heremitarum in claustro in possessione Nozthre vocata constructo degentium vicarius, urgentibus arduis necessitatibus eorundem fratrum heremitarum in predicto claustro sancti Joannis Baptiste commorantium, totale predium eiusdem claustri Podlwsan vocatum in comitatu Nittriensi ac molendinum ibidem, in fluvio Nittra habitum, simul cum cunctis suis utilitatibus pro 75 florenis iisdem Benedicto, Christophoro et Mathie de Kysapon pignori dederit... Cum autem redimere non possent, de consensu religiosi Deoque devoti patris fratris Gregorii, generalis eiusdem ordinis fratrum heremitarum, sub certis conditionibus iisdem nobilibus elocant. Datum feria tertia proxima post festum conceptionis beatissime Marie virginis, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Eredetije papiron, kívül rányomott pecsét töredékével, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 93. csomó, régi jelzete: Acta conv. Paul. Elephant fasc. 10. Nr. 13. Ugyanitt ugyanezen jelzet alatt ennek az oklevélnek még két eredeti és egy másolati példánya őriztetik.

Közli: Iványi Béla.

88.

Pozsony, 1548 deczember 12.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar kamarának, hogy a nagyszombati apáczák jobbágyait régi szabadságukban megtartsák és ne adóztassák.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie, dux Burgundie, marchio Moravie etc. Fidelibus nostris reverendo Francisco Thurzo de Bethlennffalwa episcopo Nittriensi consiliario nostro et thesaurario regni nostri ac venerabili et egregiis consiliariis camere nostre Hungarice, item comitibus, vicecomitibus et iudicibus nobilium necnon dicatoribus quarumcumque taxarum, contributionum collectarumque et subsidiorum nostrorum modernis et futuris, presentes nostras visuris,

salutem et gratiam. Expositum est maiestati nostre in personis religiosarum virginum sanctimonialium claustri beate Marie virginis in civitate nostra Thyrnaviensi fundati humiliter, quod licet ipse virgines habeant certa privilegia a divis quondam Hungarie regibus, nostris predecessoribus, ipsis data et per nos confirmata, quibus mediantibus coloni ipsorum tam in prefata civitate nostra Thyrnaviensi, quam etiam extra eam ubivis commorantes, ab omni genere collectarum regiarum penitus exempti et supportati essent, forent tamen nonnullij ex vobis, qui hanc prerogativam ipsis virginibus sanctimonialibus non observarent in derogamen iurium ipsarum et dampnum non mediocre, supplicantes nobis humiliter, ut ipsis superinde gratiose providere dignaremur. Quarum nos humili supplicatione accepta volentes eas in earum antiquis iuribus et libertatibus conservare et per omnes fideles subditos nostros conservari facere, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus a modo, in posterum populos et colonos supradictarum virginum, tam in prescripta civitate nostra Thyrnaviensi, quam alibi extra eam ubicunque commorantes, in dictis eorum iuribus et libertatibus conservare neque eos ad solutionem quarumcumque taxarum, collectarum, censuum ad cameram nostram dari solitarum compellere aut eos propterea in personis rebusque et bonis ipsorum quovis modo impedire, turbare aut damnificare presumatis, sed eos in prescriptis iuribus et libertatibus per nos etiam confirmatis gratiose omnino conservare debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, duodecima die mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis.

Eredetije papiron, alul papirral fedett, vörösviaszba nyomott töredékes pecséttel. *Országos Levéltár:* Monial. Tyrnavien. fasc. 1. Nr. 31.

Közli: Iványi Béla.

89.

Pozsony, 1548 deczember 13.

I. Ferdinánd király kegyuri jogát az egri egyházban Oláh Miklós egri püspökre ruházza, hogy az egri egyházban megüresedő javadalmakat alkalmas személyeknek adományozhassa.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie, Dalmatie, Croatie Slavonieque etc. rex,

semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos inducti fide, meritis, virtutibus, doctrina ceterisque animi preclaris dotibus ac morum, viteque integritate fidelis nostri, reverendissimi domini Nicolai Olahi episcopi Zagrabiensis, secretarii cancellarii nostri etc., nobis syncere dilecti, quibus eundem propria nostra multorum annorum experientia ab Altissimo preditum esse cognovimus, tum igitur ex eo, tum vero ut ecclesie Agriensi, ad cuius prelaturam ex episcopatu predicto Zagrabiensi nunc ipsum Nicolaum Olahum transtulimus, de bonis, doctis et idoneis viris suo quoque tempore pro Dei cultu et pro bonorum etiam eiusdem temporalium cura provideatur: iuspatronatus nostrum regium, quod sicuti in omnibus etiam aliis regni nostri Hungarie ecclesiis, ita in eadem quoque episcopatus Agriensis ecclesia ac aliis ecclesiis collegiatis et parochialibus ad eandem pertinentibus, super conferendis beneficiis quibuscunque, instar precessorum nostrorum, divorum quondam regum Hungarie, optimo iure habemus, prefato Nicolao Olah, episcopo Agriensi, dandum duximus et conferendum, annuentes eidem et concedentes mera nostra potestate, ut idem Nicolaus Olahus episcopus a modo in posterum omnes et quascunque preposituras, dignitates, archidiaconatus, canonicatus, prebendas, capellarum et altarium rectoratus ac generaliter omnia quecunque sacerdotia et beneficia, quocunque nomine et titulo censeantur, in prefata ecclesia Agriensi ac aliis ad eandem pertinentibus, quomodocunque et quocunque titulo vacantia et in futurum vacatura, personis idoneis et benemeritis, ipsa iurispatronatus nostri authoritate ei data, semper dare et conferre posssit et valeat, imo damus, conferimus, annuimus atque concedimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in arce nostra regia Posoniensi, decima tertia mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, regnorum nostrorum Romani decimo octavo, aliorum vero vigesimo secundo.

Ferdinandus m. p. (L. S.)

Kívül: Juspatronatus in ecclesia Agriensi.

Eredetije a *kismartoni* főlevéltárban, Oláh érsek levelei között.

Közli: Karácsonyi János.

90.

1548 deczember 13.

A boldogságos Szűz szászkézdi kápolnája ügyében tett tanuvallomások folytatása.

Orationum servitiorumque nostrorum perpetuam ac humillimam commendationem. Venerabilis ac egregie domine, domine nobis semper observandissime. Litteras commissionales pro secunda dilatione nobis missas accepimus cum omni, quo decet, honore, contentaque sane intelleximus, testesque, quos pro parte iudicis et iuratorum civium possessionis Zazkÿzd produxerunt, citavimus iuxta vim et formam litterarum contentam, prius iuramento prestito super sancta Dei evangelia dextris ipsorum manibus corporaliter tactis.

Primus testis Simon Kyzer pellio et concivis Enyediensis sic fassus est dicens, quod a diebus infantie, pueritie, adolescentie et usque ad virilem etatem educatus fuit in Zazkyzd, et nunquam audivit fama a progenitoribus suis neque a quopiam, quod Antonii Gereb progenitores, aut aliquis nobilium fundasset sacellum beate Marie virginis in possessione Zazkyzd, nec dotasset aliquibus hereditatibus nec haberet aliquis nobilis ibi ullam hereditatem, nam pater eius tempore pueritie ipsius fuit magister molendini, quod fuit in fine oppidi Zazkyzd, qui erat satis senio confectus, nec ab ipso audiverat, quod haberent aliqui nobiles molendinum aut alias hereditates in possessione Zazkyzd, nisi habuit sacellum beate Marie virginis unam piscinam, in qua sepius tempore pueritie mee balneavi, pro certo audivi et scio, quod ad sacellum concernebat, et alie hereditates erant ad sacellum, sed ignoro, per quos dotata essent, et de tempore constructioonis sacelli ignoro, quia non proximis temporibus constructum est, et iam sunt anni quinquaginta, aut ultra, postquam egressus sum de Zazkyzd et maneo in Enyedino. Et de cetero ad presens usque non audivi, quod aliquis nobilium hereditatem haberet, aut possideret in possessione in Zazkyzd.

Secundus testis Joannes Segeswary concivis Enyedyensis fassus est, sicut primus testis.

Tertius testis Marcus sutor concivis Enyediensis sic fassus est dicens, quod tempore iuventutis ipsius habuit antiquissimum avum nec ab eo nec ab aliquo alio audivit, quod progenitores Antonii Gereb habuissent hereditates aliquas, aut aliquis nobi-

lium, vel construxissent aut dotassent sacellum beate Marie virginis in Zazkyzd usque ad presens.

Quartus testis Jacobus mensipar concivis Enyedyensis sic fassus est, sicut primus testis, nisi addidit, quod bene novit, quod quidam elegantissimus presbyter morabatur circa sacellum et scolam, quodque regebat in Zazkyzd piscinam, terras arabiles et ceteras hereditates ipse possidebat, et audivit, quod ad sacellum continebant, sed nescio, a quibus dotata fuerunt, puto enim et audivi, quod a civibus pristinis temporibus in Zazkyzd commorantibus, sed nobilium nullus hereditatem habuit, ut supra primus testis.

Quintus testis Thomas pellio concivis Enyedyensis fassus est, sicuti primus testis.

Sextus testis Antonius pellio concivis Enyedyensis fassus est, sicut primus testis.

Igitur domine, domine nobis semper observandissime sic coram nobis fassio acta et facta est, die vero festi beate Lucie virginis et martyris, Vestramque venerabilem ac egregiam Dominationem Altissimus conservet ad vota eiusdem. Datum Enyedyni, in festo beate Lucie virginis et martiris, anno Domini 1548.

Vestre venerabilis ac egregie Dominationis capellani

Joannes
plebanus de Enyed et

Marcus
presbyter, rector hospitalis de eadem Enyed.

Kívül: Venerabili ac egregio domino Francisco Zengely archidiacono Ozdensi, canonico ecclesie Albensis Transsilvane et in officio vicariatus iudici surrogato, domino ipsorum semper observandissimo.

Utána következik: 1549. die XV. Januarii coram domino Michaele Chyaky iudice surrogato pro tribunali sedenti exhibite sunt presentes littere testimoniales per magistrum Benedictum Myske procuratorem I. absente procuratore actoris. Certificatus est idem magister Benedictus Myske super receptione testium, pro tertia dilatione decreta XXV. die Zazsebes ab hesterno die numeranda fienda et reportanda die quinto post.

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 226—228.

91.

1548 deczember 14.

I. Ferdinánd király a váczi püspökséget Sbardellati Ágoston esztergomi prépostnak adományozza.

14. Deczembr. 1548. Ferdinandus I. confert Augustino de Sbardellatis praeposito ecclesiae Strigoniensis vacantem per mortem Stephani Broderici episcopatum Vaciensem.

Oklevél-kivonat *Kovachich:* Formulae solennes styli in cancellaria etc. regni Hungariae olim usitati, (Pesthini, MDCCXCIX), LXV., nr. 106.

92.

1548 deczember 15.

A Szentgyörgy, Bazin, Detrekő és Borostyánkő várakhoz tartozó városok és falvak egyházi viszonyairól fölvett jegyzőkönyv.

Inquisitio proventuum ad *Sanctum Georgium* die XV. Decembris (1548.) facta.

— — — — — — — — — — — — — — —[1]

De ecclesiis.

Extra oppidum Sancti Georgii est una ecclesia deserta, quam in festo divi Emerici ducis et tempore Rogationum processionatim adire et visitare erant cives soliti, quod tamen facere negligunt.

In oppido est ecclesia parochialis, in qua solebat esse parochus, concionator loco sacellani, item sex beneficiati, qui domos habebant, qui nunc nulli sunt, et ille domus beneficiatorum a servitoribus domini Gasparis Seredy inhabitantur, et a proximo festo paschatis nullum habuerunt plebanum, neque servitia divina continuata sunt. Et interrogati, quis eis sacramenta administraret, responderunt se misisse ad Bozyn et illinc esse vocatum parochum, aut puerum infantem illuc esse portatum; conduxisse tamen eos in presentem annum parochum dominum Andream Cornelium, qui propter quandam discordiam et verbera, que cum coquo domini Seredy habuit, coactus fuit discedere, et

[1] A kipontozott helyeken tárgyunkra nem tartozó, azért kihagyott vallomások vannak.

quod non fuerit securus in domo sua, nam servitores domini Seredy noctu in domum irruentes, fregerunt seras domus, eumque vulnevarunt.

Proventus ecclesiasticorum.

Plebania seu plebanus ibidem habet vineas II, quas dicunt fuisse per parochos derelictas, et nunc iussu vel voluntate communitatis vitricum ecclesie illas colere.

Vineas beneficiatorum dicunt quondam relictam comitis Francisci partim vendidisse et partim servitoribus suis dedisse et donasse; sex vero vineas beneficiatorum, a comitibus fundatas, dominus Seredy occupavit.

Item ad ecclesiam pertinent due vinee maiores et una minor, que per vitricos ecclesie coluntur, ex quibus omnibus vineis dicunt nunquam fuisse datas decimas aut censum aliquem promontorii seu ius montium; nunc vero dominus Seredy exigit decimas, ius promontorii et ea omnia, que communiter a civibus exigi solent, de quo magnopere gravantur.

Dicunt fuisse res et pecuniam emphiteticam ad sexcentos florenos, de quibus census solvebatur; eam tamen pecunie summam adhuc a comitibus fuisse dissipatam. Similiter dicunt omnia ornamenta ecclesie extare, dempto tabernaculo uno argenteo duarum circiter marcarum, in quo in auribus (?) eucharistia servabatur, quod fures sacrilegi, efracta fenestra, absente domino Seredy, abstulerunt; meliorem vero et maiorem ornamentorum ecclesie partem pro tutiori conservatione Posonii habent.

Privatorum querele.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Iudex ibidem istius anni Martinus Gessell conqueritur: quod cum in festo paschatis anno Domini 1547. dominus Andreas Cornely parochus apud vitricos ecclesie cenaret, et Dominicus Dobo officialis misisset duos portarios arcis, qui sororium ipsius parochi caperent, et esset per hoc ingens tumultus in illa domo excitatus, et iudex cum Balthasare Wiemer in foro deambularet audiretque illic tumultuari, dubitans, ne more solito illi portarii parochum inuria afficerent, tumultum ex officio sedaturus, domum illam ingressus est, in qua cum evaginatis gladiis reperisset tumultuantes portarios, gladium unius ex eis arripuit, quem portarius securi in faciem vulneravit. Cumque iudex vulneratus duos aut tres colaffos portario inflixisset et eum detinuisset, et colligato vulnere cogitasset ex captivitate illius sibi aliquod periculum imminere, dimisit hominem. Cumque post mensem circiter Domi-

nicus Dobo dixisset, sese rem hanc de iure cognoscendam curaturum, convocatique fuissent ex oppidis vicinis iuris prudentes; Dominicus Dobo causam portarii defendere cepit in iudicio, quod cum videret iudex, noluit actorem agere, et ita res in alium diem delata fuisset, et secundo quoque iuris termino neque iudex, neque Dobo voluissent actionem suam facere, re imperfecta iudices discesserunt. Deinde post aliquot menses Dominicus Dobo ad se iudicem accersendum curavit et in turri duodecim dies integros detinuit et tandem in florenos quindecim Hungaricales mulctatum, post datam ducentorum florenorum fideiussionem de non migrando ex hoc oppido, eum dimisit. De qua iniuria cum conquestus esset, dominus Seredy respondit, merito id passum fuisse iudicem, quia servitorem officialis verberavit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Sunt preterea nonnulli, qui conquerentur quidem sese a servitoribus. domini Seredy dampno fuisse affectos; cum tamen non sint conquesti prius vel domino Seredy vel suis officialibus: non sunt querele eorum recepte a dominis commissariis sacre regie Maiestatis. — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — —

Gryenayw

villa. Die XVI. Decembris.

— — — — — — — — — — — — — — —

De ecclesia.

Parochus, antequam dominus Seredy bona hec occuparet, circa festum Georgii in Germaniam migravit, et post hoc ecclesia ministro caruit, et licet parochus possessionis Chwkar paratus fuerit sacramenta administrare, attamen non permisit prefectus hoc nomine, quod non deceat eos ex alieno dominio parochum sibi assumere, hac potissimum de causa, ut vineam plebani et ecclesie in suum usum convertat. Nam cum post discessum plebani coloni vineam ecclesie coluissent, post collectum et in vasa redactum vinum, urnas XVIII primo anno ademit et proximo anno, cum rursus ecclesie sumptibus coluissent, et circiter XXX urnas collegissent, eas quoque ademit; presenti vero anno solus ipse coluit dixitque sibi licere proventus vinee adimere, et donec plebanum invenirent, se personam plebani gesturum et eo colore ademit ab ecclesia urnas vini L.

Preterea conqueruntur de quinque vineis ecclesie, quod ex eis terragium et decime exigantur, sicut in Sancto Georgio.

Item similiter utilitates illarum quinque vinearum ecclesie, videlicet urnas centum et XXX prefectus arcis Sancti Georgii, Johannes Alagÿ, partim violanter ademit, partim adhuc adimere et in suum usum convertere intendit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Czayl

villa prope castrum, domus XXIIII.

— — — — — — — — — — — — — — —

Interrogati de ecclesia, dixerunt se esse de parochia Bozyn.

— — — — — — — — — — — — — — —

Thyrding.

Judex Jacobus Pogner cum suis quatuor iuratis interrogati de ecclesia, dixerunt (!), se non habere, sed de ecclesia Chwkaryensi *(kitörülve:* capituli Posoniensis) nostra (?) illis sacramenta administrarentur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Swampoch combusta.

Judex Thomas Beber cum suis iuratis et tota communitate. Carent ecclesia et ad Bozyn oppidum pro sacramentorum administratione accedunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Lympok.

Habet ecclesiam, caret parocho, etiam antequam dominus Gaspar Seredy illa bona accepisset; et ecclesia habet vineam, quam ipsi colunt et colligunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bozyn oppidum.

XVIII. die Decembris.

— — — — — — — — — — — — — — —

Querele privatorum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Georgius Pykler conqueritur, quod cum quidam dominus Paulus presbyter servivisset dominis comitibus viginti circiter annos, et comes quondam Christophorus in servitiorum remunerationem ipsi quandam vineam dedisset, quam vineam dominus Paulus presbyter in Austriam profecturus, cum prefato Georgio

Pykler viginti florenis vendidisset et in illius pretium coram idoneis testibus quinque florenos domino Paulo numerasset, Franciscus tandem Seredy miserum vinea illa privavit absque aliqua solutione.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item dicunt morem ab antiquo hunc esse, ut circa festum sancti Georgii prata ubique interdicta fuerint; prefectus vero pecora sua in privatorum et hospitalis prata abegit et hospitalis pratum funditus perdidit, ut etiam prorsus nullus illius prati usus esse possit.

Item Franciscus Seredy tribus mulieribus vim intulit et cum illis rem habuit, scilicet cum coniuge Bona Bolach de Zeil, cum Urbani quoque molitoris uxore et cum domini Pauli parochi bone memorie uxore.

— — — — — — — — — — — — — — —

Conqueruntur se Dei auxilio et bonorum hominum consilio honestum iuvenem ad laudem divinam et ad iuventutis utilitatem, ac quo ministerium divinum conservaretur, suscepisse ludique moderatorem constituisse; illum vero cogi [per] castellanum, curare decimas in Schweinspach et Limpach; et timere eos, ut in posterum nullum amplius nancisci possint, unde magna et manifesta detrimenta et incommoda tenere iuventuti accederent.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ab antiquo a magnificis quondam pie memorie dominis comitibus habuit octo florenos cum pyrascaphio (?) uno de oppido Schucasdorff propter ligna et pabulum confraternitas corporis Christi; et hoc est per dominum Seredy sublatum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item dicunt — — — et aliunde ad edificationem templi conflatum creditoribus suis reddiderunt, prout contineri asserunt tenore regestorum suorum; prefectus vero a iudice pecuniam hanc una cum regesto petiit et firmiter illi iniunxit, ut in arcem illi adferat, multis blasphemiis et iracundia incensus, dicens ipsos cives non iuste, et ut decebat, census hos percepisse, attamen quantum ad hospitale et ecclesias corporis Christi et alias confraternitates, que ad laudem divinam sunt extructe, pertinet, et quod cives proventus hosce inter ipsos dividant et inutiliter expendant, quem rumorem de ipsis falso spargi asserunt et neminem vel de uno ipsorum, ut taceant de tota communitate, probare et veri asserere ac testari posse dicunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Saarffy.

27. Decembris, sessiones 35, deserte et populose — — —.

Habent ecclesiam, carent parocho; dant singuli caseum, pullum, duas mensuras tritici ad annum parocho, cum eum habere possunt.

Also Zely.

XVIII. Decembris. Domus sunt integre XXIII.

Judex Clemens Pathocz cum duobus iuratis et communitate.

Ecclesiam non habent, sed sunt filiales ad ecclesiam parochialem Fewlsew Zely, possessionem domine Bathory.

Plebanus Michael, qui celebrat hungarice et communicat omnes sub utraque specie et est penitus sectarius.

Item ex singulis domibus metretas Thirnavienses II tritici et denarios hung. VI parocho dant.

— — — — — — — — — — — — — — —

Grub.

Eodem die. Sessiones sunt XVI.

Judex Valentinus cum quatuor iuratis et tota communitate.

Ecclesiam habent, simul et sacellum, carent tamen parocho et de parochia Chataÿ ipsis sacramenta administrantur.

Sedecimam decimamque adimunt officiales domini Seredy, et habet plebania septuaginta duo iugera, de quibus plebanus non tenebatur decimam solvere.

Item ecclesiam occupavit dominus Seredy dicitque se templum una cum pago emisse, fecitque ex eo horreum et ex arvis ecclesie percipit nonam et decimam, quod autem nunquam fuit solitum.

Item parochus de Chathay ignorat idioma germanicum, quo solo utitur uterque pagus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Eodem die inquisitio facta est

Chatay

villa. Sessiones sunt XXXVI.

Ecclesiam habent parochialem et dant parocho, presbytero Urbano, singuli patresfamilias tres metretas Thirnavienses et plaustrum ligni.

Item ecclesia habet vineam, et decem quedam vinee pendunt V libras cere.

Item decem et octo iugera, que dominus Seredy ademit.

Item sedecimam partem decimarum habet plebanus, et nihil solvitur.

Alia octo iugera, que ecelesie pendunt quotannis denarios hung. L.

Item parocho singuli patresfamilias caseum unum, aut cruciferum unum.

Item singulatim pullum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Wyfalw.

XXVIIII. Decembris. Sessiones sunt XXIIII, quarum decem presenti primo anno illuc migrarunt et sunt liberi ad sexennium per litteras domini Seredy.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam habent in villa deserta Pamsa (?) vocata. Tempore dedicationis conducunt presbyterum; alias vero aliqui ad Sempcz, aliqui ad Chekles vadunt ad sacra.

Terras, arva et prata ad ecclesiam pertinentia et ad illam villam desertam dominus Seredy utitur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Kyralfalwa.

Eodem die. Sessiones integre sunt VIII.

Judex Simon Nagh cum duobus iuratis et communitate.

Ecclesiam non habent, sed ad parochiam Sancti Andree pertinent, indeque sacramenta ecclesiastica administrantur.

Dant plebano singuli denarios hung. V et similiter metretam Thyrnaviensem unam tritici, et etiam inquilini tantumdems pullum unum, aut pro eo cruciferum I.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bothzeg

villa.

Penultima Decembris. Quia in transitu non erant domi, coacti sunt usque ad oppidum Leopoldi venire.

Judex Albertus Nagh cum sua communitate comparuit.

Ecclesiam non habent, sed ad parochiam Sancti Andree spectant, et ex eo loco sacramenta illis administrantur, et omne; ritus ecclesie iuxta sanctorum patrum instituta servantur.

Parocho annuatim solent dare denarios hung. V et unam

metretam tritici cum mensura Thyrnaviensi, pullum unum, aut pro eo cruciferum I.

Item caseum unum dare tenentur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Infra insulam Swtha adiacent

Feel

villa. Eodem die. Sessiones integre VII.

Ecclesiam parochialem et parochum quoque habent et ceremonias ecclesie iuxta antiquas patrum constitutiones observant, nulla heresi sunt infecti.

Plebano soliti sunt dare singule sessiones tres metretas minores.

Pullum I, vel cruciferum I pro eo et unum caseum.

Item due sessiones coguntur plebano unum plaustrum ligni ducere, vel pro eo, si non potest ligna habere, coguntur cruciferos V solvere.

Terras arabiles numero VIIII habet, et de illis dant coloni nonas.

— — — — — — — — — — — — — — —

Eberhart

villa.

Fuit deserta, hoc tamen anno cepit inhabitari a tribus colonis, quibus officialis dedit trium annorum immunitatem.

Myserd

villa.

Sessiones sunt VIIII. Pertinebant ad Bozyn, nunc serviunt ad Sanctum Georgium.

Ecclesiam habent et parochum, hungarice et latine celebrat, et habent indumenta necessaria ad cultum divinum.

Habet a singulis colonis metretam tritici, et sunt quinque ville, que parochie illi subsunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Prwk

villa. Sessiones sunt V.

Ecclesiam habent et parocho carent. In proventibus et aliis omnibus eque, ut illi de Myserd, tenentur et opprimuntur, ut illi, et quanto potentiores sunt, tanto magis aggravati.

— — — — — — — — — — — — — — —

Cheterthewk

oppidum, alias villa Leopoldi vocatum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam habent et plebanum, qui est catholicus et officia et sacramenta ecclesiastica administrat secundum antiquam ecclesie consuetudinem. Conqueruntur tamen dominum Meray...[1]

Beke

villa et allodium.

Sessiones sunt V.

Ecclesiam habent, ex qua fecit dominus Seredy horreum; et occupata ecclesia, non possunt habere plebanum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nyarasd

villa, sessiones sunt VIIII.

Ecclesiam filialem habent in Kywrth, unde omnia officia ecclesiastica illis administrantur.

Parocho tenentur singuli unum pullum et anserem unum annuatim dare, ea quidem ratione, ut una hebdomada missam bis apud eos celebraret. Nunc tenent unum sacellanum, cui seorsim suos proventus, sine detrimento parochi, solvunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Wamosfalw

villa, sessiones sunt IIII, sessiones libertate II sunt.

Ecclesiam non habent, sed filiales sunt ad Kywrth parochiam.

Plebano ipsorum singuli dant in anno denarios X hung. et vidue omnes solvunt singule denarios V hung., ita tamen, ut si in una domo essent tres vel quatuor uxorati, seorsim semper illos X denarios hung. solvere teneantur.

Item antiquis temporibus ex territorio Wzamer plebano tenebantur singuli, qui arabant, dare unam metretam tritici, et ordei aut siliginis similiter metretam unam, quam nunc dominus reverendissimus Strigoniensis percipit.

Item plebano dare sedecimam ex decimis soliti erant.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] Cetera desunt.

Fewlysthal

villa.

Sessiones integre sunt V; ibidem domus deserte sunt VII, que tamen ante dominum Gasparum Seredy desolate fuerunt.

Ecclesiam non habent, sed ad Thewne parochiam pertinent, et plebanus eius loci sacramenta administrat.

Plebano dant parvas metretas tritici II et cruciferos III ex singulis domibus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Detrekew et Borosthyankew.[1]

Ultra montes ad arcem Detrekew:

Pernek

XX. Decembris visitata. Domus XXXIIII.

— — — — — — — — — — — — — — —

An habeant parochum? responderunt proventus esse exiguos, et presbyteros libentius esse in civitatibus, in quibus proventus habere possunt, eo, quod illic ex decimis proventus plebani habere nequeant.

Parocho debent coloni metretam tritici, pullum et caseum et cruciferos II.

Funeralia et id genus, que accidunt.

Sectarios non habent.

— — — — — — — — — — — — — — —

Cohnya

villa, sessiones XXXI.

Judex Gaspar cum quatuor iuratis, dicunt se habere ecclesiam filialem, et ad parochiam de Pernek pertinet. Et de singulis domibus, qui equos habent, unam metretam tritici, et qui equos non habent, mediam metretam, et singuli unum caseum et unam gallinam, preterea singulis angariis singuli patresfamilias dant plebano cruciferos duos.

Preterea habet pratum parochia, et quod uterque pagus, Pernek et Cuhnya, falcare et ad domum plebani vehere coguntur et quod singulis annis ex prato proveniunt plaustra feni VI.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] Continet triginta tria folia integra, unum excisum. Perfecta harum duorum arcium inquisitio 24. Decembris 1548.

Jablokow,

alias Almas dicitur.

Judex Paulus cum suis iuratis et tota communitate. Ecclesiam filialem habent et pertinent ad parochiam de Pernek. Omnia plebano solent dare et annuatim solvere, ut illi in Pernek.

— — — — — — — — — — — — — — —

Dyrumpurg

piscatorum.

Carent ecclesia, traiiciunt Moravum flumen et adeunt templum, possessionem Stykspertth.

— — — — — — — — — — — — — — —

Zenthpether.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam filialem habent, annexam parochie Zlosnycz.

— — — — — — — — — — — — — — —

Zenthmyklos.

Judex Martinus Lehner cum quatuor iuratis et tota communitate, dicuntque se habere ecclesiam, cuius curam gerit parochus de Zlosnycz, cui pendunt, ut alii, et sunt catholici.

— — — — — — — — — — — — — — —

Porbak

villa, domus XVI.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam filialem habent ad Zlosnycz oppidum annexam cum suis attinentiis ecclesiasticis.

— — — — — — — — — — — — — — —

Prathonpown, alias *Zlosnycz*

oppidum. XXI. Decembris.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam hac estate instaurarunt. Habent parochum honorabilem dominum Leonardum, qui superioribus pagis omnibus ministrat et est catholicus ac a reverendissimo domino, domino Strigoniensi Posonii ordinatus. Habet census hic, quos et in aliis pagis suprascriptis.

— — — — — — — — — — — — — — —

Malacka, alias *Ryrchle*
XXII. Decembris.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam non habent, sed in Kyripolcz, loco propinquo, est ecclesia parochialis, in qua sacra plebanus est, et ipse sacramenta eis solet administrare, et est catholicus, Posonii consecratus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Jakobow.
Sessiones XVII.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam non habent, sed ad parochiam Kyripolcz pertinent.

Dicunt tempore Mathie regis fuisse possessionem illam omnino desertam et abhinc viginti circiter annos ex diligentia comitis Volfgangi habitari ceptam, datamque colonis libertatem ac immunitatem tam in silvis, quam in pratis et fenetis omnibus, quam libertatem comes quoque Christophorus illis conservavit; deinde cum in manus domine Barbare relicte quondam Jarocky devenissent, dabant ex singulis illis dimidiis sessionibus mediam metretam tritici et mediam avene mensuram etc.

— — — — — — — — — — — — — — —

Kvripolcz.
Sessiones XII sunt computate.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam habent et parochum honorabilem dominum Laurentium, qui Posonii ordines sacros suscepit et servit ad utriusque arcis pertinentias plerasque, conqueriturque sibi non licere indicere festa, cum coloni cogantur festis non minus, quam profestis diebus operari. Sedecimas quoque nullibi sibi dari asserit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Finis pertinentiarum Detrekew.

Borostyankew arx
cum suis pertinentiis:

Gayer
oppidum.[1]

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam habent, sed plebano carent proprio, quia est filialis ad Kyripolcz parochiam.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] Voces: XXIII. Decembris deleta sunt.

Kvsleward.

Eodem die. Sessiones habet XVIIII.

Ecclesiam non habent, tamen ad Naglewar sacramentorum causa accedunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Hokstetthen

villa, prope fluvium Moravum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesia filialis ibidem ad Sthomffa pertinens. Pro censu plebano eorum pendunt libram unam cere, cruciferos XV.

Item ab antiquo erant octo domus piscatorie et quinque aratorie.

Proventus.

Octo piscatores pendunt diversis terminis infra annum florenos Renenses XXXIIII, qui debentur ad sacellum in ecclesia oppidi Sancti Georgii, in quo sepeliri erant soliti comites; in bonorum tamen divisione a domino Prisinger sunt percepti et post hoc nunquam ad sacellum dati.

— — — — — — — — — — — — — — —

Laab

villa, sessiones XLII.

Judex Wanko cum sex iuratis et tota communitate, iuramento prestito, asseruerunt se habere ecclesiam filialem.

— — — — — — — — — — — — — — —

XIIII. Decembris.

Zohar

villa.

Sessiones XXXVIII et due domus, in quibus pastores ipsorum habitant.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam habent, in qua habent solita indumenta sufficienter. Et quia eorum plebanum cogebant, ut oppidanis Sthomffa serviret, utramque parochiam quia non sufficiebat regere, alio se contulit.

Item dicunt tecta ecclesie minori ruinam, supplicassentque prefecto, ut concedatur eius aliquot vini educillatio pro restauratione ecclesie, et officialis nunquam admisit, nec sedecimam

plebano persolvit. E medio vero ipsorum parocho id provenit, ut supra dictum est.

Item pratum ecclesie occupavit officialis et non permisit colonis falcare, ut ecclesiam illius utilitate possent iuvare.

— — — — — — — — — — — — — — —

Lozorna

villa, sessiones habet XX.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ecclesiam non habent, sed sunt filiales; de administratione sacramentorum ad Zohor ecclesiam (!).

Stompfa.

Sessiones sunt LXXX, ex quibus alique libertate sunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Contigit, ut Jacobus, parochus in hoc ipso oppido Stomfa... natus...[1] in nuptiis esset, iussit eum prefectus accersiri ad se, et captum in arcem Vihradensem et illinc misit ad Sanctum Georgium captivum ad dominum Seredy; causa vero captivitatis sue fuit, quod cum census suos repeteret de pecuniis civibus ab ecclesia concessis, illosque castellanus ademisset, et de hoc conquereretur, capit eum, et cum sedecimas suas non dedit parocho...[2], proventus ordinarii parochi a communitate erant 20 floreni hungarici, baptismalia item ac funeralia et frugum sedecima, preterea habebat duas filiales, Bistriciam et Masth; habet preterea vineam, de qua primam missam celebrare debebat, de illa vinea exigit castellanus decimam.

— — — — — — — — — — — — — — —

Mazkj, Mazth

villa nova Croatorum.

Ecclesiam non habent, sunt filiales ad Stompha oppidum; cum Stompha careat plebano, et ipsi carent, et ita partim ad Thal, claustrum Heremitarum, partim Bisthriciam villam vadunt. Conqueruntur tamen heremite, ad quos diverterunt commissarii solemnitatis nativitatis Domini celebrande gratia, castellanum prohibere colonos, ne peractis sacris ad illorum domum publicam divertant, aut bibant, ex qua re fit, ut cum proventui domini

[1] 2—3 voces ob lacerationem papyri desunt.

[2] Locus vacuus pro 2—3 vocibus.

sui, quem ex vino capit, prospicit, coloni negligunt et domi et foris divina, cum itineris laborem, imprimis redeuntes, tolerare nequeunt.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bystricz

villa Sclavorum et Croatorum. Sessiones sunt LXXI.

— — — — — — — — — — — — — — —

Gravamina communitatis.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item nullum festum, nulla solennitas tanta esse potest, que eos a laboribus immunes liberosque reddere possit; quotiescunque dominus [castellanus] voluerit, coguntur laborare.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item iussit [castellanus] ligna prima dominica Adventus Posonium domino Seredy vehere, cumque eum, quod diem dominicum non observavit, dominus Seredy increpuerit, duodecim ex eis captivandos curavit in compedes et repetit a singulis mulcte nomine florenum I hung.

In summa dicunt, nec calamum nostrum, nec voces suas sufficere ad querelas exponendas, clamantque in celum et supplicant regie Maiestati, ut iam tandem liberet eos a tanta calamitate et tirannide, cum sint christiani et non Turci, atque homines et non bestie, que aliquando mitius, quam ipsi tractantur.

Pozsonyi káptalani országos levéltár : Protocollum ab anno 1500., 2-ik rész, **levelei számozatlanok s nem mindenütt a kellő sorrendbe kötvék egybe.**

93.

Padova, 1548 deczember 25.

Bonamico Lázár köszöni Révay Ferencznek, hogy közbenjárásával pénzét Gyuláy Farkas püspöktől megkapta.

Littere, quas mihi proximo a Te Sigismundus reddidit, gratissime fuerunt; erant enim plene non solum summi erga me amoris tui, sed etiam officii, quodcunque ab humanitate magni et preclari viri, qualis Tu es, postulari potest; nam Tibi maiori cure, quam mihi esse video, ut pecunia restituatur, que mihi a Volcango debetur, hoc est lectissimo et egregio primum adolescente et sua nobilitate dignissimo, deinde cucullato et tanquam circeo poculo immutato, tum episcopo, qui quod velit esse gratus in

preceptorem, est, cur bene de illo existimemus, et eam dignitatem merito ipsius sibi delatam putemus, cum ad pristinam suam bonitatem redierit; quod vero negat mutuo a me datam pecuniam, quid scribam nescio; cum hic Patavii sit, cui partem illius pecunie, Volcangi iussu iam cucullati numeraverim ob locationem domus, quam ipse cum Augustino conduxerat; an ego is sum, qui peterem, nisi deberetur, testor illum ipsum verum Deum, quem colimus: me, quod meum non esset, nec petiisse unquam ab aliquo nec petiturum, quo impetrato superarem divitias omnium mortalium; satis mihi mea sunt; quamtulacunque sunt, per iniuriam quod partum est, ne vivam quidem, si putem aliquid habere delectationis apud christianum hominem. Sed det Volcangus, ut velit, nos accipiemus, ut equum est, modo det, quod equissimum est reddi. Si quid superaddiderit, id a liberalitate Volcangi proficiscetur, qui fuit tum, cum ab eodem vase argenteo donatus sum, quod semper pre me tuli, et preiudicavi apud omnes, predicaboque, dum vivam, nam memoriam meritorum erga me nulla mihi oblivio delere potest, ut etiam non obliviscar unquam cum aliorum beneficiorum tuorum, tum huiusce officii, quo auctor fuisti, ut pecunia mutuo a Volcango accepta et nomine Volcangi, quibus debebatur ob locationem domus numerata, mihi redderetur, nam ex tuis litteris dubitare non possum, quin pecunia ad me perferatur, qua in re multo magis tuum, quam illius officium laudandum putabo. Vale vir amplissime, et nos ama, qui Te unice diligimus et observamus. Patavii, VIIII. kalendas Januarii MDXLVIII.

Amplitudinis tue studiosissimus
Lazarus Bonamicus.

Kívül: Nobilissimo ac prestantissimo viro domino Francisco Reway palatino regni Ungarie, in maioribus mihi obseruantissimo.

Frankl V.: Réwai Ferencz fiainak iskoláztatása, 74—75.

94.

Sárvár, 1548 deczember 28.

Nádasdy Tamás országbiró a soproni keresztes papot védelmébe veszi.

Prudentes... domini... Conqueritur nobis venerabilis cruciger Soproniensis, qualiter proximis diebus quidam ex concivibus D. V. ad oppositam domum allodiature sue ecclesie ipsi (!)

venissent et quasdam insolentias facere voluissent, ipso tamen crucigero absente, servitor suus prohibuisset eos ab inferenda insolentia, quamobrem D. V. nunc suum servitorem in manus dari postularent. Cum autem ipse cruciger, ecclesia simul et bona ecclesie sub nostro sint iurispatronatu et defensione, domusque allodiature ipsius crucigeri ita sit libera, sicut sua propria, D. Vestras rogamus, nolint eum ad suum servitorem ad manus dandum cogere, sed D. V. acceptent id, quod offert, nempe iudicium et iustitiam administrari de suo servitore... Datum in castro nostro Sarvar, die 28. Decembris, anno 1548.

Comes Thomas de Nadasd,
iudex curie regie Maiestatis et suppremus
regni Hungarie capitaneus.

Kívül: Prudentibus... magistro civium, iudici ceterisque iuratis civibus civitatis Soproniensis.

Eredetije Sopron város levéltárában: Lad. XVII., f. 1. nr. 16.

Közli: Karácsonyi János.

95.

Kolozsvár, 1548 deczember 28.

Gasparus Heltai excusat se, non posse acceptare invitationem in plebanum Bistriciensem.

Heltai Gáspár a beszterczei tanácsnak jelenti, hogy az itteni biró és tanács kijelentették, hogy nem bocsátják és erőszakkal is visszatartják. Bocsássanak meg tehát neki, ha a meghivásról le kell mondania, és ne kivánják tőle, hogy a kolozsvári hitközséget, «die nun durch so vil mühe, arbeyt, angst und nott erbauet ist, in geferligkeyt leibs und seel solt geben, und hinder mir ein Blutbad solt lassen». Ő ugyan halálra is kész, de annyi ezer lelket eltávozásával testi és lelki veszedelembe ejteni szive nem bir.

A Besztercze szabad királyi város levéltárában levő eredetiből közölte *Jakab* Elek: Oklevéltár Kolozsvár története második és harmadik kötetéhez, II. 11—12.[1]

[1] Heltai meghivásáról az «Album Oltardianum» is emlékezik: «Eodem anno (1548.) Gasparus Heltanus vocatur in pastorem a Bistriciensibus, sed non venit». — *Trauschenfels,* i. m., 17.

96.

Kolozsvár, 1548 deczember 30.

Judex et senatus Colosvariensis nuntiant senatui Bistriciensi, se retinuisse Gasparum Heltai, quia huius opera maxime indigent.

Kolozsvár város birája és tanácsa Besztercze városhoz: Ne nehezteljenek Heltaira, hogy hivásukat el nem fogadta, mert Heltai nagyon szükséges nekik tanítás és az evangeliumi tudomány megalapítása végett; annyival inkább kérik, mert bajosan szerezhették meg őt azon hivatalra, melyben most náluk van.

Wittstock Heinrich: Beiträge zur Reformationsgeschichte des Nösner-Gaues, (Wien, 1858), 36—37.

97.

1548.

Szkhárosi Horvát András hitehagyott szerzetes,[1] tályai prédikátor gyűlölettől tajtékzó «feleleté» Várday Pál esztergomi érsek levelére.[2]

Apostatae monachi invectivae summum odium ostendentes in epistolam pastoralem archiepiscopi Strigoniensis.

Pál érsek levelére való felelet, kit írt volt az keresztyén predikátoroknak. Anno 1548.

— — — — — — — — — — — — — — — — — —

De lássátok az ördögnek csoda bölcsességét,
Felindítá ez világnak im minden szentségét,
Pap urakot, püspököket, pápát ő szentségét.

Ezek mellé hódoltatta az hatalmasokat,
Királyokot, nagy urakot, az szent asszonyokot,
Ezek által háborgatja az apostolokot.

Az titulust feltetette Várdai Pál érsek,
Hogy ő volna királyképe, esztergomi érsek,
Örök espán Esztergomban és római pispek. (?)

[1] «Emberi szerzésről» czimű versezetét így fejezi be:

«Ez éneket költé egy barátból lött pap,
Bánta bolondságát, elrúgta csuklyáját,
Hitire fogadta: soha többet nem csal».

[2] E levél ma ismeretlen. Bizonyosan az 1548. 5., 6., 7. stb. törvényczikkekkel függött össze s az azok végrehajtására kiküldött biztosok működésének gyámolítására lehetett szánva. *Szilády:* Régi Magyar Költők Tára, II. 460.

Ez titulus megmutatja érsek minden voltát,
Nagy hatalmát, uraságát és minden papságát,
Hogy nem tudja az Krisztusnak semmi igazságát.

Királyképe soha nem volt szent Péter apostal,
Espánságot sem viselt az szent Pál apostal,
Ebből látjuk, hogy te, érsek, nem vagy az Krisztussal.

Ezt végezted az zsinatban tudatlanságodban,
Hogy azokat te marasztod mind sentenciában,
Az kik biznak teljes hitvel csak az egy Krisztusban.

Vakmerőknek leveledben azokat itéled,
Az királnak erejével őket fenyegeted,
És azt írod, hogy bizonynyal őket megbünteted.

Reguláját vakságodnak írva kibocsáttad,
Minden ember azt kövesse, — erősen meghattad,
Az ki téged nem követne, eretneknek írtad.

Kár, szemérem, uram érsek, a te vén fejednek,
Hogy nem látod hamisságát az te levelednek,
Ellene írsz temagadnak és az Úristennek.

Az mit írtál, rendszerént azt im előszámlálom,
Rövideden vén fejednek ím megmagyarázom,
Mert szégyenlem, uram érsek, leveledet látnom.

Parancsoltad az papoknak és plébánusoknak,
Hogy az hitnek ő fejétül el ne szakadjanak,
Az mint pápa elvégezte, azban maradjanak.

Ilyek — úgymond — ti légyetek, az kik papok vattok,
Hogy az hitnek pispekétül el ne szakadjatok,
Kitül minden méltóságot, szentséget vallotok.

Az mit — úgymond — az szent székben régen elvégeztek,
Apostolok és az szentek az mit megszerzettek,
Mindazokat megtartsátok és azt hirdessétek.

A szentírást magyarázni mondod értelemmel,
Nem az hittül szakadtaknak vélekedésekkel,
Kik az írást magyarázzák nagy eretnekségvel.

Mindezeket, uram érsek, jól igazán írtad,
De nem érted, mert Rómából ezt megmagyaráztad,
Mindennémű vakságodat abban megmutattad.

Tanyítani az népeket hagyod az Crédóra,
Miatyánkra, az Istennek parancsolatjára,
De ezeket te írásod visszamagyarázza.

Keresztelni gyermekeket guggolt vízzel mondod,
Idvösségesb az lehésvel — hiszem — azt alítod,
Mert mi légyen az keresztség? érsek, te nem tudod.

Az mit kévánsz keresztségre, az csak apró csúfság,
Olajt és sót, nyálat, gyertyát és fejér korosmát,
Megtagadod az Crédónak ezzel minden ágát.

Az fa-olajt három névre keresztelte pápa,
Egyik olaj, másik krisma, harmad infirmorum,
Egy az bűzi, mondd meg, érsek, micsoda az haszna?

Az Krisztusnak vacsoráját egy szentségnek vallod,
De bölcsebbnek az Krisztusnál magadat alítod,
Krisztus vérét az köznéptül mint lopó megtiltod.

Ha Krisztusnak jó sáfára és pispeke volnál,
Az Krisztusnak szerzésével te nem kalmárkodnál,
Tiszteletes nagy szentségben bizony nem piszkálnál.

De hallgassza, uram érsek, én hogy mondok erről,
Mikor mondasz te misécskét, iszol a kehelből,
Hogy nem igaz, az mit írtál, nyilván látjuk ezből.

Nagy sokképen az szentséget tisztelni akarod,
Ám Úrnapján az utczákon tétova hordozod,
Kalitkába bérekeszted, imádtatni hagyod.

Csak deákul a miséket énekleni mondod,
Sem zsidóul, sem görögül, sem ráczul nem hagyod,
Csak deákul az Úristent tisztelni akarod.

Jól gondoltad, uram érsek, hogy ezt parancsoltad,
Misécskédnek hamisságát így eltitkolhatod,
Hogy nem értik minden népek, inkább eladhatod.

Az fa-mohot zsákba kötve az vásárra hordjad,
Jó sáfránnak csak deákul igen kiáltassad,
Grittiének[1] azt nevezzed, az községre hányjad.

Az ki rád szól, bizonyíts meg, hogy szent János írja,
Az ki gonoszt cselekedik, nem jő az világra,
Nem akarja, hogy megtessék az ő álnoksága.

Mit teszen volt az Szentlélek az sokféle nyelvvel,
Ha Pál érsek csak diákul beszéltet Istenvel?
Netalámtán az Úristen nem tud minden nyelvvel.

De ne bánjad, uram érsek! — megmondom egy szóval,
Az misécskéd, az kit mondasz sok keresztházással,
Annyit használ, mennyit Judás az végvacsorával.

Leveledben, uram érsek, írsz az házasságról,
Nagy szentségnek te azt mondod régi szentírásból,
De megtiltod az papokat az szent házasságtul.

A szent Pálnak írására mit szólsz, uram érsek?
Hol azt mondja, hogy társ nekül ne légyen az pispek.
Im nem hagyja, hogy az Cautéval hogy járjon az pispek.

Hol azt írod, hogy az papok egyedől légyenek,
Megútállod jó tanácsát az igaz Istennek,
Mert egyedől nem jó lenni — úgymond, az embernek.

Ábrahámnál, Mózesnél jobb vagy-e te érsek?
Hogy Istenvel beszéllettek, lám volt feleségek,
Netalámtán ezeket es paráznáknak véled?

[1] Gritti hatalmaskodásai még akkor élénk emlékezetben voltak; azok valamelyikére czéloz.

Azon kérdlek, uram érsek, ha ember-e az pap,
Ha szentség-e, jámborság-e az igaz házasság?
Ha nem ember, hát az paphoz nem fér az jámborság.

Ezt dicsírjük, hol azt írod az te leveledben,
Valamely pap társot vészen törvéntelenségben,
Elbocsássa, tisztán éljen isteni szentségben.

Ezt hirdessed az papoknál Váraddá és Egré,
Kar helyekre hol nem mernek jőni az napfénre,
Siessenek tisztaságra, szentséges életre.

Lám azt írod, hogy nagy szentség az igaz házasság,
Mért nem jó hát az papnak szentséges házasság?
Ha nem érted, az mit írtál, lássad, hogy csak vakság.

Az szenteknek idnepeknek tisztességet töttél,
Az sok régi bolondságról mind megemlekeztél,
Az Istennek igéjéről ott elfeletkeztél.

Gyertyát, berkét és gabonát szentelni mondottál,
Vizet, hammat, báránkákot szentelnie hattál,
Az hasznáról igen bánjuk, hogy semmit nem írtál.

Az szenteket az gyertyával tisztelni akarod,
Az Úristent, én azt hiszem, hogy vaknak alítod,
Mert az szentek az mit mondnak, azt ingyen sem hallod.

A holtakért parancsolod, hogy mise mondassék,
Semmi szokás, vagy jó vagy nem, el ne hagyattassék,
Im megtetszik, minden dolgod hogy csak hitetlenség.

Az misének az neve sincs sehol szent irásban,
De az pápák foldozgatták csak gondolatjokban,
Nagy hasznos volt, mert jól laktak az papok az torban.

Mondattatik nem misének, de testamentomnak,
Az szent Páltól Urónk Krisztus végvacsorájának,
Az élőknek szereztetett, nem az halottaknak.

De hol láttál, uram érsek, valaha oly dolgot,
Hogy valaki az hóltaknak tött testamentomot,
Az hóltakat vendéglette, ételt, italt adott.

Nagy sokképen csúfolkodol érsek az Krisztusval,
Az szentséges vacsorával, hitnek zálogával,
De szégyenben, higyjed, esel minden reguládval.

Ez dologról az szent Antal ám egy látást láta,
Hogy az disznó az oltáron az kelhet forgatja,
Az szentséget hát piszkálja és tétova túrja.

Megjelenék ez látásban az szentségnek dolga,
Gonosz végre, szidalomra hogy az szentség jutna,
Mint az disznók, úgy nem tudnak, hogy mi haszna volna.

Az misében már megtudták, mene[1] csalárdság volt,
Ez világot az Krisztustól mind elhitette volt,
Sok tudatlan pap-barátot nyúgalomban tart volt.

De nagy-jól tőn az Úristen ez széles világval,
Megjelenté, hogy az pápa él nagy álnokságval,
Kereskedik az misével, mint Judás Krisztusval.

Azért érsek jól meglássad leveled vakságát,
Mert megtudták az pápának minden jámborságát,
Megtagadod az Úr Krisztust, ha tartod ő pártját.

Higyjed nyilván, hogy meg nem ment az titulus téged,
Az Úr Krisztus az templomból majdan kiűz téged,
Dicsőséges szent igéjét mert te nem böcsöllöd.

Az szentegyház neve alatt Krisztust kerengeted,
Mindennemő vakságodat az egyházval mented,
Én azt hiszem, hogy az egyház micsoda? — nem érted.

Az szentegyház az Krisztusnak választott serege,
Kinél kedves az Istennek szentséges igéje,
Kit megcsófolsz, mint Heródes, mert vagy ellensége.

[1] Mennyi.

Jézus Krisztus, örök Isten! ótalmazz gonosztól,
Ez világi nagy vakságtól és tudatlanságtól,
Ótalmazzad hiveidet érsek haragjától.

Irnak vala ezerötszáz és az negyvennyolczban,
Mikor érsek Krisztus ellen íra az zsinatban,
Megmarasztá híveivel nagy sententiában.

Szilády: Régi Magyar Költők Tára. II., 214—221.

98.

Debreczen, 1548.

A Debreczenben vagy vidékén lakó papok perei.

Blasius presbyter, parochus de Bathor, inhibuit omnes res et hereditates insuper et fondum (!) domus relicte Gyenge ad flor. 120 den. 4 ante alios rehabendam.

Stephanus Tatár, vitricus capelle beati Nicolai, inhibet omnes res et fondum (!) domus Martini Szücs ad flor. XIV et den. XXXV. ante omnes alios rehabendam.

Georgius Szekely Szabo fassus est se debere Petro presbytero florenis 35 et den., de quibus debet satisfacere ad 15. diem.

Blasius presbyter, parochus Bathoriensis, iuxta compositionem contra dominam Hÿmesianam expectat ad petitionem proborum.

Debreczen város jegyzőkönyvéből a 82., 88. és 108. lapokról.

Közli: Zsák I. Adolf.

99.

1548.

Megemlékezés Czibak Imre váradi püspökről.

Rex Joannes mandavit uno famulo nepoti nomine Chibak, qui — — — iam episcopatum Varadiensem regebat sub humilitate specie sua et professionem fecerat coram regi, ut laicali veste nequaquam uteretur in pane ecclesiastico, sed in ordine sacerdotali vellet sacrificare; attamen pauper periurus erat, quod professionem non compleverat, sed in laicali veste exalavit de mundo demum. Alios quidem pauper valde redarguebat, quod conditionem suam bene custodiebat, attamen hic fefellebat; Lutterianos

valde redarguebat, attamen Franciscum Bachi diligebat et cum eo sepe in curro suo sedebat, et alios Lutterianos ad modum curie regie Maiestatis, qui adulabantur, et regem Joannem in finem seducebant.

Szerémi György Emlékírata, 165.

100.

1548.

A magyar királyi helytartótanács fölterjesztése Ferdinánd királyhoz azon módozatokról, melyekkel Magyarország papságának és egyházainak javítása keresztülvihető volna.

Modus reformationis ecclesiarum Dei in Hungaria.

Imprimis quemadmodum Maiestas V. benigne offert, omnibus ecclesiis, que prelatis carent, idonei prelati preficiantur, qui Deum optimum maximum pro felicitate incolumitateque V. Maiestatis et serenissimorum liberorum ac fidelium assidue orent.

Iidem gregem sibi commissum verbo et exemplo instruant ac ab erroneis dogmatibus heresibusque avertere et ad pristinum, verum Dei cultum iuxta normam sancte catholice ecclesie revocare studeant, sacrosque ordines ad eorum officium pertinentes assumant et officium eorum exerceant penes ecclesias ipsorum.

Curent etiam prelati, ut in omnibus, vel saltem his locis, quibus necesse erit, plebani ordinentur, qui plebi sacra ministrent et officium suum in plebe diligenter exerceant. Ut autem presbyteri et plebani in locis necessariis ordinari constituique possint: prelati curent habere suffraganeos. Maiestas tamen V. dignetur apud summum pontificem laborare et efficere, ut postquam ecclesie Dei in Hungaria tam in proventibus, quam bonis suis magnam iacturam hoc tempore patiuntur, neque proventus suos prelati habent: suffraganei in quibuscunque ecclesiis necessarii gratis consecrentur, nam prelati non sunt sufficientes tantam pecunie summam, quanta pro consecratione petitur, ullo modo dare in curiam Romanam.

Prepositi vero et alii beneficiati vel officiales ecclesiastici contineant se pari ratione penes ecclesias et prelatis ipsorum subsint satisfaciantque officio ipsorum omni ex parte.

Archidiaconi autem constituant vicearchidiaconos probos, idoneos, et quoad fieri poterit, doctos, qui plebanos erudire, hortari et in vera doctrina continere sciant atque visitent statis tem-

poribus clerum per singulos comitatus, et que corrigere ipsi poterunt, corrigant et doceant; que non poterunt, deferant ad prelatum. Tales autem constituantur per prelatos authoritate Maiestatis V. prepositi, archidiaconi et alii beneficiati, qui et ipsi verbo et exemplo utiles esse possint ad gregem dominicum docendum et ad divinum cultum.

Similiter etiam dignetur Maiestas V. efficere, ut episcopi gratis confirmentur, duplici ex causa: altera, quod debent, velint, nolint, castra et fortalitia ecclesie Turcis finitima magnis laboribus et expensis conservare; altera, quod proventus nullos vel admodum paucos hoc tempore calamitoso habeant, ita, ut vivere ex solis redditibus ecclesie vix possint.

Ne autem et ipsi archidiaconi ac plebani querantur se iustis suis proventibus privari, prelati quartam, sedecimas et alios eorum proventus ordinarios semper eis extradari faciant sine ullo defectu.

In abbatiis similiter et prepositurís regularibus, que prelatis carent, viri religiosi constituantur vel tales, qui habitum ordinis sui mox adsumant, sacrisque initientur atque resideant et iuxta eorum regulam Deo serviant, sacraque ministrent, clerumque sibi commissum doceant et munia omnia ecclesie debita obeant ac bona suarum ecclesiarum non dissipent vel alienent. Si qui autem tales in gymnasio bonis litteris dant operam, finito tempore per canones statuto iuxta leges regni redeant a studiis ad eorum ecclesias, et modo supradicto habitum induant, sacrisque initientur et satisfaciant officio ipsorum. Si quis id facere negligeret, vel pretextu studiorum aliud ageret, quam litteris operam navaret: debebit is iuxta canones privari beneficio ac in locum illius alter substitui.

Prelati maiores si quando in servitiis ac negotiis V. Regie Maiestatis et regni publicis occupati fuerint: relinquant domi vicarios suos probos viros et sufficientes, ne per absentiam suam ministeria Dei negligantur et defectus contingat in his, que ad eorum officium spectant.

Ad extirpandas autem hereses videtur is modus adhibendus, ut Maiestas V. per edictum suum in omnes comitatus sub infrascripta pena mandat: ut prelati et concionatores per eos missi, prepositi, archidiaconi et alie persone ecclesiastice iuxta earum functionem permittantur ubique predicare evangelium et veram orthodoxorum ecclesie doctorum doctrinam et docere populum iuxta patrum instituta et sancte catholice ecclesie normam et in

eos, qui audire vel obtemperare noluerint, ecclesiasticam eorum potestatem exercere. In qua re Maiestas V. dignetur prelatos authoritate sua manutenere, ne quisquam illis se opponat aut audeat hereticum hominem fovere in bonis suis, sed omnes teneantur illos eiicere, qui ad pristinum Dei cultum redire noluerint, idque sub pena confiscationis bonorum; qui vero secus fecerint, per capitaneos V. Maiestatis illico puniantur.

Videntur etiam omnes, omnium ordinum et statuum cuiusvis conditionis homines, quicunque sectam aliquam amplexi esse dinoscuntur nec a proposito possint revocari, per Maiestatem V. omni magistratu privandi esse, et preterea prout magis Maiestati V. collibitum fuerit, puniendi, ut ceteris exemplum prebeant.

Ut autem prelati et ceteri illis subiecti ecclesiastici exercere eorum officium possint, proventus, decime et bona ipsorum de manibus secularium et violentorum hominum et eorum etiam, quibus inscripte sunt, Maiestas V. dignetur eliberare et in posterum quemlibet prelatorum in suis iustis antiquisque proventibus et iuribus, more divorum quondam regum Hungarie, protegere et defendere, ut prelati ipsi suo officio satisfacere possint. Nam preter domesticam calamitatem, quam hactenus a violentis passi sunt, a Turcis quoque satis superque afflicti et spoliati sunt.

Plebani item et alii beneficiati in singulis comitatibus iuxta decreta regni in eorum libertatibus conserventur, sedecimisque et aliis eorum proventibus debitis, ut premissum est, non priventur.

Beneficia quecunque apud seculares manus sive per inscriptionem, sive donationem, sive aliter existentia mox una cum proventibus liberentur et ordini, ecclesieque sue restituantur.

Si qua ecclesia vel eius prelatus in suis iustis proventibus privata esset et defectum pateretur, illum Maiestas V. vel ex gratia sua vel per revisionem iuris in integrum restitui facere dignetur, ut ecclesie Dei per divos quondam reges Hungarie olim fundate suis iuribus non destituantur.

Iubeat etiam Maiestas V., ut inquisitio ubique fiat de bonis et rebus mobilibus et immobilibus ecclesiarum direptis et dissipatis, quas si prelati habent vel absumpserunt, restituant; si vero seculares vel alie persone, similiter cogantur per Maiestatem V. ad restitutionem. Que quidem postea res et bona mobilia reddantur ecclesiis suis fideliter, vel si ecclesie desolate sunt, per fideles manus conserventur integre ad Dei ministeria et ecclesie domusque Dei decorem atque ornamenta.

Si que ultra premissa videbuntur ad ecclesias reformandas

necessaria, Sacre Maiestati V. suo semper tempore humiliter proponemus aut significabimus.

Kívül az elején: Reformatio cleri et ecclesiarum Hungarie.

Három, összevarrott ív hat oldalán, kelet és aláírás nélkül, az 1548-ik évi íratok között. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1548.*, *a csomag végén 9.* — Ez írat keletkezésére vonatkozik a magyar kir. helytartótanácsnak egy másik, Ferdinánd királyhoz intézett, de szintén kelet nélküli fölterjesztése, mely mindjárt az elején mondja: «Deinde cum Maiestas V. prudenter simul et copiose negotium reformande religionis in Hungaria scriptis suis attigerit, modumque in ea re sibi a dominis prelatis prescribi iusserit: quo scilicet modo, quaque ratione reformationem huiusmodi fieri posse censeant, iidem prelati iuxta Maiestatis V. mandatum *opinionem eorum descriptam cum presentibus* Maiestati V. porrigunt». *U. o.* megvan még a helytartótanácsnak egy újabb előterjesztése s a királynak két válasza, de mind csak általánosságokban szól.

Közli: Bunyitay Vincze.

101.

1548. táján.

A király meggyőződvén arról, hogy Révay Ferencz az ellene emelt vád alól kitisztázta magát, az ellene kiadott nyilt parancsot visszavonja, annál is inkább, mert az esztergomi érsektől nyert értesülés szerint e parancs a törvény határain túl megy, maga pedig a király azt kivánja, hogy Magyarország törvényei fönntartassanak.

Magnifice fidelis dilecte. Expositum est nobis per reverendissimum dominum Strigoniensem, qualiter tam ob mandatum, quod de puniendis hiis, qui a sancta Romana ecclesia dissentiunt, ad capitaneos datum, quam ob litteras tibi, quibus te presertim de sacramento eucharistie non recte sentire arguebaris, missas, eo quod mandatum illud a forma resolutionis nostre ad articulos regnicolarum descripte et etiam iure et legibus, quas conservare tuo officio, fidei et iuramento nobis prestito incumberet, longissime discederet, seu (?) vero, quod de te non audito, planeque innocente, severissime pronuntiarent, non mediocriter offensum esse. Cum autem prefatus Strigoniensis quoque affirmet, prefatum mandatum, quod plane ad te nihil pertinere scias, ultra iuris limites progredi, tuamque de venerabili sacramento confessionem, quam nobis exhibuit, de qua nos bene contenti sumus, longe aliud, quam quod in litteris ad te missis contineretur, testari, gratum admodum hoc nobis audire fuit et nolumus te iis litteris eoque mandato, quod et quas presentibus in irritum revocanus, moveri, sed volumus te aliosque securo esse animo. Nequaquam enim volumus, ut predictum mandatum rescripto nostro et legibus

adversum erga quempiam vim et virtutem suam habeat aut ea de causa quispiam periclitetur, sed in hiis et aliis rebus libertates, leges et iura regni nostri Hungarie observari volumus, de quibus et aliis rebus necessariis tecum et cum consiliariis nostris coram conferimus. Committimus itaque tibi, ut sine mora ad nos venire debeas. Secus non feceris. Datum etc. (!).

Kívül: Forma mandati regii, quod excipi debet.

Egykorú másolata a Révay-levéltárban. — Leírta: Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

102.

1548. körül.

Tranquillust, aki Olaszországba visszatért, valamelyik Révay kéri, hogy a Pádovában tanulókat látogassa meg és a jóviseletre buzdítsa.

Auditum est a nobis, reverendissime presul ac colendissime pater, hunc excellentem virum dominum Tranquillum Italiam petiturum, nunquam satis laudatum, et, ut audimus cum propter eius, que in eo est, doctrinam prestantissimam, tum mores ullis mortalium moribus comparandos, tum etiam, qua fide ac taciturnitate secretis ei commissis in omnes christiane reipublice principes sit nunquam satis certe predicandum atque laudibus efferendum. Unde huius viri, reverendissime pater, fama ac laudibus commoti, coram tua dominatione reverendissima rogare eum non dubitamus, velit, fratres nostros, nobis charissimos, Patavii litteris operam navantes convenire, monereque nomine nostro, ut quam expectationem sui apud nos, parentem communem nostrum, Hungarie prelatos ac barones omnes concitassent et morum et litterarum, eam manibus pedibusque sustinere ac tueri debeant, cogitantes presertim, non mediocribus eorum studium sumptibus fieri, et quod precipuum est, patrie quoque ruinas ob oculos habentes, que si (quod Deus optimus maximus avertat) ultra, quam hactenus proserpserint, nullam victus spem aliam una nobiscum preter bonarum arcium thezaurum sint habituri. Pro quo sue excellenti do. gratias immortales agere et servire perpetuo, uterque nostrum subterfugiet, diximus.

Országos Levéltár, erd. oszt., Révay Ferencz stylionariuma, 64. lap.

Közli: Iványi Béla.

103.

1548. vége.

A magyarországi kartauzi rend leveles könyve, összeállította János Chrisostomus, lechniczi kartauzi inspector.

Catalogus AA. RR. PP. priorum Carthusianorum in monasterio Vallis S. Antonii ab olim gubernantium.

1545. P. Ioannes IV. prior.

Specificatio nominum RR. patrum priorum Carthusianorum, carthusie Lapidis Refugii.

1542. P. Martinus prior ultimus. Ab hoc anno 1542. usque ad 1564., qui fuit prior Lechnicz, ille simul fuit prior titularis Lapidis Refugii sine eiusdem bonis, utpote iam anno 1543. per castellanum Scepusiensem Nicolaum Bornamiszam occupatis.

Qui domini post PP. Carthusianos in bonis Lapidis Refugii fuerunt.

Anno 1548. Impetravit illa bona a Ferdinando I. imperatore magnificus dominus Mathias Laborczky, ad beneplacitum regium.

Post enumerationem bonorum claustri de Lechnicz adnotat:

Quae? et quando ex his bonis a claustro avulsa sunt.

Anno 1543. Portiones in Körtvélyes adhuc sub PP. Carthusianis fuerunt occupate violenter ad castrum Scepusiense.

A könyv 17., 19., 20. és 25. oldalain. Országos Levéltár: Eccles. irregestr. 83. csomó.

Közli: Iványi Béla.

104.

1549 január 1.

Kivonat Szabolcsvármegye adólajstromából.

Connumeratio dicarum comitatus Zabowch per me Petrum Parthas facta, anno Domini 1549. a prima die Januarii.

Processus primus Valentini Mathyws iudicis nobilium.

Zygeth.

Ibidem capituli Waradiensis p. XV, pauper I, nova domus I, iudex I.

Kaba.

Reverendissimi domini episcopi Waradiensis p. LX.

Zenth Margytha.

Capituli Agriensis p. LXXVI, pauper XIIII, nova domus VI, pastor I, servi II, deserta I, iudex III.

Gywre.

Gregori(i) presbiteri p. I, pauper II. — (Aliorum quoque.)

Kanyar.

Domini prepositi de Lelez p. IIII, pauper V, iudex I.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio, XLI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

105.

Bécs, 1549 január 1.

Ferdinánd király meghagyja a magyar kamarának, hogy Oláh Miklós egri püspöknek és királyi kanczellárnak havonkint szolgáltassa ki a járandóságot.

— — — — — — — — — — — — — — —

Cum fidelis noster reverendissimus dominus Agriensis, cancellarius noster, tam in regno nostro, quam extra regnum, continuo ad latus nostrum versari debeat et non possit expensis et provisione sua carere, ipse ante omnes alios predictos consiliarios nostros suam provisionem menstruam, secundum ordinationem et commissionem nostram, per prefectum et consiliarios camere nostre predicte integre semper et sine defectu rehabeat. Datum Vienne, 1. Januarii anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Schmidt: Episcopi Agrienses, II. 376.

106.

1549 január 2.

Prospero bécsi nunczius Massának, őszentsége titkárának a többi közt megírja, hogy úgy látszik, Fráter György szivesen maradna Erdélyben. Nem hiszi azonban, hogy az esztergomi érsek Rómába készűlne, mert öreg és beteges.

Prosper nuncius Vindobonensis Massae, secretario Suae Sanctitatis inter cetera refert, fratrem Georgium (ut videtur) in Transsilvania libenter remanere. Non putat vero, archiepiscopum Strigoniensem sese Romam conferre, cum sit senex necnon aegrotans.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 47.

107.

1549 január 6. körül.

Kivonat Veszprémvármegye adólajstromából.

Registrum primi subsidii anni Domini 1549. Georgii Bekasy vicecomitis comitatus Wesprymiensis super eodem comitatu predicto Wesprimiensi.

Ratio super introitu primi subsidii sive dice colonorum comitatus Wesprimiensis per egregium Georgium Bekasy vicecomitem eiusdem comitatus Wesprimiensis iuxta publicas constitutiones dominorum regnicolarum profesti beati Luce evangeliste Posonii factas de singulis portis colonorum Thurco subiugatorum circa festum Epiphaniarum Domini connumerati et exacti.

Wazar.

Reverendissimi domini episcopi Jauriensis p. IIII.

Kys Leweld.

Domini prioris de Leweld p. XX.

Nagh Leweld.

Domini prioris de Leweld p. VI.

Ayka Rennek.

Domini prioris de Leweld p. VIII.

Padragh.

Monialium Wesprimiensium p. VIII.

Cholta.

Reverendissimi domini episcopi Wesprimiensis p. III.

Lowas.

Monialium de Wasarhel p. VIIII.

Oppidum Wasarhel.

Monialium de dicta Wasarhel, p. XVI.

Nagh Jenyew.

Reverendissimi domini episcopi Jauriensis p. XVII.

Kys Zewlews.

Monialium de Wasarhel p. VIIII.

Dabron.

Fratrum heremitarum de Naghwason p. XXI.

Egyhazas Yzkaz.

Monialium de Wasarhel p. VIII.

Chewz.

Monialium de Wasarhel p. XX.

Ugyanez az állapot 1550-ben is.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio, XLIX. kötet.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

108.

Bécs, 1549 január 8.

I. Ferdinánd király a tokaji pálosoknak és az egri káptalannak Serédy Gáspár felsőmagyarországi kapitánnyal támadt viszályának elintézésére bizottságot küld ki.

Ferdinandus, divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hyspaniarum, archidux Austrie, dux Burgundie etc. Fidelibus nostris reverendissimo in Christo patri domino Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi legato nato, summo cancellario et locumtenenti nostro in Hungaria ac spectabili et magnificis Thome de Nadasd comiti perpetuo terre Fogaras, iudici curie nostre, Andree Bathory, comiti comitatuum Zathmar et Zabolch tavernicorum nostrorum regalium magistro, supremis regni nostri Hungarie capitaneis, Francisco de Rewa, comiti comitatus de Thwrocz et vacante officio regni nostri Hungarie palatini, egregiis Michaeli de Mere personalis presentie nostre in iudiciis locumtenenti eorumque vicesgerentibus, necnon sedis nostre iudiciarie prothonotariis et iuratis assessoribus salutem et gratiam. Ex supplicatione fidelis nostri magnifici Gasparis de Sered partium regni nostri Hungarie superiorum capitanei intelleximus, quomodo ipse exponens ab heremitis monasterii sancte Anne prope arcem Thokay siti, propter dirutionem eiusdem monasterii, occupationemque possessionum et bonorum ad id pertinentium, item ab honorabili capitulo Agriensi propter decimarum superioribus aliquot annis perceptionem turbaretur molestareturque et in ius vocaretur. Supplicavit autem nobis idem Gaspar Seredy, ut nos habita ratione eorum temporum, quibus et heremitarum monasterium ex necessitate dirutum

fuit propter vicinitatem ipsi arci Thokay et possessionum bonorumque occupatio ob hostium propinquitatem, cum ipsi heremite tueri non possent, ne hostibus relinqueretur, necessario fieri debuit, deinde et perceptio decimarum capituli Agriensis vi ex hostium nostrorum manibus per ipsum obtenta et possessa fuisset, eum ad ea, que tempore hostilitatis facta essent, iuris processu cogi non permitteremus, nam etiam sponte sua omnia et heremitis et capitulo remittere paratus est et iam capitulo Agriensi non solum remisit, sed de perceptione anni quoque preteriti satisfecit et nunc quoque cum eis, si quid commiserit, paratus est medio vestri, modo hac in re ad vos mandatum daremus. Quare fidelitati vestre harum serie committimus et maudamus, ut has controversias inter ipsum Gasparum Seredy et heremitas monasterii sancte Anne, item capitulum Agriense bonis viis, modis et rationibus componere et ita condescendi facere velitis et debeatis, ut quoad fieri poterit, considerata conditione preteritorum quoque temporum, utrique parti per vos satisfactum sit. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne Austrie, octava die mensis Januarii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije papiron, Révay Ferencz nádori helytartónak, a felperes pálosok ügyvédjének, Dalmadi Tamásnak kérelmére 1549. «feria quinta proxima post dominicam Misericordia»[1] tartott törvénynapon kiadott átíratában, alul Révaynak papirral fedett vörös viaszba nyomott pecsétjével. *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum, 431. csomó.

Közli: Iványi Béla.

109.

Nagykanizsa, 1549 január 8.

Horváth Márton levele Nádasdy Tamáshoz, a kit arról értesít, hogy a veszprémi püspökség elfoglalt birtokain folyton zavarják.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi gratiosissime, servitiorum meorum perpetuam oblationem. Su(p)plico vestre spectabili et magnifice dominationi, ne ego exciderem e memoria vestri. Tandem ex parte possessionum episcopatus Wespriensis, que dederant dominationi vestre spectabili et magnifice Mathie Alya, ego ipse presentavi, ipse satis superque eum adhortatus, ut vestras dominationes pre se haberet. Attamen hanc fecit relationem, ut qui arcem Korotthna in caput ipsius vastabit, illi con-

[1] 1549 május 9.

cedat eas possessiones. Que mihi erant in appropinquo (!) illas occuparam, sed coloni illius possessionis quoque non audent domi esse. Igitur minime vult relaxare. In reliquo in anno novo foelicem fortunam spectabili magnificentie a Deo dari opto una cum domina gratiosissima. Datum ex Kanisa, feria 2-a post festum Epiphanie Domini, anno 1549.

Vestre s. magnificentie servitor
Martinus Horwath etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino domino Thome de Nadasd etc., comiti perpetuo terre Fogaras ac generali capitaneo regni Wngarie, domino gratiosissimo.

Eredetije papiroson, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdi-missilisek, H. 2.) csomó.

Közli : IVÁNYI BÉLA.

110.

Selmeczbánya, 1549 január 16.

A selmeczbányai tanács Kresling János plébános halála után utódjának meghivásáról gondoskodik.

Gratia et pax a Deo patre nostro et domino Jesu Christo. Quando sic visum est Domino, ut magister Joannes Creslingus pastor noster ex hac mortalitate ad vitam eternam revocaretur, vir morum sanctitate, eruditione atque eloquentia prestantissimus, qui pro gloria Dei adhuc iuvenis neque vincula neque flammas ipsas reformidavit, quibus tamen mirabili Dei consilio ereptus fuit et servatus ad propagationem sacrosancti Domini nostri Jesu Christi Evangelii, quod usque ad ultimam senectam magno spiritu pure atque constanter non sine ingenti fructu docuit et contra blasphemos hostes Christi fortiter tutatus est, tali nimirum pastore cum orbati essemus, confugimus ad preces et supplicationes solitas et serio Dominum oravimus, ut nobis de alio tam commodo pastore providere dignaretur. Hunc igitur dum animi voto petimus et inquirimus, nominatim oblata est nobis D(ominatio) vestra, honorande Domine,[1] qui multorum piorum hominum predicatione, doctrine puritate et vite innocentia nobis preire posset, quod nobis ad gloriam Dei propagandam non leve augmentum visum est. Quare cum D. V. non sine manifesto Spiritus sancti indicio

[1] Locus nominis vacuus relictus.

se nobis obtulerit, petimus et hortamur eandem per gloriam nominis Jesu Christi, ne vocationi huic nostre tam pie renitatur aut aliquod impedimentum sibi obstare patiatur, quin voluntati divine se submittat et vocationem ecclesie nostre ultro sequatur. Quod ad nos pertinet, dabimus operam, ut D. vestre de honesta mercede et habitatione commoda prospectum sit. Denique, ut sibi de lupis, qui ovili Christi tantopere inhiant, Domino iuvante non magnopere metuendum sit, gratia Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Schemnicie decimo septimo calendis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Judex iuratique cives necnon tota communitas civitatis montane Schemniciensis.

El nem küldött eredeti meghivó *Selmeczbánya levéltárában,* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

111.

Pádova, 1549 január 17.

Paulini Péter Révay Ferenc levelének ezen részletét közli Stanchar Ferencczel: «Stancharónak írd meg, hogy Frater Györgynek követeivel, kik a királynál vannak, értekeztem, mindnyájan bizonyítgatják, hogy Stancharónak helye lesz Erdélyben».

S. D. De tuis rebus, ornatissime Stanchare, superioribus diebus in epistola domini magnifici inter cetera, que in ea epistola continebantur, accepi, quod quoniam in specie propter res alias multas in ea epistola complexas ad te mitti a me non potuit, id quod ad te pertinere videbatur, non mutato verbo tibi descriptum misi.

«Ad Stancharum scribas, me contulisse cum oratoribus fratris Georgii, qui modo sunt hic apud regem, unus autem ex eis est vicevaivoda Transylvanus, qui omnes contestantur Stancharum in Transylvania locum habiturum in ipsa Transylvania, de qua re poteris eum certiorem facere, cui pro viatico mittas quinque coronatos.»

En habet responsum domini magnifici. De his quinque coronatis quitquid me iubebis facere, non negligam. Nunc quoque si quem habuissem, cui eos tuto committere potuissem, ad te misissem. Si erit tibi animus eundi in Transylvaniam, tu ipse pro eis ad nos divertere poteris. De itinere in Transylvaniam penes te erit

decernere. Ego si scirem, non secus, atque parenti carissimo, tibi optimum consilium darem. Te et consilia tua Deo patri commendo. Vale. Patavii, XVII. Januarii MDXXXXIX.

Discipulus
Petrus Paulinus.

Kívül: Ornatisissimo viro Francisco Stancharo Mantuano, domino ac preceptori suo singulari observantia colendo in Retia.

Révay-levéltár. — Másolta: Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

112.

(Brassó), 1549 január 23.

Honterus János halála.

«Joannes Hontherus Coronensis, vir omni genere eruditionis et morum probitate clarus, restaurator honestarum disciplinarum in Transylvania, XXIII. Januarii Coronae monitur.»

Michaelis Sigleri: Chronologia rerum Hungaricarum etc. lib. I. cap. VI. ad a. 1549. — *Bél Mátyás:* Adparatus ad historiam Hungariae, (Posonii, 1735), 71.

★

«Anno 1549. — Den 23. Tag Januar am Mittag die 12-te Stund ist der from-gottesfürchtige Herr Magister Johannes Honterus Pfarr in Cronstadt aus dieser Welt verschieden. Dieser war ein Mann seinem Vaterland zu dienen, und was demselben nützlich war zu fürderen, denn er hat die Lehre des heiligen Evangelii und den rechten Gottes Dienst alhier erst angericht, und die Schulen reformiret zu Nutz der Jugend, und die Druckerey aufgebracht, und des Heiligen Evangelii halben viel erlitten und ausgestanden von den Papisten, oder vielmehr falschen Christen, und sonderlichen in seinem Pfahrampt hat er nichts anders, denn vieler Seelen Heyl und Seligkeit gesucht. In Summa: ein from, demüthig, lehrhaftig, ehrerbietig, niemand verschmähend, und dazu ein treuer Hirdt seiner Schaflein, dessen Seele in der ewigen Ruhe schwebt, und lebete ewiglich. Amen. In dieses Stell ist erwählet worden der H. Valentinus Vagnerus, der ein Discipel H. Joannis Honteri, und damahls Rector gewesen. Gott verleihe ihm ein ewiges Leben. Amen.»

Ostermayer krónikája. — *Kemény:* Deutsche Fundgruben, 37.

★

«1549. die 23. Januarii ist seelig im Herrn verstorben an starken Kopf Leiden Magister Johannes Honterus, — vixit ín secundo matrimonio annos 13½. Erat vir apud nos in omni scientiarum genere eruditissimus, — amicus cunctis optimus ac in promovendo vero Dei verbo vere apostolus, ut M. Lutherus eum compellabat.

Die 29. Januarii wird erwählet zum Pfarrherr zu Chronen Magister Val. Wagnerus, nobis sanguine iunctus.»

Album Oltardianum. — *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben, 17—18.

★

«1549. — 23. Januarii M. Johannes Honterus P. P., et verus Transylvaniae Evangelista, placidissima morte, tanquam obdormiens obiit. — — Cui in pastoratus officio successit M. Valentinus Vagnerus, senator et vir litteratissimus et tanto praedecessore dignissimus successor.»

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardianum, I. 56.

113.

Padova, 1549 január 23.

Gyalu Zsigmond Stancharo Ferencznek írja, hogy utiköltségeiről gondoskodott, és inti, hogy Erdélybe utazzék, mert itt bizonyos állomása lesz.

S. D. Tibi non defore statum honestum in Transylvania nostra, cognovimus ex illustris Francisci Revay litteris, qui etiam mandavit, Petro, ut quinque coronatos tibi pro viatico det. Qua de re Petrum plenius ad te scripsisse arbitror. Quapropter, si de Transylvania adeunda omnino apud te decrevisti, cum opportunum visum fuerit, Deo duce iter arripe. Sed omnes calculos tecum diligenter prius explorato, utrum magis expediat proficisci, an manere? Apud Transylvanos hoc commodi habebis. Non metues eos, quorum potentia nunc tibi ingentem terrorem incutit. Scio autem plurimos non solum cives, verum etiam ex equestri ordine primarios nobiles te magna benevolentia complexuros. Et ut scribit illustris Revay, patronus noster optime meritus, non deerit tibi certa conditio. Preterea Deo cure eris, cui hactenus cure tuisti. Vale. Patavii, X. kal. Febr. MDXLIX.

Tuus Sigismundus (Gėlous) Pannonius.

Kívül: Viro doctissimo domino Francisco Stancaro, amico et fratri carissimo.

Révay-levéltár. — Másolta: Ábel Jenő. Közli: BUNYITAY VINCZE.

114.

Pozsony, 1549 január 24.

A helytartótanács a király nevében megparancsolja a győri káptalannak, hogy a hazai törvények ellenére a rendes birói eljárás mellőzésével senkit se idézzen meg az apostoli követ utasítására.

Capitulo Jauriensi.

Venerabiles amici dilecti, salutem. Ostenderunt nobis prudentes et circumspecti iudex et iurati cives huius civitatis Posoniensis quasdam litteras nomine vestro patenter confectas, quibus authoritate reverendissimi domini nuncii apostolici ad instantiam cuiusdam Primi Merule inter alios, quos coram vobis ad certum terminum comparere iubetis, iudicem etiam ipsum et quosdam cives adesse coram vobis precipitis pena excommunicationis late sententie indicta iis, qui vestris huiusmodi mandatis parere negligerent. Tametsi igitur sancte sedis apostolice ac sanctissimi domini nostri eiusque legatorum authoritati tantum a nobis tribuatur, quantum sane decet; cum tamen in regni decreto expresse cautum sit, ne quis citationem ex curia Romana, vel apostolicis legatis prius audeat impetrare in quacunque causa, quam coram suo iudice ordinario causam suam egerit omnesque iuris processus expleverit, si quis secus faceret, citatus citationi parere non teneatur:[1] officii nostri esse duximus absente Regia Maiestate, domino nostro clementissimo, tum ipsis iudici et aliis abhinc per vos citatis prohibere, ne preter leges regni ad ullum iustitie genus a vobis recipientes isthuc accedant, tum vero authoritate regia vobis firmiter mandare, ut ab huiusmodi citationibus preter consuetudinem et omnes regni ordines penitus abstineatis, prout sane mandamus per presentes. Si quid enim Merula, aut quisquam alius cum quopiam cause habet, non deerit ei iustitie debita administratio coram regni iudicibus ordinariis, vel ecclesiasticis, vel secularibus; secus igitur ne feceritis. Datum Posonii, die 24. Januarii 1549.

Sacre Regie Maiestatis locumtenens et consiliarii regiminis Hungarici etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 5—6.

[1] Cfr. Batthyány: Leges ecclesiasticae regni Hungariae, I. 473.

115.

Jászó, 1549 február 2.

Geszty Péter a jászai konvent előtt bejelenti, hogy a kácsi apátsági házát, valamint tulajdon sályi birtokát Kwnowit Miklós tűzzel-vassal pusztította, őt magát fogságban tartotta. Ő ugyan ezért az egri káptalan előtt bocsánatot adott, de mivel annak föltételeit Kwnowit nem tartotta meg, visszavonja.

Nos conventus ecclesie beati Joannis baptiste de Jazow, memorie commendamus per presentes, quod egregius Petrus de Gezt coram nobis personaliter constitutus, per modum protestationis et revocationis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo annis superioribus preteritis, quum videlicet magnificus Franciscus de Pelswcz, Agrienses et Cassovienses in unum congregatis et conscriptis gentibus eorum in et adversus magnificos Gasparem de Sered et Sigismundum Balassa de Gyarmat insurrexissent; prefatus vero Petrus Gezty, servitor dicti domini Sigismundi Balassa extitisset: tunc egregius Nicolaus Kwnowit, assumptis secum quam pluribus hominibus, manibus armatis et potentiariis in et ad domum abbatialem Kaach vocatam, in comitatu Borsodiensi existentem, cui abbatie dictus Petrus Gezty legitimus tutor et defensor extitisset, irruens, eandem succendi et comburi simul cum omnibus rebus ibidem habitis faciens, dictum vero Petrum Gezty simul cum servitoribus et familiaribus suis captivasset, captumque in castrum Agriam induxisset et ibidem in diram captivitatem coniecisset. His prefatus Nicolaus Kwnowit non contentus, adhuc dicto Petro in captivitate existente, rursus manibus armatis et potentiariis ad domum quandam nobilitarem ipsius Petri Gezty Saal vocatam in comitatu predicto Borsodiensi existentem habitam hostiliter irruens, ibique disfractis et dissecatis hostiis, mensis, scamnis, fornace, et omnibus rebus in predam conversis, dominam consortem prenominati Petri Gezty saltem in una camisia reliquisset; tandem prefatus Nicolaus Kwnowit nullo pacto pretactum Petrum Gezty ex carceribus liberum permittere volens nec ad intercessiones et preces dominorum quorundam nobilium, nisi prius idem Petrus Gezty coram honorabili capitulo Agriensi fassionem quandam facere et dictum Nicolaum super omnibus actis potentiariis, damnis et nocumentis illi illatis quittum et modis omnibus expeditum reddere et committere coactus et compulsus fuisset. Jam vero prenotatus Petrus Gezty prescriptam fassionem suam in captivitate sua coram dicto capitulo Agriensi pro eliberatione sua coacte factam

in omnibus clausulis et articulis revocasset et retraxisset, et ea potissimum ratione, quia ea, que prefatus Nicolaus Kwnowit eidem Petro coram egregiis Alberto Chomorkany iudice nobilium comitatus Borsodiensis et Raphaele Zyny spopondisset et promisisset, non complevisset, ac qualis unio et expeditio actuum potentiariorum inter ipsos Petrum et Nicolaum facte fuissent, idem Nicolaus violasset et infregisset; imo revocavit et retractavit coram nobis testimonio presentium mediante. Datum in festo purificationis Virginis Marie, anno Domini 1549.

Jászai országos levéltár: Protocollum antiquum, 117. b.

116.

Eger, 1549 február 11.

Az egri káptalan előtt Gyarmati Balassa Zsigmond és felesége, Fáncsi Borbála a diósgyőri pálosokat kártalanítják.

Nos capitulum ecclesie Agriensis, memorie commendamus per presentes, quod religiosi fratres Valentinus de Bancha vicarius claustri de Laad ac Petrus de Ders prior claustri beate Marie Magdalene supra Felnemeth in persona totius conventus ordinis fratrum heremitarum beati Pauli primi heremite intra vel extra ambitum huius regni ubilibet degentium Deo famulantium coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sint in hunc modum: Quod licet magnificus dominus Sigismundus Balassa de Gyarmath comes comitatus Borsodiensis in hiis preteritis temporibus disturbiorum claustrum predictorum fratrum heremitarum in oppido Diosgyewr in comitatu Borsodiensi extructum demoliri fecisset, aliasque iniurias dampnaque ipsis fratribus heremitis intulisset inferrique fecisset, possessionem etiam dictorum fratrum heremitarum Harkan vocatam in comitatu Zempliniensi, molendinaque tria, in possessione Chaba supra fluvium Heyew unum, alterum vero in oppido Myskolch, tertium in dicta Diosgyewr in fluvio Zymva, universas ittem vineas ac terras arabiles prataque fenilia, silvas et predium Jenke in dicto comitatu Borsodiensi existentes habitas pro seipso occupasset, tenuisset ac possedisset, attamen ex quo idem Sigismundus Balassa ac magnifica domina Barbara Fanchy consors sua prescripta universa bona hereditaria prefatorum fratrum heremitarum ad petitionem certorum dominorum, cum omnibus proventibus et utilitatibus eorun-

dem, ipsis fratribus heremitis remisissent et resignassent, ipsosque fratres heremitas ac bona eorundem sub tutelam eorundem accepissent specialem, matura igitur deliberatione prehabita ab hoc iidem fratres heremite super prescriptis universis actibus potentiariis, destructione claustri prenotati, dampnorumque ac iniuriarum illationibus aliorumque omnium malorum generibus per prefatos Sigismundum Balassa ac dominam Barbaram consortem suam ac alios quoscunque servitores ipsorum qualitercunque hactenus patratis memoratos Sigismundum Balassa ac dominam Barbaram consortem suam, Franciscum Posgay necnon ceteros servitores ac iobagiones ipsorum quittos et expeditos reddidissent et commisissent; immo reddiderunt et commiserunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima post festum beate Dorothee virginis et martiris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije papiron, két eredeti példányban, hátlapján az egri káptalan viaszba nyomott pecsétjének töredékével. *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 56. csomó, régi jelzete: Acta Paulin. monast. Diósgyőr. fasc. 2. Nr. 2. Ugyanennek ujabbkori egyszerű másolata ugyanitt, ugyanezen jelzet alatt fekszik.

Közli: Iványi Béla.

117.

Eger, 1549 február 11.

Az egri káptalan előtt Posgay Ferencz diósgyőri várnagy Gyarmati Balassa Zsigmond borsodi főispán és neje, Fáncsi Borbála nevében igéri, hogy a diósgyőri pálosokat kártalanított birtokaikon a jövőben védelmezik.

Nos capitulum ecclesie Agriensis, memorie commendamus per presentes, quod egregius Franciscus Posgay, castellanus castri Diosgyewr, magnifici Sigismundi Balassa de Gyarmath, comitis comitatus Borsodiensis necnon magnifice domine Barbare Fanchy consortis sue nominibus et in personis coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum: quomodo ipsi in hiis preteritis temporibus disturbiorum quedam bona hereditaria ad claustrum religiosorum fratrum heremitarum in oppido Diosgywr constructum ab antiquo pertinentia pro seipsis occupare fecissent, sed ad petitionem certorum dominorum necnon fratris Valentini de Bancha vicarii claustri Laad universa prescripta bona hereditaria ipsorum fratrum heremitarum ad claustrum ipsorum in dicta Diosgyewr habitum pertinentia, possessionem videlicet Harkan vocatam in Zempliniensi, necnon tria

molendina, unum in possessione Chaba in fluvio Heyew, alterum vero in oppido Myskolch, tertium in dicta Diosgiewr in fluvio Zymwa vineasque in promontorio Chaba ac Diosgyewr existentes adiacentes, terras ittem arabiles ac prata fenilia, silvas prediumque Jenkeh vocatum in Borsodiensi comitatibus existentes habitas simul cum cunctis eorum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ipsis fratribus heremitis remisissent libere utendas, tenendas et possidendas, immo remiserunt et resignaverunt coram nobis, assumens nichilominus idem Franciscus Posgay nominibus et in personis eorundem Sigismundi Balassa et domine Barbare Fanchy consortis sue memoratos fratres heremitas in prescriptis universis bonis eorundem hereditariis contra quoslibet deinceps tueri et defendere, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima post festum beate Dorothee virginis et martiris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije papiron, hátlapján az egri káptalan viaszba nyomott pecsétjének töredékével. *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 56. csomó, régi jelzete: Acta Paulin. monast. Diósgyőr. fasc. 2. Nr. 1. Ugyanitt, ugyanennek több hitelesített és egyszerű, újabbkori másolata.

Közli: Iványi Béla.

118.

1549 február 14.

Kivonat Középszolnokvármegye adólajstromából.

Anno 1549. primum subsidium comitatus Zolnok Mediocris, in conventu Posoniensi ordinatum, ut a singula porta per florenum unum et denarios triginta solvant et nobiles unius sessionis per denarios viginti quinque.

Prima dica et primus processus Stephani Kakas iudicis nobilium.

14. Februarii connumeratio incepta.

Chykofalwa.

Plebani de Erdewd por. 12, nove domus V, pauperes VIII, iudex 1.

Processus secundus Joannis Konya iudicis nobilium.

Chygan.

Reverendissimi domini tesaurari (!) por. 15, nove domus VII, pauperes XIII.

Zyla.

Domini tesaurari por. 75, nove domus XXXVII, pauperes I^cXVIII, domus combuste VIIII, curie nobilitares V, domus presbiterorum VII.

Magiar egres patak.

Domini tesaurari p. 18, pauperes XXV.

Olah egres patak.

Domini tesaurari por. 5, nova domus I, pauperes VI.

Gurzafalva.

Domini tesaurari por. 5, nova domus I, pauperes VI.

Kwsaly.

Ibidem monialium pauperes IIII.

Also Zopor.

Domini tesaurari port. I, nova domus I, pauper I.

Tertius processus Bartholomei de Wyhnemethy iudicis nobilium.

Kysfalu.

Domini tesaurari por. 15, nove domus III, pauperes XVIIII.

Chegen.

Domini tesaurari por. 12, nove domus III, pauperes XVII, domus combuste II.

Zakachy.

Ibidem plebani Erdodi por. II.

Tasnad.

Domini tesaurari por. 70, pauperes I^cIII, nove domus L, servitores XI, domus presbiterorum XVIII.

Quartus processus Nicolai Kompar iudicis nobilium.

Per.

Domini tesaurari por. 31.

Etel.

Domini tesaurari por. 11, nove domus VII, servitor I, pauperes VII.

Zantho.

Presbiteri II.

Ugyanez az állapot 1550-ben is.

Országos Levéltár: Dicalis conscriptio, LX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

119.

Lipcse, 1549 február 15.

Herkó Miklós lipcsei hitszónok, theologiai licentiatus a selmeczbányai tanácsnak írja, hogy meghivásukat a papságra nem fogadhatja el.

«XV. Kalendas Martias. Lipsie «Nicolaus Herko artium magister, s. theologie licentiatus, ecclesie Lipsiensis concionator ac sacris professor» «iudici ceterisque senatoribus civitatis Montane Schemniciensis» respondens maximas gratias agit pro vocatione ad plebaniam, sed recte nunc vocationem acceptare non potest.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában*, XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

120.

1549 febrnár 19.

A helytartótanács arra kéri a királyt, hogy addig ne vegye el a győri püspöktől a pornai apátságot, a míg a püspökség régi javait és jövedelmeit vissza nem nyerte.

Sacratissime Rex etc. Reverendissimus dominus episcopus Jauriensis[1] narravit nobis, allatum ad se esse, petere quosdam a Vestra Maiestate abbatiam de Porno eo nomine, quod secundum articulos proximi conventus amplius ipsi domino episcopo eam possidere non liceat,[2] sed in facultate sit Vestre Maiestatis, cui maluerit, conferre. Quamvis autem abbatia ipsa tenues admodum habeat redditus, grave tamen videtur esse domino episcopo illam alteri cedere, quam sane non mediocri labore et sumptu a vicinis nonnullis per hec tempora defendit et dirutam prope ac vastatam magna ex parte reparavit, presertim vero, quod indignum esse videatur auferri a se abbatiam vigore articulorum et nihilominus articulos sibi nihil suffragari recuperandis bonis episcopatus sui, quorum restitutio maxime secundum publicas constitutiones foret;[3] quare, cum rationabiles causas dominus episcopus adducere videatur, nostram commendationem petenti negare non potuimus, facile

[1] Ujlaki Ferencz.

[2] Cfr. Art. VI. comitiorum Poson. a. 1548.: «et unusquisque prelatus, sive alius vir ecclesiasticus unum tantum beneficium possideat».

[3] Cfr. Comitiorum a. 1547. art. XXI. et a. 1548. art. VIII.

alioqui confidentes Maiestatem Vestram pro sua benignitate proque meritis domini episcopi preteritorum temporum, non permissuram, ut priusquam bona sua et redditus illi reddantur, abbatia hec de manibus suis auferatur. Servet etc. Die 19. Februarii 1549.

Locumtenens et consiliarii.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 35—36.

121.

Pozsony, 1549 február 22.

Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó Bornemissza Sebestyénnek azon perben, melyet ellene a pozsonymegyei Petény miatt a nyulszigeti apáczák indítottak, halasztást ad a bizonyítékok megszerzése végett.

Nos Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thurocz, necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens, damus pro memoria, quod Michael Kapolnay de Gellyenffalwa pro religiosis dominabus sanctimonialibus alias in claustro beatissime virginis Marie de Insula Leporum, nunc vero in claustro ad honorem beati Joannis Baptiste Waradini[1] fundato degentibus, cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Waradiensis sabbatho in festo beate Apollonie virginis et martiris proxime preterito, instante scilicet termino celebrationis iudiciorum festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause Transdanubialium et aliorum vicinorum comitatuum iuxta contenta articulorum in conventu regnicolarum profesto beati Luce evangeliste proxime preterito hic Posonii de regio edicto celebrato editorum adiudicari solite, per Maiestatem regiam generaliter fuerant prorogate, in figura iudicii personalis presentie regie Maiestatis comparendo, contra egregium Sebastianum Bornemyzza, aule eiusdem regie Maiestatis familiarem, proposuit eo modo, qualiter superiori anno eodem Sebastiano Bornemyzza in expeditione regia in Saxonia in servitiis regiis occupato, idem Sebastianus totalem possessionem ipsarum dominarum sanctimonialium actricum Pethen vocatam in comitatu Posoniensi existentem quocunque titulo a prefata Maiestate regia pro se impetrasset dominiumque eiusdem possessionis per statutionem vel alias utcumque

[1] Rectius: prope Waradinum.

apprehendisset, quam quidem possessionem idem Sebastianus Bornemyzza etiam modo teneret et possideret in preiudicium et derogamen iurium dictarum dominarum sanctimonialium valde magnum. Ob hoc eedem domine sanctimoniales actrices volentes prefatam possessionem ad se et ad predictam ecclesiam beate Marie virginis optimo et hereditario iure pertinere, dictumque Sebastianum Bornemyzza eam pro se impetrare minime potuisse comprobare, eundem in causam convenientes de dominio predicte possessionis earum Pethen legittime licite, eamque pro se rehabere vellent iure requirente. Quo audito Ambrosius de Beycz pro prefato Sebastiano Bornemyzza in causam attracto cum procuratoriis litteris regalibus eandem personalem in presentiam regie maiestatis exurgendo respondit ex adverso, quod prescriptam possessionem Pethen idem in causam attractus ex collatione prefata regie Maiestatis teneret, eiusque Maiestatem in presenti causa haberet tutorem et defensorem et propterea Maiestatem suam in termino ulteriori ad tuendum se in ipsa causa penes se evocari facere vellet. Quibus sic habitis per hocque causa presenti nostram veluti iudicis similium causarum ordinarii in presentiam deveniente, nos dominorum prelatorum et baronum magistrorumque prothonotariorum et regni huius nobilium sedis scilicet iudiciarie regie Maiestatis iuratorum assessorum, nobiscum in examine presentis cause in iudicio existentium, quesito et assumpto superinde consilio prematuro et sana deliberatione iudicando commisimus eo modo, quod prefatus Sebastianus Bornemyzza in causam attractus prefatum dominum nostrum regem, quem scilicet in presenti causa tutorem et defensorem suum fore assereret, ad terminum celebrationis iudiciorum festi beati Jacobi apostoli proxime venturum[1] penes se nostram in presentiam legittime evocari facere debeat et teneatur causa in presenti defensurum. Datum Posonii, feria sexta in festo Cathedre beati Petri apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Lecta.

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörösviasz pecséttel. *Országos Levéltár:* Acta Monial. Poson. fasc. 22. Nr. 20.

Közli: Iványi Béla.

[1] 1549 julius 25.

122.

Prága, 1549 márczius 3.

Kivonat I. Ferdinánd királynak a királyi udvari kamara fölterjesztésére adott válasz pontjaiból.

Et cum idem etiam moniales Tyrnavienses contendant nec alii forsan, qui idem illorum exemplo faciant, defuturi sint, volumus nos nullas tales libertates vel exemptiones cuiusquam, que omnes constitutione publica iam sublate sunt, omnino curare, sed nihilominus a talibus dicas exigere, facile enim hoc, quod pretendunt, supradictis refelli poterit.

Quod ad proventus episcopatus Agriensis attinet, dedimus antea mandata, intelleximus etiam, qualem officialibus illic dedistis informationem, que omnia nobis, ut in ea adhuc persistamus sententia, perplacent.

Országos Levéltár: Benignae resolut., II. kötet, 34.

Közli: Iványi Béla.

123.

Pozsony, 1549 márczius 5.

A helytartótanács értesíti a királyt arról, hogy Révay Ferencz nádori helytartó mily feltételek alatt kész Holics vára helyett Szombathelyt elfogadni, de azok teljesítését ellenzi.

Sacratissime Rex etc. Quemadmodum Maiestas Vestra Sacratissima nobis commiserat, egimus diligenter inter dominum locumtenentem palatinalem ac dominum Petrum Bakytth pro compositione aliqua facienda et imprimis, ut dominus Reway arcem et oppidum Sabarÿa cum pertinentiis sub ea inscriptione, qua nunc apud Bakÿtth est, accipere contentus esset ac tamdiu apud se habere, donec a Maiestate Vestra de aliis bonis stabilibus sibi ac suis liberis provideretur in recompensam Holÿch et Sassÿn.[1] Qui quidem dominus Reway post varios hic tractatus habitos tandem discedens ex itinere scripturam hanc misit, quam cum presentibus Maiestas Vestra accipiet, ex qua cognoscet Maiestas Vestra, quid ille postulet et quibus conditionibus Sabarÿam loco Holÿch sibi dari cupiat. Tametsi igitur satis scimus Maiestatem

[1] V. Art. XVII. comitiorum a. 1548.

Vestram ea scriptura perlecta facile secum deliberaturam, quid se deceat facereque in hoc negotio oporteat, noluimus tamen omittere, quin paucis [1] significaremus Vestre Maiestati, conditiones illas, quibus dominus Reway̋ Sabaryam petit, non omni ex parte probari, neque suadere aut consulere Vestre Maiestati, ut bona illa ecclesiastica longo iam tempore sub inscriptione apud manus laicas existentia maiori etiam vinculo inscriptionis obliget, neque id solum contra conscientiam christiani principis, sed etiam contra Vestre Maiestatis dignitatem authoritatemque, contra publicas regni constitutiones vel nuper satis superque super his rebus promulgatas fore putamus.[2] Si eas conditiones Maiestas Vestra admitteret, neque vero placere translationes, incorporationesque ille, quas loco Sabaryae et pertinentiarum ac decimarum de tribus abbatiis dominus Reway̋ episcopatui Jauriensi fieri cupit, addita etiam obligatione, quod Maiestas Vestra per sanctissimum dominum nostrum perque regnicolas in primo conventu translationem eam confirmari curet. Intelligit enim Maiestas Vestra, quomodo dignitati sue regie conveniat, ad ista se obstringere in re ulla privata, et si in lucem ista veniant vel coram sanctissimo pontifice, vel coram regnicolis quantum detrahi possit estimationi Vestre Maiestatis apud illum, ab his vero, qui clamores fuerint excitandi, quare persistendum in eo dumtaxat Maiestati Vestre esse censemus, ut Maiestas Vestra concedat sub eadem et non alia inscriptione esse Sabaryam apud dominum Reway̋, qua nunc est apud Bakÿtth. Interim dum Maiestas Vestra recompensam illi aliquam tradere possit in aliis bonis, que directe devoluta sint ad regiam coronam. Quod vero ad redemptionem decime sub inscriptione existentis attinet, poterit Maiestas Vestra ita quidem consentire in ea redemptione, ut de capitali summa, quam dominus Revay̋ nunc numeraverat, ad illius redemptionem ex redditibus eius decime quottannis pars aliqua defalcetur, sunt enim uberiores proventus illi, quam qui pro tam exigua summa pecunie oppignorati esse debeant, sorte semper integre manente. Hec pro nostri officii ratione ad Maiestatem Vestram cum debita submissione in hoc negotio duximus perscribenda. Servet etc. Posonii, 5. die Martii 1549.[3]

P. S. Inscriptionem super Sabarya domino Reway̋ faciendam

[1] Scriptor duas paginas vertebat. Hoc animadvertens vacuis paginis serius inserebat sequentes duas litteras. Cfr. Ibidem, nro. 40. et 41.

[2] Cfr. Art. VIII. comitiorum a. 1548.

[3] In linea subteriori expuncta est vox: Consiliarii etc.

non aliter fieri debere[1] censemus, quam ut depositis quindecim millibus florenis, pro quibus sub inscriptione est apud Bakkÿth, per dominum Jauriensem, vel eius successores redimi possint; loco autem iurium ipsius domini Rewaÿ in Holÿch nullam inscriptionem fieri debere arbitramur, longe enim augeretur inscriptio, quam si fieri posset, etiam minuendam putaremus.

Locumtenens et capitaneus generalis.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 45—46.

124.

Boroszló, 1549 márczius 5.

Moiban Ambrus jelenti a selmeczbányai tanácsnak, hogy eddig is mindent elkövetett, hogy jó papot kapjanak. Mivel Márk úr hiában járt (Melanchton) Fülöp úrnál, ajánlja nekik Kurcer Jánost.

Ersame... Hern! (Praemittit dolorem de obitu J. Kresling sacerdotis Schemniciensis.) So begerenu E. H. an mich, das ich neben andern libhabern gotliches Worts mich bemühen wolde, umb einen anderen frommen und gelerten man, der das nachgelassene ampt b. E. H. versehen und annemen mochte. Doruf ich E. H. zu erkennen gebe, so vil mir mügliche gewesen, habe ich kein mühe und fleiss gespart mit schreiben an hern Philippum und andere gelerte, diweil ich aber nun merke, das der Ersamen her Marcus seine Reyse vergebens gethan, bin ich sehr entsarzt worden und mich mehr bekommert. Doch zulezt nach manchen bedenken hat mir der allemechtiger Got doran ich nit zuefel einen frommen man in mein herzen angezeigt magistrum Johannem Curcerum, welche zu disem ampt nit ungeschickt sein würde, uber welchem ich zu disem mol mit hern Marcus beschlossen habe, doch auf weiter bedenden einer Ersamen Radts, wie den solchs alles gemelten her Marcus E. H. Vermelden wirt. Bresla, am 5. Martii. 49.

E. H.

gantzwilliger

Ambrosius Moibanus,

Pfarer zu Breslau.

[1] In manuscripto deest.

Kívül: Den Ersamen... Richter und Radman der Stadt Schemnicz.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában,* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

125.

Prága, 1549 márczius 6.

Kövesi András veszprémi kanonok és rokonsága nemességet nyernek.

Arma seu insignia magistri Andree de Kewes et fratrum eius cum nobilitatione domus.

Ferdinandus etc. Tibi fideli nostro magistro Andree de Kewes canonico ecclesie Vesprimiensis, sacellano nostro, salutem et nostre regie gratie incrementum. Quoniam satis experimur, divos reges precessores nostros non modo in divinis rebus, verum etiam in retinenda civili iustitia et societate hominum effecisse plurimum; imo omnem earum rerum ornatum pulcherrime conservavisse, quod virtutem magni et fecerint semper et eius rationem diligentem habuerint. Eorum vestigiis etiam nos innitentes, summo studio nullo non tempore conamur, ut virtuti maximus habeatur honos ad eiusque amorem fideles subditos nostros premiis accensos inducamus, ut ii quoque, quos natura rudes fecerit, hac nostra regia munificentia inflammati, spe premiorum ducantur in aliquod rerum immortalium studium. Cum itaque ex testimonio litterarum reverendi olim in Christo patris Petri Beryzlo episcopi ecclesie Vesprimiensis, regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie olim bani, ac per fidelem nostrum reverendum Martinum de Kechet episcopum eiusdem ecclesie Vesprimiensis confirmatarum intelligamus, Te honestis parentibus et ob insignem militiam ab eodem Petro Beryzlo bano libertate donatis esse procreatum ac Te illorum virtutes moresqne laudatos imitatum, ita ab adolescentia vitam tuam instituisse, ut dum tempus et etas adfuit, ordinis sacerdotalis conditionem tibi elegeris in eaque, ut fidelem Dei ministrum decet, honeste vixisse dicaris. Cuius tue vite honeste consideratione ducti, Te in numerum quoque aliorum sacellanorum nostrorum, qui nobis sacra ministrant, acceptaverimus. Quo in ordine cum in hunc diem apud nos versatus fueris, multaque nobis et domi et foris non minus diligenter, quam fideliter exhibueris servitia, dignum Te modis omnibus prebens,

qui nostra gratia et liberalitate simul cum sorore tua carnali Catherina ac eius marito Georgio Kysmyhal nepotibusque tuis Bartholomeo, Egidio et Benedicto, ex eadem sorore tua carnali natis, decoreris, Te igitur magistrum Andream tuamque sororem, maritum et nepotes tuos predictos a conditione ignobilitatis et rusticitatis, qua hactenus usi estis, de plenitudine nostre regie potestatis et gratia speciali eximentes, in cetum et numerum verorum nobilium regni nostri Hungarie duximus aggregandos, annumerandos et adscribendos. In cuius nostre erga Te sororemque ac eius maritum nepotesque tuos nominatos exhibite clementie testimonium et in signum vere nobilitatis, hec insignia, videlicet scutum celestini coloris, in quo homo silvanus altera manu crucem nodosam tenens est depictus, supra clypeum sive scutum galea est diffusis laciniis ac variegatis, cruce similiter superaddita, apte quidem hec Tibi convenientia: silvanus enim, hoc est mundo deditus, inter hos ob multas hereses corruptos seculi mores esse noluisti; sed temetipsum abnegans Christi iucunda onera amplexus es, in cuius rei signum Tu cruce beati apostoli Andree ac gloriosi Christi martyris, cuius Tu nomen refers, te tuosque delectari cupis; nec preterea pro tuenda fide et gloria Dei nos felici omine contra turbatores catholice religionis Saxones pugnantes fideliter sequi timuisti; quod Tibi in tuorum meritorum iucundam memoriam galea denotat, quemadmodum hec in capite presentium litterarum nostrarum docta pictoris manu suis accomodatis coloribus depicta esse cernuntur, Tibi prefato magistro Andree sororique ac eius marito et nepotibus tuis supra nominatis eorumque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis ex certa nostra scientia dedimus et contulimus. Imo ex abundantiori plenitudine nostre specialis gratie concedimus et elargimur, ut tu sororque tua ac eius maritus, nepotesque ex eadem sorore tua carnali nati eorumque heredes et posteri universi sexus utriusque pretacta arma seu nobilitatis insignia more aliorum nobilium regni nostri Hungarie armis utentium a modo in posterum ubique in preliis, hastiludiis, torneamentis, duellis, monomachiis ac aliis omnibus exercitiis nobilitaribus et militaribus necnon sigillis, vexillis, cortinis, annulis, auleis, domibus, sepulchris et generaliter in quarumlibet rerum et expeditionum generibus, sub mere et syncere nobilitatis titulo, quo te tuosque prenominatos ab universis et singulis, cuiuscunque conditionis, dignitatis, status et preeminentie homines existant, insignitos dici, nominari, teneri et reputari volumus, ferre et gestare, omnibusque et singulis honoribus, gratiis,

privilegiis, indultis, libertatibus, prerogativis et immunitatibus, quibus ceteri nobiles, milites et militares homines prefati regni nostri Hungarie aut alias armis utentes, quomodolibet consuetudine vel iure usi sunt et gavisi, uti, frui et gaudere possis ac valeas, sororque tua ac eius maritus nec non tui nepotes premissi eorumque heredes possint et valeant. Ceterum sessionem quoque et curiam nobilitarem, cui ab orientali via seu platea publica, ab occidentali rivulus quidam in lacum Balathon influens, a meridionali sessio quedam nobilitaris Ambrosii Kewessy, a septemtrionali partibus via publica ducens ad Arach, contigua dicuntur vicinari in dicta possessione Kewes in comitatu Zaladiensi existentem habitam, in qua ad presens dictus Georgius Kysmyhal una cum domina Catherina coniuge sua superius nominata specialem residentiam facere dicitur, simul cum cunctis eius utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis etc. ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, que ad eandem curiam et domum legittime spectare dinoscuntur, ab omni solutione nobis et successoribus nostris regibus Hungarie et nunc et in posterum quomodolibet facienda et servitiorum genere eximentes et supportantes nobilitamus, prout eximimus, supportamus et nobilitamus et eximi supportarique ab omnibus tam presentibus quam futuris, quorum interest vel intererit, volumus et mandamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, pendenti communitas, tibi memorato Andree, sororique tue ac eius marito necnon nepotibus prefatis et eorundem heredibus et posteris universis sexus utriusque duximus dandas et concedendas. Datum per manus reverendissimi domini Nicolai Olahi, episcopi ecclesie Agriensis, compatris et consiliarii nostri ac in regno nostro Hungarie secretarii cancellarii nostri, fidelis nobis sincere dilecti, Prage sexta die mensis Martii anno MDXLVIIII, regnorum nostrorum Romani decimo nono, aliorum vero vigesimo tertio.

Országos Levéltár: Lib. Reg., II. kötet, 320. lap és *Budapesti egyetemi könyvtár:* Kaprinay-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 163—166.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

126.

Pozsony, 1549 márczius 9.

Várday Pál, mint esztergomi érsek jelenti a királynak, hogy a közügyekkel és igazságszolgáltatással nagyon el lévén foglalva, az esztergomi érsekek bányajövedelmére vonatkozólag több adatot nem gyüjthetett össze, de az eddigiekből is kiviláglik egyháza joga, és csak azt kívánja, hogy e jogok az ő idejében csorbát ne szenvedjenek. Kegyelmére annál méltóbb, mert Drégely, Ipoly-Ság és Érsekújvár váraiban saját költségén tart várőrséget.

Sacratissime rex etc. Fidelium servitiorum etc. Cum post discessum vestre sacratissime Maiestatis continue fuerim occupatus in negotiis publicis, presertim quamdiu terminus iudiciorum duravit, non licuit per occupationes vacare rebus meis ecclesieque mee, sed in ipso pene iudiciorum fine et litteras vestre Maiestatis, quas mihi Vienne nuper dederat super revisione iurium meorum in urburis et privilegia antiqua ecclesie mee per Maiestatem vestram confirmata dominis eiusdem consiliariis produxeram, a quibus quid in ea scriptum sit ad vestram Maiestatem, satis eadem intelligit.[1] Non licuit, (ut dixi), pre multitudine et magnitudine negotiorum publicorum hactenus plures, aut maiores probationes colligere super usu meo, vel meorum maiorum in ipsis urburis, sed hec tamen, que viderunt domini consiliarii, satis esse puto ad faciendam probationem, quod ecclesie mee debeantur dicte urbure ex donatione divorum regum predecessorum vestre Maiestatis. Si ita Maiestati vestre placuerit, dabo operam, ut plures etiam efficacioresque probationes adducam, verum cum ego nihil cupiam, nisi ut ecclesie mee iura meo tempore iacturam non faciant, gratia ipse et benignitate vestre Maiestatis omni tempore futurus contentus, nec cum ipsa litigare, aut quovis modo unquam volens contendere, Maiestati vestre sacratissime arbitrio me totum committo, ut quod illi pro conservatione iurium ecclesie mee, cui Maiestas vestra tanquam pius et plane christianus princeps semper favit, ad confirmationemque voluntatis et dispositionis divorum regum predecessorum suorum faciendum esse duxerit, benigne statuat.

Equidem vel ob id gratia et liberalitate vestre Maiestatis dignus sum, quod in tribus locis Dregel, Saag ac Novo Castello ultra ducentos equites et fere centum quinquaginta pedites alo

[1] L. *R. Kiss I.:* A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 41—43.

continue neque ad hos quicquam solvitur a vestra Maiestate preterquam ad viginti quattuor equites et pedites quinquaginta. Cum tamen, si hi omnes gravissimis sumptibus meis non alerentur, iugiter magna pars ditionis Vestre Maiestatis in partibus illis in potestatem Thurcarum hactenus fuisset redacta, sic autem harum gentium conservatione exhaurior, ut parvum admodum ad reliquas necessitates meas ex meis redditibus supersit. His de causis omnibus Maiestati vestre supplico, dignetur in prefato negotio urburarum clementer deliberare, ut ego et posteri mei omnes pro felicitate incolumitateque Vestre Maiestatis Deum optimum maximum ardentius orare possimus. Expecto a Maiestate vestra sacratissima clemens responsum. Servet etc. Posonii, die 9. Martii 1549.

Locumtenens etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 59—60.

127.

1549 márczius 15.

Hegyfalvi Pál veszprémi őrkanonok a maga és az egész káptalan nevében tiltakozik Podmaniczky János ellen, ki 1542-ben a káptalan több birtokát minden jövedelmével együtt lefoglalta, embereiket sarczolta, az egyházak ezüst edényeit elvitette. Továbbá tiltakozik Podmaniczky Ráfáel ellen is, ki János elhalálozása után a felvállalt kárpótlást megtagadja és a bitorlást folytatja.

Quod venerabilis magister Paulus de Heghfalw, custos et canonicus ecclesie Wesprimiensis, in sua et totius reverendi capituli dicte ecclesie Wesprimiensis personis et nominibus nostram personaliter veniens in presentiam, per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum: quomodo magnificus dominus quondam Joannes Podmanyczky de Podmanyn, nescitur quo spiritu maligno ductus, in anno Domini 1542. totales possessiones possessionarias eorundem protestantium: Papkezw, Peremarthon, predium Bewrch et portionem possessionariam in possessione Zenthistwan, in comitatu Wesprimiensi existentes habitas, cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta decimis, nonis, molendinis, censibus et quibuslibet usibus pro se minus iuste et indebite occupari, miseramque plebeculam diversis exactionibus extraordinariis et servitiis in consuetis vexari, res insuper universas argenteas ecclesiarum parochialium in dictis possessionibus habitarum auferri, et quo sue placuisset voluntati, fecisset, potentia

mediante, et quamvis magnificus dominus Raphael similiter Podmanyczky de dicta Podmanyn pretacta bona dictorum protestantium ex commissione regie Maiestatis, domini nostri clementissimi, post mortem prefati quondam Joannis Podmanyczky eisdem protestantibus remisisset et relaxasset, nihilominus et ipse Raphael Podmanyczky eadem ipsa bona de manibus ipsorum protestantium rursus denuo occupasset, occupataque teneret et conservaret etiam modo; preterea licet iidem protestantes ex voluntate regia ratione perceptionis quarundam decimarum per eundem Raphaelem Podmanyczky facte medio certorum proborum, signanter reverendissimi domini Nicolai Olaÿ (!) episcopi Agriensis et cancellarii regie Maiestatis, cum ipso Raphaele Podmanyczky taliter concordassent, ut mediam partem decimarum, solummodo hoc anno unico elapso per eundem perceptarum, eidem Podmanyczky relaxassent et indulsissent, pro altera vero media parte decimarum perceptarum anni elapsi idem Raphael Podmanyczky octoginta florenos Hungaricales infra iudicia octave festi Epiphaniarum Domini proxime transacti ad manus reverendissimi domini Francisci Wylaky, episcopi Jauriensis et prepositi Posoniensis, coram nobis persolvere debuisset, super quorum solutione et restitutione idem dominus reverendissimus Jauriensis litteras expeditoriales ipsi Raphaeli Podmanyczky dare debuisset, de reliquis vero decimis superioribus annis perceptis iidem protestantes cum ipso Raphaele Podmanyczky nullam concordiam fecissent; adveniente tandem termino iudiciorum octave festi Epiphaniarum Domini, idem Raphael Podmanyczky iuxta premissam concordiam et compositionem pretactos octoginta florenos memorato domino reverendissimo Jauriensi persolvere neglexisset in preiudicium et dampnum eorundem protestantium manifestum. Habita huiusmodi protestatione idem magister Paulus de Heghfalw in sua et totius capituli ecclesie Wesprimiensis memoratum Raphaelem Podmanyczky et alios quoslibet cuiuscunque gradus et conditionis homines ab ulteriori detentione, occupatione, usuum participatione et conservatione pretactorum bonorum et decimarum, nonarum et generaliter quarumlibet utilitatum et universorum proventuum eorundem protestantium ubilibet habitorum, usu insuper fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem perceptione et percipi factione quomodolibet iam facta vel fienda inhibuit contradicendo publice et manifeste coram nobis harum mediante nostrarum litterarum. Datum feria sexta post festum beati Gregorii pape, anno Domini 1549.

Ez alatt a lap legalján más tintával: Item venerabilis dominus Demetrius Kamonchy lector et canonicus Nitriensis protestatus est de sua captivitate feria secunda post *Reminiscere* anno predicto.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 79b.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

128.

Pozsony, 1549 márczius 16.

I. Ferdinánd király meghagyja a győri káptalannak, hogy a nyúlszigeti apáczáknak Patas győrmegyei birtok határjárási iratait szolgáltassa ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Jauriensis salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in personis religiosarum dominarum sanctimonialium alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro ad honorem beati Joannis Baptiste prope Varadinum fundato degentium, quod cum superioribus diebus quedam metalis reambulatio possessionis ipsarum dominarum sanctimonialium Pathas vocate in comitatu Jauriensi existentis iuxta iudiciariam deliberationem nostram litterarumque nostrarum superinde confectarum per nostrum et vestrum homines fieri debuisset, tunc licet vos testimonium vestrum una cum homine nostro regio ad premissam metarum reambulationem transmiseritis, iidem noster et vester homines huiusmodi reambulationem metarum peregerint, attamen certis in locis tum vestro, tum vero egregiorum Gasparis Lypchey de Naghlwche ac Michaelis Ladislai et Petri Amade, item nobilis Benedicti Bodo de Padan et aliorum nobilium de eadem Padan nominibus et in personis huiusmodi reambulationi metarum contradictionis velamine obviatum fuisset, ob quam quidem contradictoriam inhibitionem iidem contradictores ad quintum decimum diem exhinc computandum in curiam regiam nostram, nostram scilicet personalem in presentiam evocati fuissent, super qua quidem executione vos litteras vestras relatorias, nescitur quibus respectibus, hactenus eo ordine et modo, quo ipsa reambulatio simul et contradictio et evocatio superinde facta fuerit, dictis dominabus sanctimonialibus exponentibus ad sepissimas ipsarum petitiones et requisitiones, quamvis etiam de pretio ipsarum litterarum vestrarum relatoriarum per ipsas dominas sanctimoniales notario vestro iamdudum satisfactum foret, extradare

recusassetis, prout recusaretis etiam modo communem iustitiam eisdem dominabus sanctimonialibus exponentibus in hac parte denegantes in preiudicium et derogamen iurium dictarum dominarum sanctimonialium exponentium valde magnum. Cum autem iustitia ipsa nemini sit deneganda, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter percipiendo committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus prescriptas litteras vestras super premissa executione dicte metalis reambulationis relatorias, prout videlice ipsa metarum reambulatio simulque contradictio et evocatio facta fuerit, suo ordine iuxta consuetudinem in talibus observari solitam dictis dominabus sanctimonialibus exponentibus iam tandem sub sigillo vestro iurium earundem ad cautelam fideliter extradare debeatis et teneamini, communi iustitia suadente, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, sabatho proximo ante dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono. *Lecta.*

Eredetlje papiron, alul papirral fedett vörösviasz pecséttel. *Országos Levéltár :* Monial. Poson. fasc. 35. Nr. 36.

Közli: Iványi Béla

129.

1549 márczius 17. előtt.

Knopf Kristófnak, a pápai követ szolgájának folyamodványa I. Ferdinánd királyhoz, hogy a magyar udvari kamara által követelését vizsgáltassa meg és hajtassa be.

Sacra regia Maiestas et domine, domine clementissime.

Supplicaveram sacre Maiestati vestre, tanquam domino meo clementissimo humillime causa iusti et legitimi debiti, quod me concernent, super quo etiam a sacra Maiestate vestra gratiosam acceperam relationem per dominum reverendissimum Agriensem factam; commiserat autem sacra Maiestas vestra, ut regesta pervestigarentur, utrum aliquid ex summa illa solutum esset nec ne. Quia autem domini camerarii Hungarici sine speciali mandato sacre Maiestatis vestre facere nolunt nec presumunt, supplico eidem, ut dignetur pro sua innata benignitate et clementia dare litteras preceptorias ad prefectos camere Hungarice, quo velint regesta pervidere, utrum solutum aliquid sit nec ne, et ut super hoc Maiestatem vestram certiorem reddant, ne ego cogar maiores adhuc facere sumptus super tot factis meis expensis, quod sacre

Maiestati vestre perpetuis fidelissimis servitiis reservire studebo. A qua gratiosam expecto relationem.

Sacre Maiestatis Vestre

humillimus servitor
Christophorus Knoppff,
servitor domini legati s. summi pontificis.

Kívül: Supplicatio Christophori Knoppff s. pontificis legati servitoris.

Más kézzel: Domino reverendissimo Agriensi presentetur.

Papiron, *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1549. mart. 17.

130.

Prága, 1549 márczius 17.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy nemes Knopf Kristóf kérelmét vizsgálják meg és adjanak róla véleményt.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Ex supplicatione fidelis nostri nobilis Christophori Knoppff presentibus inclusa intelligetis, quid a nobis petat, ratione cuiusdam antiqui debiti. Quare volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus, quatinus acceptis presentibus, litteras ipsas, quas super debito ipso vobis presentaturus est, perspicere, et quale debitum sit, intelligere ex fundamento ac nos de eo informare, simul etiam vestram nobis opinionem perscribere debeatis, ut sciamus, quid nobis sit faciendum. Aliud non facturi. Datum Prage decima septima Martii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus,*
e(piscopus) Agriensis mp.

Kívül: Reverendo, venerabili et egregiis Francisco Turzo de Bethlemffalwa episcopo Nitriensi, prefecto, magistro, ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, záropecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1549. mart. 17.

Közli: Iványi Béla.

131.

1549 márczius 19.

A stenicsnyáki vár számadásaiból.

1549.

Regestum particulare super introitum et exitum diversarum pecuniarum a die 19. mensis Martii usque alium diem 19. eiusdem mensis provenientium castro Zthenychnyak.

1549.

Introitus pecuniarum per Ladislaum Bornemizza feria tertia post dominicam Reminiscere, tempore videlicet ingressus mei ad officium manibus meis assignatis.

De pecunia condam plebani de Korenyan demortui dedit fl. XIIII.

De pecunia eiusdem plebani de Korenyan dedit ad manus meas aureos hungaricales XXVII, coronas II.

Insuper de eadem pecunia plebani Korenyaniensis Gregorius Farkassych misit aureos hungaricales tres, III, coronam I, duas libras facientes den. XL.

Cuius pecunie plebani de Korenyan tam videlicet aureorum hungaricalium, quam coronarum et librarum data est egregio Gregorio Farkassych recta et equalis medietas de voluntate domini Zychy et sola medietas earum mansit apud me ad rationem domini magnifici, que ad numerum pecuniarum numerata facit fl. XXX.

Introitus pecunie decimalis similiter pro eodem anno 1549. manibus meis administrate et per Martinum presbiterum anno eodem connumerate.

Item dominus Martinus presbiter plebanus de Loka feria tertia proxima post dominicam Letare presentavit fl. I^cVIIII, den. XXXII.

Et post iterum misit per Emericum presbiterum den. LXVIII.

Item Emericus presbiter de eadem pecunia decimali in die Palmarum presentavit fl. XV.

Idem feria tertia maioris ebdomade presentavit fl. X.

Item dominus Martinus plebanus per prefatum Emericum presbiterum feria sexta post Philippi presentavit fl. V.

Idem Emericus presbiter eadem feria sexta post Philippi presentavit fl. X.

Idem Emericus presbiter feria tertia ante festum Ascensionis Domini presentavit fl. VI.

Martinus presbiter iterum sabbato in profesto sancte Trinitatis presentavit fl. VIII.

Idem expost circa festum sancti Michaelis presentavit fl. VII.

Idem feria secunda in festo undecim milium virginum presentavit fl. VI.

Idem in anno 1550. in festo annunciationis beate Virginis de restantiis decimarum prioris anni presentavit fl. III, den. X.

Idem feria secunda in crastino sancte Trinitatis de eisdem decimis anni superioris exactis presentavit fl. I.

Idem feria tertia in vigilia visitationis Virginis gloriose presentavit de eisdem decimis superioris anni fl. I, den. LX.

Exitus peccuniarum (!) 1549.

Feria quinta (sc. post dominicam Reminiscere) similiter oleum in presentia etiam hominis capitularis den. XX.

Eodem die (sc. 20. Augusti) ad dominum magnificum venerunt dominus Thompa Quinqueecclesiensis episcopus et dominus lector, quibus ad hospitium victualia et equis pabulum datum.

Ad cursores, cementarios, capitulo pro arenda decimarum et aliis in legationem missis.

Feria tertia maioris ebdomade misi per Joannem Lywbkowych de Rosenycha in arendam decimarum capitulo Zagrabiensi de voluntate domini Zychy fl. $\overset{c}{\text{I}}$XX.

Ad capitulum pro decimis misi pro termino nativitatis Domini fl. LXXX.

Eredetije papiron, hosszukás könyvalakban. *Országos Levéltár:* Nádasdy-számadások *b)* csomó.

Közli: Iványi Béla.

132.

1549 márczius 19.

A stenisnyáki vár számadásaiból.

Summarium universorum proventuum castri Zthenychnyak a die decimo nono mensis Martii usque alium diem decimum nonum eiusdem mensis provenientium per anni circulum.

1549. Introitus peccuniarium.

Pro eodem inventario de pecunia condam plebani de Korenyan ad eodem Bornemyzza habui fl. XXX.

Ex decimis anni 1548. per dominum Martinum presbiterum decimatis et administratis ac Emericum presbiterum habui fl. $\overset{c}{\text{I}}$ LXXXII, den. LXX.

Ex peccuniis mardurinalibus simul et porcalibus ab eisdem domino Martino plebano Lokensi et Emerico presbitero habui fl.

Exitus earundem peccuniarum.

Capitulo ecclesie Zagrabiensi pro decimis anni 1548., quo scilicet anno dominus magnificus reoccupavit castrum a domino Zluny, secundum transactionem cum dominis capitularibus factam soluti sunt fl. $\overset{c}{\text{I}}$ XX.

Pro decimis insuper anni presentis, videlicet 1549. pro termino festi Nativitatis Domini secundum transactionem cum eodem capitulo factam solvi fl. LXXX.

Eredetije papiron, könyvalakban. *Országos Levéltár:* Nádasdy-számadások, *b)* csomó.

Közli: Iványi Béla.

133.

Pozsony, 1549. márczius 27.

A helytartótanács figyelmezteti a királyt az 1548. évi vallásügyi törvény végrehajtására és kéri, hogy azon törvény erejénél fogva a kartauziak menedékkövi kolostorának jövedelmét iskolaügyre engedélyezze.

Sacratissime Rex etc. Inter ceteras pias et summa laude dignas constitutiones, quas Maiestas Vestra in proximo Posoniensi conventu cum ordinibus[1] et statibus huius regni sui fecit, ea omnium iudicio probatissima et Deo optimo maximo cumprimis accepta visa est, que de reformatione cleri, tollendis heresibus et singulis quibusque ecclesiis pastore destitutis suis prelatis pro re et loco preficiendis iisdemque in sacris ordinibus instituendis, ut rectius quisque ac prout deceret, officio suo vacaret, sanctissime sint conclusa.[2] Cum autem parum constitutiones ille profuture sint, nis

[1] In originali hic conspicitur deletum verbum: regni.

[2] Cfr. Art. V—XIII. comitiorum anni 1548.

ad exitum perducantur, etsi Maiestas Vestra diligenter hactenus in id incubuit, ut in ecclesiis pastores vacantibus antistites suos quemque in suo ordine constitueret; facere tamen non possum pro mei officii ratione, quin Maiestati Vestre in mentem reducam ex prelatis ecclesiarum potiorum, episcopos presertim, neminem esse sacris initiatum preter dominum Jaurinensem, reliquos nec abacolythos quidem esse, atque ideo Maiestas Vestra dignetur iubere omnibus, qui ecclesiis preesse volunt, ut sacris initientur et sacerdotes sint. Quamvis enim nonnulli ex eis magistratibus aliquibus fungantur apud Vestram Maiestatem, haud tamen convenit propterea eos omnino laicos esse, cum omnino episcopatus possideant.

Preterea, cum beneficiorum desertorum bona ac proventus ad scolas erigendas sint per Vestram Maiestatem deputati, ego vero statutum habeam doctum quendam virum conducere, qui hic bonas litteras doceat; dignetur Maiestas Vestra bona fratrum Carthusiensium de Lapide reffugii (!), in partibus superioribus existentium, quorum fratrum monasterium iam dudum destructum est et per Lewchovienses cives bona ipsa possidentur, ad conductionem stipendiumque huius, qui non mediocribus sumptibus conducendus et alendus erit, applicare et convertere, deque ea re litteras ad me mittere, nam sine hoc vel alio huiusmodi subsidio Vestre Maiestatis id per me prestare non possum sumptibus alioqui gravissimis oneratus. Servet etc.

Posonii, die 27. Martii anno 1549. *Locumtenens etc.*

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 67—68.

134.

Léka, 1549 márczius 28.

Perneszit (Pernezyth) levele Nádasdy Tamáshoz a borsmonostori apátság javairól.

Commissarii infecto negotio abierunt. Fuit inter eos controversia de bonis istius abbatie, nostri allegantes illa pertinere ad ditionem Hungarie, illi aliter etc. Nos vero cum domino Beyczy non fuimus bene parati ad respondendum, quoniam non habuimus speciale mandatum a vestra magnificentia, sed et commissarii Hungarici habuerunt saltem litteras generales, que complectebantur castrum Kevszeg cum civitate et certos nobiles vicinos, ceterum de dominis nulla mentio et eo pretextu responsionem ad allegationes

facere noluimus, simulantes tamen nos habere speciale mandatum, cum nullum haberemus, sed in omnibus usi sumus consilio domini Merey, de hiis rebus copiosius scripsit dominus Beyczy... etc.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek *P. 2.)* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

135.

Gyulafehérvár, 1549 márczius 31.

Az erdélyi káptalan (töredékes) szabályzata.

In nomine Domini. Amen. Die ultima Martii 1549.

Constitutiones venerabilis capituli ecclesiae Albensis Transsylvane, in eum certum finem, quantum mea mihi suppeditat memoria,[1] fuerunt ordinate, quo per eas politia quedam conservarentur concordie et unitatis. Unde vel etiam voces in consultandis quibusque ad capitulum spectantibus negotiis, quando in consistorium convenerint domini canonici, secundum senii et dignitatis reverentiam, modestissime, et quantum fieri poterit per Deum dominum, prudentissime precipiuntur edende. Rixe autem et cavillationes, detractiones, obprobria, iurgia, vituperia, factiones et denique omnia, que tendunt ad rumpendam charitatem, penitus vetantur, sub pena aut exclusionis, aut privationis certorum proventuum ad tempus, iuxta sanioris partis arbitrium, ut quos Dei, honestatis et unitatis timor ab indiscretione non revocat, constitutionis saltem coerceat severitas, sic tamen, ut iudicium (quando aliter fieri nequit, quod tamen cavendum est maxime) reverendissimi domini prelati, aut vicarii eius non excludatur. Porro prima semper cura erit, quo omnibus, forte in consistorio et inter solos fratres, emergentibus casibus, evitandum scandalum, adhibeatur bina vel trina vice, modestia et mansuetudo fraterna, quam benignissimus quisque prelatus, aut eius vicarius non denegabit, certum est, secus autem, si aliquid offendiculi contigerit in publico, maxime in templo et choro, sive per verba, sive (quod absit) per verbera, que graviori digna semper fuerint animadversione etc.

Antequam autem veniamus ad constitutiones divisionum

[1] Id verosimiliter ad Michaelem Csáky cancellarium potest referri, cum scriptura anonymae notae manum eius prodat.

capitularium proventuum, propter quos ut plurimi graviores oriuntur dissensiones, multum per omnem modum scire retulerit, qui canonici presentes et absentes censeantur.

Canonici, qui sunt presbiteri, diaconi et subdiaconi, sive Albe continuo manentes, tam sani, quam infirmi, sive in negotiis capitularibus extra capitulum agentes, sive etiam de voluntate et licentia reverendissimi domini prelati et capituli operam dantes in gimnasiis bonis litteris, sive denique servientes in curiis aut regie Maiestatis,[1] aut reverendissimi domini prelati, possunt namque et regia Maiestas duos et reverendissimus dominus prelatus[2]...

Hátlapján: Reverendis et venerabilibus dominis capituli ecclesie Albensis Transsylvane dentur.

Eredeti, csonka, az *Erdélyi Nemzeti Múzeumi Levéltár* gróf Kemény ózsef gyüjteményében.

Közli: VERESS ENDRE.

136.

1549 márczius.

Melanchton Fülöpnek a selmeczi tanácshoz küldött levele, melyben ajánlja, hogy Stöckel Lénárdot válasszák meg pásztoruknak.

Exemplum litterarum Philippi Melanth. per dominum Marcum senatui Schemniciensi missarum in negotio ecclesie.

S. Honestissimi viri. Non dubium est primam in gubernatione vite humane curam esse oportere, ut Deo constituatur ecclesia et presit, qui vocem evangelii sonet incorruptam, ut vera Dei agnitio in genere humano luceat. Quare magna virtus est et Deo grata, quod ecclesiam recte doceri curatis et pastorem fidelem queritis. Ac filium Dei, dominum nostrum Jesum Christum, sedentem ad dexteram eterni Patris, ut inter cetera dona det hominibus etiam pastores salutares, vobiscum oro, ut vestram ecclesiam etiam gubernet et salutarem pastorem ei preficiat. Intelligetis autem ex domino Marco, cuius prudentiam et fidem probari vobis non dubito, mediocrem [?] in hoc negotio diligentiam meam fuisse. Primum hortator fui Nicolao ministro evan-

[1] Intelligitur Joannes II. iuvenis rex, cuius cancellarius Michael Csáky erat.

[2] Desinit originale lineis extremis paginae secundae; cum vero titulus eiusdem in quarta folii pagina habeatur, verosimiliter integrum folium desideratur.

gelii in urbe Lypsia, ut ad vos proficisceretur, sed excusavit se, ut ex eius litteris intelligetis. Et qui sunt in academiis, difficulter inde avelli possunt. Postea suasi, ut vocaretur vir integerrimus Andreas Styrius, quem ego quidem maxime idoneum esse ad hanc gubernationem iudicabam propter etatem, prudentiam et in omni actione moderationem. Sed excusat se hic quoque. Audivit dominus Marcus et hic tres viros doctos, sed etatem maiorem desiderabat. Mentionem etiam feci viri prestanti eruditione et virtute doctoris Erhardi Sneppii, de quo, que deliberatio nostra fuerit, exponet dominus Marcus. Hec eo recitavi, ut diligentie testimonium et ego domino Marco tribuerem. Habetis in vicinia virum doctum, pium et prudentem Leonardum Stökel. Quem ego certe ad gubernationem frequentioris ecclesie idoneum esse iudico. Oro autem Deum, ut et protegat vos et colligat sibi eternam ecclesiam inter vos et faciat, ne puri fontes sane doctrine mutentur, nec turbetur vestra invocatio. Vitenberge.

Körmöcz városa levéltára: Formularbucch 1562. — Kiírta: Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

137.

Prága, 1549 április 3.

I. Ferdinánd király a magyar udvari kamarának megparancsolja, hogy a nagyszombati apáczák kiváltságai épségben maradjanak.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris reverendo, venerabili et egregiis Francisco Thwrzo de Bethlennfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Blasio litterato de Varadino Petri preposito Scepusiensi, magistro, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis necnon dicatoribus et exactoribus presentis contributionis per fideles regnicolas nostros nobis oblate presentes visuris salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis religiosarum virginum sanctimonialium claustri beate Marie virginis in civitate nostra Thirnaviensi fundati, quod licet ipse virgines habeant certa privilegia a divis quondam Hungarie regibus, nostris predecessoribus ipsis data, per nos quoque gratiose confirmata, quibus mediantibus coloni ipsarum exponentium ubilibet habiti ab omni genere tributorum et collectarum regiarum penitus exempti et supportati essent, tamen vos hanc prerogativam et libertatem per antecessores nostros

reges concessam et per nos etiam confirmatam colonis ipsarum dominarum sanctimonialium non observaretis in derogamen iurium ipsarum non mediocre, supplicantes nobis humiliter, ut ipsis superinde gratiose providere dignaremur. Quarum nos humili supplicatione accepta, volentes ecclesias Dei et etiam ipsas dominas sanctimoniales in antiquis earum libertatibus et iuribus conservare et per vos etiam conservari facere, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus colonos prefatarum virginum ubicumque commorantes et existentes in dictis eorum iuribus et libertatibus conservare neque eos ad solutionem quarumcumque taxarum, collectarum et censuum ad cameram nostram regiam provenire debentium compellere aut colonos earum propterea in personis rebusque et bonis ipsorum quovis modo impedire, turbare aut damnificare presumatis, sed eos in prescriptis iuribus et libertatibus per nos etiam, ut premissum est, confirmatis omnino conservare debeatis et teneamini, aliud non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, tertio Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis mp.

Eredetije papiron, alul a királynak papirral fedett vörösviasz pecsétjével, *Országos Levéltár:* Monial. Tyrnavien. fasc. 1. Nr. 31.

Közli: Iványi Béla.

138.

Zólyom, 1549 április 4.

Witt János egy kis időre segítségül küldi prédikátorát Selmeczbányára. Figyelmezteti a tanácsot, hogy ne adjanak neki bort.

Mein gantzwilligen dinst bevor. Namhaffter, weÿser herr Richter! Hie bey valten Statdmer sende ich den prediger hinüber auff ein klaine zeit das volck helfen zu versehen. Bit derhalben Eur H(erschaft) wolde inn mit wein nit uberladen, dan er auch ein mensch und geprechlich, ist im selbst feindt. Wan er ein trunck hatt, Eur H. wirt sich wol wyssen kegem im zu holten... In reliquis de debitis suis agit. — Datum Altsol, den 4. Aprilis 1549.

Eur N. W. Herr

W. Johannes Witt.

Kívül: Dem ersamen, namhafften, weisen Hern Hans Farch Richter der Stat Schemnitz.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában,* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

139.

Pozsony, 1549 április 5.

A helytartótanács Szakolczával együtt kéri a királyt, hogy az ott lakó, eladósodott és nagy kamattal terhelt polgárokon és nemeseken segítsen és tiltsa meg, hogy a zsidók Szakolczába bemehessenek és a polgárokkal kereskedést folytassanak.

Sacratissime Rex etc. Vadunt ad Vestram Sacratissimam Maiestatem hi nuntii civitatis Zakolcza supplicatum in negotio usurarum, quibus impliciti sunt et in dies atteruntur tam cives, quam nobiles in eadem civitate nunc commorantes. Intelliget autem ex ipsis internuntiis Maiestas Vestra et ex eorum supplicatione, quomodo in negotio prioris relaxationis per Maiestatem Vestram illis benigne de medietate usurarum huiusmodi facte domini Moravi, in quorum bonis Judei morantur, ad Maiestatem Vestram rem omnem reiecerint. Cum igitur iustum esse videatur, ut civitas illa per hec tempora calamitosa istiusmodi fenoribus afflicta et oppressa respiret aliquando: Maiestas Vestra supplicationem ipsorum civium dignetur clementer exaudire, et quod cives ipsi inprimis cupiunt, prohibere, ne imposterum Judei oppidum ipsum ingredi vel ullum cum civibus possint habere commercium; si[c] enim facilius feneratio poterit evitari. Servet etc. Posonii, die 5. Aprilis 1549.[1] *Locumtenens etc.*

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 75—76.

140.

Prága, 1549 április 6.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a pozsonyi káptalannak a Serédy Gáspár s mások javainak megvizsgálásáért járó illetéket szolgáltassa ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverende, venerabilis devote ac egregii fideles dilecti. Cum

[1] Cfr. Art. LXVIII. comitiorum anni 1548.

r. venerabiles devoti nobis dilecti N. capitulum ecclesie Posoniensis in inquisitione, tam de Caspari Seredy, quam aliorum quorundam bonis facta, unum aut alterum ex eorum medio, tum etiam notarium et scribam ordinaverint et propriis impensis aluerint, quam vero inquisitionem sic per eos factam ad manus nostras transmiserunt. Volumus itaque ac committimus vobis harum serie firmiter et omni serio, ut memorato capitulo Posoniensi de expensis in huiusmodi negotio factis, posita prius cum ipso debita ratione iuxta antiquam regni istius nostri consuetudinem ex proventibus camere nostre vestre administrationis omni mora vel excusatione remota quam primum satisfaciatis, nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in arce nostra regia Prage, sexta die mensis Aprilis, anno etc. quadragesimo nono, regnorum nostrorum Romani decimo nono, aliorum vero vigesimo tertio.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini
regis proprium
Phylippus Breyner mp.
Melchior von Hoberckh
per manu propria
Bta Dunant mp.

Kívül: Reverendo, venerabili devoto ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel, *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1549. ápr. 6.

Közli: Iványi Béla.

141.

Selmeczbánya, 1549 április 22.

A selmeczbányai tanács kéri Melanchton Fülöpöt, hogy tárgyaljon még egyszer vagy Herkó Miklóssal, vagy Schnepf Erharddal a selmeczbányai plébánia elfogadása végett, vagy legalább egy harmadikat birjon rá.

Dem Achtbaren und Hochgelehrten Herrn Philipp Melanchton und unserm sondergünstigen lieben Herrn und Patron zu antworten Wittenberg.

Unsern freundlichen gruss zuvor, mit wüntschung alles guten, wann es E. E. von Gott den allmächtigen unsern Heiland, an leib und seel, auch sonst allenthalben glückseliglich und wohl

erginge, dass gonneten wir E. E. herzlich und treulich, — Hochgelehrter, Ehrwürdiger Sondergünstiger lieber Herr und Patron, was belangend die ausrichtung unseres gesandten wegen eines Predigers, pey E. E. in Sachsen geschehen, achten wir von unnot, dieweil dieselb E. E. vormals wohl bewust, widerumb zu erzählen. Seintmal aber E. E. uns als denen, die wir das wort Gottes zu unsern seelenheil begierig und geneigt, durch unsern gesandten, Herrn Markusn ein trostliche hoffnung gemacht, seient wir noch zu E. E. als zu unsern Sondergünstigen lieben Herrn und Patron der gänzlichen zuversicht, E. E. werde sich der müe nitt beschweren, damit das gottlich Wort zu der ehren Gottes und unser seelenheil, bey uns gepredigt und erhalten werden möcht, noch mit dem Herrn Nicolaus Herkho, wo derselb solch gottlich vocation abschlagen wolt, mit dem achtbaren Hern doctor Erhardo Schnepf handeln, auf dass aus ihnen einer mit E. E. treuen hilf zu solchen göttlichen amt zuwegen gebracht werden möcht. Wofern aber deren keiner solch göttliches werk, des wir uns aber nitt versehen, annehmen wollt, ist an E. E. unser hoches und emsiges bitten, dieselb wölle sich von unsernt wegen dahin befleissen, damit ja ein solcher, der diesen zweien einem in der lehre, und einem gottfürchtigen leben gleich wäre, — auch derselbe, wo vonnöten, dass wir armen leut von wegen des Evangelii angefochten würden, dasselbe treulichen beschützen und beschirmen kundt, zuwegen bracht werden möcht. Das wollen wir wiederumb E. E., der wir uns viel zu thuen schuldig erkennen, in allen soviel uns möglich und menschlich seyn will, auf dass treulichts verdienen. Thuen hiemit E. E. Gott dem almächtigen in seinen gnädigen und vaterlichen schutz empfählen, welcher wir jetzo in eil ein gar kleine verährung [2] schicken thuen, bittend E. E. wölle dieselb sammt dem guten und geneigten willen, so wir gegen E. E. tragen freundlichen annehmen. Dass erbietend in kurzer Zeit, wofern Gott der allmächtige seyn göttlichen gnad verleien würdt, bey E. E. mit einer grösseren zu erscheinen. Datum Schemnitz, den 22-ten April Anno 1549.

Richter und Rath sammt der ganzen gemeint
der stadt Schemnitz.

Nyomtatásban kiadva: *Breznyik János:* «A selmeczi ág. hitv. evang. egyház és lyceum tört.« Első füzet, 83—84.

Közli: Karácsonyi János.

[1] Qui fuit studiosus in universitate Wittenbergensi.
[2] Donum quoddam parvum.

142.

Gyulafehérvár, 1549 április 24.

Izabella királyné a gyulafehérvári káptalan rég tapasztalt hűségét és jeles szolgálatait megjutalmazni akarván, Nagylak nevű alsófehérmegyei község egész fele részét, mely Koppán felől fekszik, örök időkre neki adományozza. Datum Albe Julie in festo b. Georg. mart. anno Mo Do quadragesimo nono.

Isabella regina fidelitatem et praeclara servitia capituli Albensis Transsilvaniensis ab antiquo praestita remuneratura, totam medietatem possessionis Nagylak vocatae in comitatu Albensi inferiori versus possessionem Koppán sitae eidem in perpetuum donat. Datum Albe Julie, in festo beati Georgii martyris anno Mo Do quadragesimo nono.

Beke Antal: A gyulafehérvári káptalani levéltárnak czímjegyzéke, 186, 880. sorszám.

143.

Pozsony, 1549 április 26.

János mester, győri kanonok és mosonyi főesperes vallja, hogy a szigeti és öttevényi birtokoknak csupán őt illető évi tizedét, a plébánosokat illető 16-od résznek kivételével, Hédervāry Lőrincznek és Györgynek tizenkét magyar forintért eladta.

Quod venerabilis magister Joannes canonicus Jauriensis et archidiaconus Mosoniensis coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere est confessus et retulit eo modo: quomodo ipse totalem et integram decimam suam de possessionibus Sygeth et Ewtthewen vocatis, in comitatu Jauriensi[1] existentibus habitis, sibi annuatim provenire debentem, ipsum solum proprie et precise concernentem, dempta sedecima parte talis decime plebanis et parochis de iure cedere debente et persolvi solita, ad annum solum presentem, videlicet millesimum quingentesimum quadragesimum nonum egregiis Laurentio et Georgio de Hederwara pro duodecim florenis hungaricalibus plene ab eisdem levatis et perceptis dedisset, vendidisset et arendasset, imo dedit, vendidit et arendavit, plenam et omnimodam huiusmodi decime sue exigendi et percipiendi potestatem eisdem conferendo. Datum feria sexta proxima post festum beati Georgii martyris, anno Domini 1549.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 88.

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Deletum: Mosoniensi.

144.

Pozsony, 1549 április 28.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó kéri a királyt, hogy az egri vár és püspökség visszabocsátása alkalmával kikötött nádudvari tizedet Varkocs Tamásnak engedélyezze.

Sacratissime Rex etc. Inter ceteras conditiones, quibus anno superiori arx Agriensis cum episcopatu est de manibus Thome Warkoc eliberata, recordari potest Maiestas Vestra, decimam cuiusdam oppidi Nadwdwar ad aliquos paucos annos illi fuisse concessam. Is nunc ad me misit petens, ut quando meis monitis magna ex parte adductus est, ut Maiestati Vestre obedientem se exhiberet et arcem cum episcopatu restitueret, partes meas interponam apud Vestram Maiestatem, quo decima sibi iam concessa permittatur. Cum igitur tum, cum pro restituenda ex arce et episcopatu apud illum ageretur, operam et studium meum illi obtulerim in reliquum tempus, dummodo mandatis studeret ipse obtemperare Vestre Maiestatis, facere non potui, quin paucis hac de re scriberem ad Vestram Maiestatem, cum presertim ignorem, num in negotio predicte decime alia aliqua deliberatio facta sit post illud tempus a Vestra Maiestate. Que ipsa pro sua summa prudentia intelligit, quid in hoc negotio faciendum sit. Servet etc. Posonii, 28. die Aprilis anno Domini 1549.

Strigoniensis.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 87.

145.

Pozsony, 1549 május 19.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó többek kérésére Zábordy Mátyás zágrábi kanonokot a knini püspökségre ajánlja.

Sacratissime Rex etc. Petierunt a me nonnulli domini fideles Vestre Maiestatis, ut in commendationem canonici ecclesie Zagrabiensis, Mathie Zabordy nomine ad Vestram Maiestatem scriberem. Cumque eundem canonicum probitate et doctrina ea esse affirment, ut commendatione dignus esse videatur, quippe qui etiam concionare publice non sine laude soleat, negare ipsis dominis commendationem hanc brevem non potui, et quoniam episcopatum Tininiensem, qui est in Sclavonia, pauci videntur ambire,

Maiestas Vestra dignetur episcopatum ipsum[1] huic docto viro et reverendissimo domino cancellario bene noto clementer conferre, ut et is fructum sentiat virtutum suarum et ecclesia illa diutius non careat pastore. Servet etc. Posonii, 19. die Maii 1549.

Strigoniensis etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 102.

146.

Boroszló, 1549 május 24.

Moiban Ambrus igéri a selmeczbányai tanácsnak, hogy a papkeresésben továbbra is segítségükre lesz.

Gnad und Fride von Got unsern Hern und Vater durch Jesum Christum unsern Erloser. Amen.

Ersame, namhafftige, grossgunstige Hern. Isch habe E. Namhafftickeit schreibens inhalt verstanden und dieweil E. N. Kirchen versorgung nach (!) nit verkommen ist und in leistung steht. Got werde die seine nit verlassen. Hab ich dem herrn Philippo E. N. Schreiben zugefertiget, versehe mich genczlich, er werde ein antwort geben, wo ruf zu ke rhuen sei und wie es eine gestalt hate mit hern Nicolao Herko und mit dem hern doctor Erhardo Schnepf als den Wirt get weiter seinen willen anczeigen und ich den selbige E. N. weiter nit verhalden wil. Es weiss gar ich wolde gern als ein armer diener einen iglichen in dieser hohen sachen dinen, ich zweifel doch nit Got worts zum besten schaffen und Gnade darzu verleyhen. Ich bedanke mich auch kegen E. N. der verehrung halben, ob es nun unverdint ist, so wil ich mit allen Fleis nit underlassen einen Ers. Stadt und Gemeinen Stad allezeit in allem dem, si mir müglich, auss Chrislichen Hertzen dyenen. Got verleyhe gnad. Amen. Bresla, 24. May. Anno 49.

Euer Namhafftickeit

Ganczvilliger dyner

Ambrosius Moibanus.

Kívül: Den ersamen, namhafftigen Hern Richter und Radtmanner der Stadt Schemnicz.

Eredetije Selmecbánya levéltárában, XVI. század, vallásügyi levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

[1] Ante «clementer» repetitur «episcopatum ipsum».

147.

Pozsony 1549 május 25.

A helytartótanács értesíti a királyt, hogy a győri püspök olaszországi tanítót fogadott, akivel taníttatja az ifjúságot, de költséggel nem sokáig birja, és kéri, hogy az elpusztúlt zirczi apátság birtokait a pozsonyi végzés szerint engedje neki erre a célra.

Sacratissime Rex etc. Non ignorat Maiestas Vestra Sacratissima, cuiusmodi deliberatio facta fuerit inter alias in proximo conventu Posoniensi de bonis et proventibus ecclesiasticorum, vel claustrorum desertorum ad erigendas scolas doctosque viros alendos applicandis.[1] Cum igitur his diebus intelligamus virum ex Italia doctum Jaurinum conductum esse per dominum Jauriensem, qui pueros adolescentesque bonas litteras docere iam inceperit, adeo, ut magna discentium multitudo eo confluxerit confluatque in dies: videatur autem diutius dominus Jauriensis sumptus hos ad scolam necessarios sustinere non posse, nisi aliunde adiuvetur: propterea exigua bona et proventus abbatie de Czÿrcz, que omnino desolata est caretque et ecclesia et claustro et pastore, nam claustrum iam pridem solo equatum est per Podmanÿczkÿ, in hunc usum domino Jauriensi per Maistatem Vestram applicanda esse arbitraremur. Quod quidem si Maiestas Vestra fecerit, bona proventusque predictos eliberabit de manibus laicis et numerum discentium augebit in dies in loco predicto et hoc exemplo aliunde quoque doctos viros in has partes alliciet. Que res quantopere sit necessaria, Maiestas Vestra non ignorat. Servet etc. Posonii, die 25. Maii 1549.

Numero:

Strigoniensis, Revay, Nitriensis,
Vaciensis, Sybrik, Isthwanffy.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 102—103.

[1] V. Artt. VI. et VIII. comitiorum Posoniensium anni 1548.

148.

Nagyszeben, 1549 május 29.

A nagyszebeniek a beszterczeiekhez fordúlnak felvilágosításért egyes kérdésekről, amelyekre Fráter György helytartó sürgetése folytán felelniök kell.

Prudentes et circumspecti domini et amici honorandi. Salutem et amicitie nostre commendationem. Noverint Dominationes Vestre, quod statim post congregationem dominorum Saxonum hic ad dominicam Jubilate proxime preteritam[1] celebratam reverendissimus dominus locumtenens medio venerabilis domini Francisci doctoris et vicarii Albensis quedam universitati Saxonum nuntiavit ac expetit a nobis quedam, quippe quibus postulatis eiusdem nos morem gerere aut responsum dare non potuimus nec de presenti possumus sine voluntate ac assensu Dominationum Vestrarum... Cibinii, in vigilia Ascensionis Domini, anno eiusdem 1549.

Magister civium, iudices et iurati consules civitatis Cibiniensis.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici et iuratis civibus civitatis Bistriciensis, dominis et amicis honorandis.

Eredeti papiron írt levél, vörösviasz pecséttel, *Besztercze város levéltárában.*

Közli: Karácsonyi János.

149.

Pozsony, 1549 május 31.

A helytartótanács értesíti a királyt, hogy Perényi Gábort és szolgáit az egri vár átadása alkalmával tett egyezség ellenére pörbe hivták, és az ország törvényei szerint csak pörhalasztással lehet rajtuk könnyíteni, mert a pör megszüntetését az egyezség értelmében az ország törvényei tiltják.

Sacratissime Rex etc. Cum superiori anno de recipienda arce Agriensi ad manus Vestre Maiestatis tractatum esset, recordari Eadem potest inter alias conditiones,[2] quibus adductus est Thomas Warkocz prefectus eius arcis, ut Maiestati Vestre arcem traderet. Illud quoque a Vestra Maiestate concessum ei fuisse, ne quisquam

[1] 1549 május 12.

[2] Cfr. Nicolaus Schmitt: Episcopi Agrienses, II. 364—371. — Conditionum una occurrit in litteris dd. 28. Aprilis. Cfr. supra nro. 144., pag. 161.

cum Gabriele Pereny, qui tenerioris esse ferebatur etatis, usque ad vigesimum quartum annum etatis ipsius ingredi litem posset, utque tum ipse, tum servitores ipsius suique genitoris defuncti de omnibus excessibus, quos in eum diem quovis pacto admisissent, gratiam haberent, factum est prudenti Maiestatis Vestre consilio et nostra quoque persuasione, ut quas ille peteret conditiones, impetraret, ne ad arcis illius deveniretur oppugnationem, ubi multum utrinque sanguinis christiani effundi necesse esse videbatur, et ne arx tormentis disiecta vicinis hostibus pateret facilius. Sic autem Maiestas Vestra intelligat, (id quod forte antea quoque non ignoravit), concessionem istam domino Pereny factam et gratiam servitoribus datam decreto huius regni plane esse contrariam, ac proinde cum utrique in ius nunc vocati fuissent et hi se hoc nomine ab actione defendere voluissent, nullum plane locum in sede iudiciaria Vestre Maiestatis neque concessioni illi datum esse.

Nos autem tum causa dignitatis estimationisque Vestre Maiestatis, tum vero, quod hi omnino imparati ad iudicium venerant, litteris freti Vestre Maiestatis, quas super concessione et gratia superiori anno acceperant, ad instatiam procuratorum eorundem Pereny et servitorum suorum petitionem,[1] ut tantummodo in proxime futurum terminum iudiciorum cause contra eos mote transferantur, (ad illum enim terminum respondere contenti forent neque amplius litteris Vestre Maiestatis prorogatoriis aut gratia uti vellent), effecimus licet graviter cum eorum adversariis, ut inceptas lites in proximum terminum iudiciorum transferri passi sint. Quare cum dictus Pereny servitoresque sui ad Vestram Maiestatem confugere velle dicant, Eandem oblationis, litterarumque, quas habent,[2] coram Vestra Maistate commonefacturi, Maiestas Vestra poterit eis respondere, quod ab decreto regni Maiestati Vestre discedere non liceat et ipsimet iam in[3] id consenserint, ut proximo termino respondere in iudicio et amplius prorogatoriis litteris non uti contenti sint. Servet etc. Posonii, ultima die Maii 1549.

Numero:
Strigoniensis, Nitriensis, Vaciensis,
Sybryk, Isthwanffy etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 105—106.

[1] In manuscripto deest.
[2] Deletum «ipsi».
[3] In manuscripto deest.

150.

Pozsony, 1549 május 31.

A helytartótanács értesíti a királyt, hogy a nagyszombati biró nála panaszt akar emelni Zyzol János nagyszombati kapitány ellen, és elmondja, hogy Zyzol meggyónta vétkét és feloldozást nyert babonás tévelygése alól. Családját is feloldoztatta az érseki helytartó által és meghagyta a városnak, hogy a megtévelyedett családot fogadják vissza társaságukba és semmi bántódással ne illessék. Ez intézkedése ellen akar a biró gyülöletből a királynál jelentést tenni.

Sacratissime Rex etc. Allatum ad nos est, iudicem civitatis Thyrnaviensis ante aliquot dies profectum esse ad Vestram Maiestatem, ut inter cetera adversus providum Joannem Zyzol civem et alias capitaneum Thyrnaviensem Maiestati Vestre deferat querelam. Cum autem constet iudicem prefatum odio potius, quam ulla certa ratione duci contra prefatum concivem suum, Maiestatem Vestram paucis de re tota certiorem facere voluimus, ut calumniam agnoscat et iudici Thyrnaviensi quid respondendum fuerit in hac causa, intelligat.

A[c]cusatus fuerat prefatus Joannes Zyzol a nonnullis Thyrnaviensibus, quod ipse cum uxore opera quarundam veneficarum seu incantatricum mulierum usus esset in re turpi, qui, cum insimulatum se huius concivis audivisset, ultro huc venit et mihi locumtenenti, velut prelato suo supplicavit, confitendi copia daretur, cumque post confessionem veniam et sibi et suis peteret imposterumque ab huiusmodi superstitione penitus alienum fore se affirmaret, superstitionis crimen, quod nemini prorsus nocuisset, est ei condonatum, uti divino precepto fieri necesse erat; sic etenim iubere celesti mandato et ab sancta Romana ecclesia constitutum esse Maiestas Vestra non ignorat, ut qui per ignorationem vel alia quacunque ratione in hereseos crimen incidunt, si resipiscant et ad gremium ecclesie penitentes confugiant, ab omni errore absolvantur. Ut autem uxor quoque et omnis eius familia hac labe infecta post confessionem veramque contritionem absolveretur, vicario Strigoniensi, qui nunc et ipse Thyrnavie est, a me locumtenente est iniunctum atque ita, ut in commercium ceterorum civium idem Joannes Zyzol reciperetur, neque ob hoc facinus iniuriam, vel molestiam a quoque patiatur, civitati Thyrnaviensium fuit mandatum, prout ratio et res postulabat. Id egre ferens iudex cum nonnullis illi infensis ad Maiestatem Vestram, ut audimus, hac de re expostulatum venit. Maiestas Vestra re omni

intellecta, quid iudici et civitati illi respondere debeat, pro sua summa prudentia facile deliberabit.

Servet etc. Die ultimo Maii 1549.

Numero :

Strigoniensis, Jauriensis, Nittriensis, Vaciensis, Sybryk, Isthvanffy.

R. Kiss I. : A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 106—107.

151.

Prága, 1549 junius 5.

I. Ferdinánd király helyesli a magyar udvari kamara eljárását, hogy a nagyszombati apáczák ügyében, mielőtt intézkedett volna, neki jelentést tett, s meghagyja, hogy a szűkölködő apáczáktól, kiknek ő még a pozsonyi országgyűlés előtt adómentességet igért, adót ne vegyen.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Accepimus binas litteras vestras decima quinta ac ultima die nuper elapsi mensis Aprilis ad nos scriptas, quibus partim prioribus nostris respondent, partim etiam nos in aliis quibusdam necessariis admonent.

Quod itaque inprimis ad commissionem monialium Tyrnaviensium per cancellarium nostrum Hungaricum expeditum attinet, diligentiam vestram et sedulitatem, quam ea in re prestitistis, et quod nos, priusquam quicquam statueretis, certiores reddidistis, clementer percepimus et probamus, atque ut idem in posterum etiam faciatis, iubemus et volumus. Verum recordamur, nos ante conventum Posoniensem predictis monialibus eam ipsam gratiam exemptionis a contributione propter inopiam et summam paupertatem ipsarum fecisse. Quod id ipsum cum ita se habeat, volumus et committimus vobis, ut cum amplius ab eisdem ea de causa requisiti fueritis, ipsis... contributionem debitam remittatis..

Datum in arce nostra regia Prage quinta die mensis Junii anno etc. quadragesimo nono, regnorum nostrorum Romani decimo nono, aliorum vero vigesimo tertio.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium

Philipp Breyner, Melcher von Hoberkh, S. Sigmar.

Orsz. Levéltár: Benignae resolutiones, II. kötet, 70. — Közölte *Fabritius, Történelmi Tár*, 1881. évf., 250.

152.

Pozsony, 1549 junius 6.

Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó előtt Serédy Gáspár, a felső részek kapitánya, és Baragyanai György máriavölgyi pálos vikárius az összes magyarországi pálosok nevében a különböző birtokfoglalások és más elkövetett jogtalanságok tárgyában egyezséget kötnek.

Nos Franciscus de Rewa comes comitatus de Thwrocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens, memorie commendamus per presentes litteras nostras, quod magnificus dominus Gaspar de Sered partium regni superiorum capitaneus ab una, parte vero ab altera venerabilis et religiosus frater Georgius de Baragyana vicarius monasterii de Thall pro se ac reverendo et religiosis fratribus priore generali et toto conventu fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite in hoc regno degentibus cum procuratoriis litteris totius ipsius ordinis et conventus coram nobis personaliter constituti matura intra se deliberatione prehabita sponte et libere animoque bene deliberato confessi sunt et retulerunt in hunc modum, quod quamvis partes inter easdem ratione et pretextu demolitionis monasterii prefatorum fratrum heremitarum Thokay vocati necnon occupationis bonorum et iurium possessionariorum, tam ad idem monasterium Thokay, quam etiam alia monasteria eorundem fratrum heremitarum, videlicet Laad et prope castrum Regeecz pertinentium et item illationis dampnorum et aliarum quam plurimarum violentiarum et iniuriarum hiis disturbiorum annis per homines et servitores dicti domini Gaspari Seredi, ut prefati fratres heremite pretenderent, patratorum et commissorum nonnulle lites et contentionum materie mote fuissent et suscitate ac partes inter easdem diutius etiam in curia regia coram iudicibus regni huius ordinariis agitate, ordinatione tamen certorum proborum et nobilium virorum pacem partium ipsarum amantium, presertim vero nostra diligenti et sollicita admonitione ac persuasione partes eedem premissis litium processibus et contentionum omnium odiosis materiis sopitis et condescensis ad talem pacis et concordie devenissent unionem, prout sese devenisse retulerunt coram nobis tali modo: Quod primum omnium prefatus dominus Gaspar Seredy totalia monasteria Thokay in Zemplyniensi ac prope castrum Regeecz in Abawywariensi, necnon possesiones Ond et Golop ac allodia Horwaty et Thardos simul cum molendino in

fluvio Therma exstructo in eodem Zemplyniensi, item alterum molendinum trium rotarum super fluvio Hernad penes possesionem Wylman in dicto comitatu Abawywariensi, necnon vineas Aranyas, Nyivlas, Pynczefely, Kulczarzeleye, Changa, Jakab Andras et Meezes Maal vocatas in promontorio oppidi Thokay in dicto comitatu Zempliniensi habitas, simul cum cunctis eorundem monasteriorum ac possessionum, allodiorum, molendinorum et vinearum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, alia etiam universa bona et iura possessionaria, necnon vineas et generaliter omnia iura prefatorum fratrum heremitarum, si quas et que ultra prescripta idem dominus Gaspar Seredy penes se et sub ditione postestateque sua ubicunque haberet, memoratis fratribus heremitis et conventui eorundem prenominato ex nunc et de facto remisisset et restituisset, manusque suas et suorum omnium de eisdem excepisset, prout idem dominus Gaspar Seredy se remisisse et restituisse manusque suas et suorum de eisdem excepisse retulit coram nobis, preterea in responsionem damnorum et iniuriarum aliarumque violentiarum, per homines eiusdem domini Gaspari Seredy per hos disturbiorum annos dictis fratribus heremitis et eorum subditis qualitercunque et quandocunque illatorum ac insuper recompensam expensarum per ipsos fratres heremitas in prosequutione litium erogatarum paratis et numeratis in pecuniis eisdem fratribus heremitis idem dominus Gaspar florenos centum quinquaginta Hungaricales coram nobis numeravit atque manibus prefati fratris Georgii vicarii tradidit cum effectu, prefatus etiam frater Georgius vicarius suo et totius ordinis et conventus prescripti nomine et in persona iamfatum dominum Gasparum Seredy hominesque et servitores suos ac quoslibet ad eundem pertinentes, de et super universis damnis, iniuriis, violentiis et aliis quibusvis malorum generibus, quibus per hec disturbiorum tempora dicti fratres heremite et conventus totius ordinis ac quivis ad eosdem pertinens per prefatum dominum Gasparum Seredy hominesque et servitores eiusdem usquemodo qualitercunque et quandocunque affecti fuissent, quittos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, prout reddidit et commisit, coram nobis tali conditione atque obligaminis vinculo interposito, quod a modo deinceps dictus dominus Gaspar Seredy prefatos fratres heremitas in prescriptis bonis et iuribus eorum possessionariis usuque et possessione ac dominio eorundem et fratrum pertinentibus, nullo modo, nulla via nullisque exquisitis coloribus per se vel suos impediat, prescripta etiam bona et iura possessionaria simul cum omnibus suis

pertinentiis et utilitatibus quibuslibet intra festum Visitationis beatissime virginis Marie proxime venturum manibus eorundem fratrum heremitarum tradat, quod si secus faceret, extunc universe littere adiudicatoriales, sententionales, repulsionales et alie quelibet contra prefatum dominum Gasparum Seredy pro parte dictorum fratrum heremitarum emanate in suis pristinis vigoribus maneant, easque iidem fratres heremite in eodem statu, in quo nunc existunt, reassumere et servatis iuridicis processibus debite executioni demandari facere valeant atque possint. Ad que omnia premissa et quevis premissorum singula suo modo firmiter et inviolabiliter observanda prefatus dominus Gaspar Seredy personali sua astante, dictus etiam frater Georgius se personaliter, dictos vero priorem generalem et conventum totius ordinis prescripti virtute procuratoria prenotata obligaverunt et de facto obligatos reddiderunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Posonii feria quinta proxima ante festum sacri Penthecostes, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Lecta per me magistrum
Damianum prothonotarium.

Kívül: Concordia inter fratres heremitas et magnificum Gasparum Seredy.

Eredetije papiroson, alul papirral fedett vörös viaszba nyomott pecséttel, ***Országos Levéltár***, Acta Paulinorum, 431. csomó. — A pozsonyi káptalan által az 1553. évben készített átírata pedig megvan ugyanezen káptalan országos levéltárában: Protocollum 10., fol. 60.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

153.

Várad, 1549 junius 9.

Nágocsi Márton váradi gvardián Báthory András tárnokmesternek jelenti, hogy a báthori kolostor tatarozására elküldte a bognárokat, a kiket azonban három hónap elteltével visszavár.

Magnifice domine et patrone nostri ordinis observandissime, post servitiorum meorum orationumque commendationem.

Accepi litteras Vestre Magnificentie ex parte fratrum carpentariorum cum omni reverentia et honore. Qui quidem fratres carpentarii pro reformatione et reedificatione huius nostri cenobii quamvis essent valde necessarii, precipue autem ad contegendam ecclesiam nostram in tectura vetustate nimium dissipata, pro cuius

restauratione patrocinio cuiusdam excellentis viri disposuimus et iam in promptu habemus plus quam viginti millia scilindriorum; nihilominus tamen, quia cupio semper servire Vestre Magnificentie et secundum possibilitatem meam morem gerere, ecce ad postulationem eiusdem Vestre Magnificentie misi eosdem fratres carpentarios ad Bathoriensem conventum pro aliquanto tempore dimissa nostra ecclesia. Obsecro tamen Vestram Magnificentiam, uti saltem post tres ebdomadas completas velit et dignetur eosdem fratres remittere Varadinum ad opus eis incumbendum necessarioque perficiendum. In reliquo Eandem Vestram Magnificentiam pro profectu reipublice longo evo semper prospere et feliciter valituram ex corde opto atque divinam imploro maiestatem.

Ex Varadino nono die mensis Junii anno salutis 1549.

Eiusdem Vestre Magnificentie servulus et capellanus

Frater Martinus de Nagoch,
ordinis divi Francisci gwardianus conventus
Sancti Spiritus Varadiensis.

Külczíme: Magnifico domino Andree de Bathor comiti, tavernicorum regalium magistro et supremo regni Hungarie capitaneo, domino et patrono nostri ordinis observandissimo.

Eredeti, sajátkezű, féliven, a konventi pecsétnyomóval; az Erdélyi Nemzeti Múzeum levéltára, gróf Kemény József gyűjteményében. E levél íróját 1533 óta ismerjük, a mikor a Ferenczrendiek tartományi főnökévé választották, mely hivatalában 1542-ben negyedszer is megválasztották. — Bunyitay Vincze: A váradi püspökség története, II., 443. és 447.

Közli: Veress Endre.

154.

Pozsony, 1549 junius 10.

I. Ferdinánd király azon pert, mely egyrészről Perényi János, másrészről Báthory Anna, előbb Drágffy Gáspár, utóbb Drugeth Antal özvegye közt Drágffy György és Drágfty Magdolna gyámsága miatt folyt, október 18-ra halasztja el.

Ferdinandus litem inter Joannem de Peren et Annam Bathory primum Gasparis Dragffy, dein Anthonii Drugeth relictam ob tutoratum et educationem Georgii filii et Magdalenae sororis quondam Gaspari Dragffy exortam ad festum s. Lucae differt. Joannes de Peren ideo etiam postulavit tutoratum, quia coniux eius Sophia, soror carnalis quondam Gaspari Dragffy fuit.

Eredetije a *Perényi levéltár*-ban a *Nemzeti Múzeumban.*

Közli: Karácsonyi János.

155.

Prága, 1549 junius 12.

I. Ferdinánd király megparancsolja Sopron város tanácsának, hogy a lerombolt egyházak és kápolnák ügyében a helytartótanács elé küldje követeit és annak rendeletét teljesítse.

Ferdinandus... Hungarie... rex... Prudentes... Fideles... Commisimus per alias litteras nostras fidelibus nostris... locumtenenti aliisque consiliariis regiminis nostri Hungarici, ut vobiscum in negotiis destructarum ecclesiarum et capellarum atque etiam rerum et hereditatum earundem nostro nomine tractent. Quare... fidelitati vestre... committimus, ut ad illum diem, quem prefati locumtenens et alii consiliarii nostri vobis significaverint, certos de medio vestri ad eos mittere et nostram ab eis commissionem intelligere et postea id, quod iidem vobis commiserint, facere debeatis... Datum Prage, duodecimo die mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis mp.

Kívül: Prudentibus... magistro civium iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soproniensis.

Más kézből: Exhibite 12. die mensis Septembris anno 1549.

Eredetije *Sopron város levéltárában*: Lad. N. fasc. 1. nr. 24.

Közli: Karácsonyi János.

156.

Nyitra, 1549 junius 14.

A felsőelefánti pálosok perjele tiltakozik az ellen, hogy a Gyarmati Balassa Menyhérttől erőszakosan elvitetett család-boldogasszonyi harang Antal puskaműves által eladassék és az ürményiek által megvétessék.

Item feria sexta sequenti (festi sacri Penthecostes anni 1549.) religiosus frater Franciscus prior (fratrum) ordinis beati Pauli heremite in claustro in honorem beati Joannis Baptiste supra possessionem Felsew Lephant constructo degentium in suo ac totius ordinis fratrum heremitarum nominibus et personis coram nobis constitutus protestatus est: quod quoniam hiis annis proxime preteritis Melchior Balassa de Gyarmath quandam campanam

claustri eiusdem ordinis heremitarum in honorem beatissime Marie virginis exstructi Chalady Bodogazzon vocati, alias de Chalad violenter abduci fecisset et in quoddam ingenium fundi voluisset; interim vero super aliis metallis cives de possessione Ilmer a magistro Anthonio fusore bombardarum per concambium cum additione cuiusdam summe pecuniarum permutassent et in ecclesiam ipsorum collocassent: facta protestatione prohibuit Melchiorem Balassa a violenta abductione predicte campane, magistrum Anthonium a venditione et cives de Ilmer ab emptione quomodolibet facta vel fienda.

Nyitrai káptalani országos levéltár: Protocollum III. fol. 195.

157.

1549 junius 18.

Bergamói Ferenc Elio Antal pólai püspöknek. Miután egy évig egyházi szolgálatot teljesített Várday Pál esztergomi érsek mellett, ez őt kanonokká tette. Most arra kéri, eszközöljön ki számára Farnese Sándortól ajánló levelet az esztergomi érsekhez, valamelyik javadalomra, miután tudja, hogy az érsek szivesen járna kedvében a bibornoknak.

Franciscus Bergomensis Antonio Elio episcopo Polensi. Postquam unum annum servitium ecclesiasticum praestiterat penes Paulum de Várda archiepiscopum Strigoniensem, per hunc canonicus est nominatus. Nunc rogat eum, impetret sibi ab Alexandro Farnese litteras commendatorias pro quodam beneficio, cum noverit archiepiscopum cardinalis petito libenter deferre.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 48.

158.

Prága, 1549 junius 22.

I. Ferdinánd király beleegyezését adja ahhoz, hogy Zrínyi Miklós horvát-szlavon bán és a vránai perjelség kormányzója zágrábmegyei Hreznó várát Pernye Gáspárnak 1000 forintért elzálogosítsa.

Ferdinandus I. rex consentit, ut Nicolaus de Zrínio, Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae banus ac gubernator prioratus Auranae, arcem Hreznó Gasparo Pernye in florenis 1000 inscribat.

Orsz. Levéltár: Lib. Reg. II. kötet, 325.

Közli: Iványi Béla.

159.

Ztrecze, 1549 junius 22.

Révay Ferencz turóczi főispán és nádori helytartó meghagyja a pozsonyi káptalannak, hogy a Bornemissza Sebestyén és a nyúlszigeti apáczák közt a pozsonymegyei Petény birtok miatt folyó perben I. Ferdinánd királyt, mint Bornemissza perbeli szavatosát és védőjét idézze meg.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Posoniensis Franciscus de Rewa comes comitatus de Thurocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens, salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est nobis in persona egregii Sebastiani Bornemyzza de Pethen, quod cum ipse exponens in causa illa, que ratione et pretextu possessionis Pethen vocate in comitatu Posoniensi existentis, inter eundem exponentem et in causam attractum ab una, parte vero ab altera religiosas dominas sanctimoniales de Insula Leporum veluti actrices in curia regia mota est et vertitur, serenissimum principem et dominum, dominum Ferdinandum divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regem, semper augustum, infantem Hispaniarum, archiducem Austrie etc., dominum nostrum clementissimum suum habeat evictorem pariter et defensorem, in terminoque celebrationis iudiciorum festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti iure decretum sit, ut idem exponens Maiestatem suam penes se evocari facere debeat, ob hoc idem exponens Maiestatem suam iuxta iudiciariam inhibitionem nostram ad tuendum se in ipsa causa ad quintumdecimum diem penes se evocari facere vellet iure requirente, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus, quatemus presentes litteras nostras memorato domino nostro regi per vestrum testimonium fidedignum exhiberi et presentari faciatis, quod si Maiestas sua personaliter reperiri poterit, bene quidem, alioqui de domo habitationis sive solita eiusdem residentia in hoc regno Hungarie habita ammoneant suam Maiestatem, ut sua Maiestas decimo quinto die a die huiusmodi ammonitionis numerando, per directorem causarum suarum regalium coram nobis comparere debeat et teneatur, prefatum exponentem causa in premissa defensura, certificando nihilominus suam Maiestatem ibidem, quod sive sua Maiestas per directorem causarum suarum termino in prescripto coram nobis compareat prefatumque exponentem causa in premissa defendat sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod

dictaverit ordo iuris. Et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem, ut fuerit expediendum, terminum ad prescriptum nobis suo modo rescribatis. Datum in Ztrecze, sabbatho proximo post festum sacratissimi Corporis Christi, anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

(A csonka oklevélen a pozsonyi káptalan jelentéséből mindössze négy sor maradt ránk, melyből csak annyi állapítható meg, hogy a káptalan «Thomam presbiterum de Polostica beneficiatum huius ecclesie nostre Posoniensis» küldte ki a fenti idézés elvégzésére. Tamás junius 29-ikén a királyt a pozsonyi várban kereste is, de hiába, a király nem volt ott.)

Papiron, kívül rányomott pecsét helyével, *Országos Levéltár:* Acta Monial. Posoniens. fasc. 22. Nr. 21. és M. O. D. L. 1529. Közli: IVÁNYI BÉLA.

160.

Pozsony, 1549 junius 24.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó a váczi püspököt, a ki személyesen akarja kérni a püspökségéhez tartozó birtokok kiszabadítását, a király figyelmébe ajánlja és értesíti, hogy általa több köz- és magánügyben tesz jelentést.

Sacratissime Rex etc. Vadit ad Vestram Maiestatem is reverendissimus dominus episcopus Waciensis, ut pro eliberatione bonorum ad episcopatum suum pertinentium, que sine expresso mandato Vestre Maiestatis dominus generalis ei eliberare non posse respondit, quemadmodum coram latius Maiestas Vestra ex ipso domino episcopo cognoscet. Quamquam autem in consilio continuus et ad alia publica negotia, que occurrunt, ubique paratus idem dominus episcopus egre a me hinc dimissus est; cum tamen aliter sibi bona sua dimitti non posse viderentur, quam ut ipse adiret Vestram Maiestatem, dimittendum existimavi, ut confectis mature rebus suis liberiori animo vacare postmodum possit servitiis Vestre Maiestatis. Maiestas Vestra dignetur clementi responso illum celeriter expedire.

Nactus autem opportunitatem hanc volui et ipse de publicis[1] privatisque rebus Maiestati Vestre per eum nonnulla significare. Supplico eidem, dignetur illum in his quoque negotiis benigne audire et mihi clementer respondere. Servet etc. Posonii, die 24. Junii 1549. *Strigoniensis.*

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 121.

[1] Deletum: «negotiis».

161.

Pozsony, 1549 junius 24.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó jelenti a királynak, hogy bárha a váczi püspök birtokai ügyében oly határozatot nyert, hogy kihallgatásra mennie fölösleges, mégis különböző üzenetekkel küldi és azért kéri a királyt, hogy utasítsa a kamarát, hogy azt a pénzt, a melyet a kamarától fizetése terhére átvett, utiköltségnek számítsák fel, mert már nem magánügyben utazik.

Sacratissime Rex etc. Cum iam in procinctu itineris esset is dominus Waciensis, supervenerunt ei littere ex aula Vestre Maiestatis, quibus scribitur ad eum negotia, quorum gratia ipse ad Vestram Maiestatem hinc pergere proposuerat, iam esse expedita. Cum autem publicis privatisque de causis, quas ex ipso Maiestas Vestra coram intelliget, visa mihi fuerit illius profectio ad Vestram Maiestatem esse necessaria, hortatus sum eum nihilominus, ut pergat iter suum et mandata, que a me accepit, apud Vestram Maiestatem exsequatur. Maiestas Vestra dignetur committere litteris suis dominis camerariis, ut pecuniam, quam ipsi domino Waciensi in sortem salarii ad hoc iter dederant, in rationem viatici sumptus huius itineris illi ascribant, quando pro privatis rebus amplius eum venire minime oportuisset. Servet etc. Posonii, die 24. Junii 1549. *Strigoniensis.*

R. Kiss I. : A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 121—122.

162.

1549 junius 24.

Kivonat Trencsén vármegye adólajstromából.

Regestum secundi subsidii dice regie Maiestatis pro secundo termino, festi videlicet nativitatis divi Joannis Baptiste in comitatu Trinchiniensi anno 1549. exacti.

Processus Michaelis Prylezzi iudicis nobilium.

Zlechow.

Hec pertinet ad claustrum sancti Benedicti in Zkalka p. 7.

Iudex nimium pauper 1, clam nunc discessit 1, inquilini 6, deserta 1, pastores 2.

(Széljegyzet: Hec possessio bis est scripta inter nobilesque habet locum, non hic.)

Nobilium bona.

Pychow.

Abbatie de Zkalka p. 3, inquilini 4, deserte 2, pastor 1.

Zkalka.

Reverendissimi domini episcopi Nitriensis p. 2.

Nyezd.

Abbatie Zkalka p. 3.
Alii propter oppressiones domini Podmaniczky fugierunt.

Opathowawcz.

Eiusdem abbatie p. 8, iudex, inquilini 9, allodium domini 1, pastores 2.

Zlychow.

Eiusdem abbatie p. 7, iudex, nimium pauper 1, clam nunc discessit 1, inquilini 6, deserta 1, pastores 2.

Prywcz.

Eiusdem abbatie piscatores pauperes 2.

Pertinentie reverendissimi domini Nitriensis.

Nassczicz.

In primo subsidio erant dicate p. 7, sed iudex nobilium asserebat se vidisse desertam, posthec denuo esse factam 1, p. 6.
Iudex, inquilini 3, libertinus pauper 1, deserte priores 4.

Pispeki circa Baan.

Porte 5, iudex 1, noviter erecte 3. — 1546.

Drethoma superior.

Porte 3, iudex 1/2, inquilinus 1, noviter erecta 1, — 1547. — deserta 1.

Mittyz.

Deserte 2, pastor 1.

Iztebnyk.

Porte 4, inquilinus 1, deserte 2.

Drethoma inferior.

Licet in regesto Stephani Jo. sint p. 3, sed et dicam ostenderunt et schedam quittantionalem soluti primi subsidii, iuraveruntque non solvisse plus, quam a p. 2. — Inquilini 4, noviter erecta 1 — 1548., pastor 1.

Pyspeki circa Trinchinium.

Porte 5, iudex 2, inquilini 3, deserte 4, depredati miseri.

Dobrasow.

Porte 4.

Appatti circa Trinchinium.

Funditus redacta in cinerem porte 12.

Reverendissimi domini Strigoniensis.

Lyblen

Porte 25, iudex 1, inquilini 13, deserte 2.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio XLIV. kötet, 71—109.

Közli: Iványi Béla.

163.

Pozsony, 1549 junius 26.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó értesíti a királyt, hogy a Forgách-testvérek a király engedélye folytán visszatérvén, Komját nevű városukból a papokat kiűzték és a Luther- és Zwingli-féle tévelygésnek adták magukat s alattvalóikat azok elfogadására kényszerítették. Kéri a királyt, hogy mivel nekik még nem kegyelmezett meg teljesen, intézkedjék úgy, hogy az igaz vallás visszaállíttassék, mert ha e nyavalya tovább is terjed, lassanként még oktalan állatokat is fognak imádni az országban.

Sacratissime Rex etc. Allatum ad me est certo nuntio, nobiles Forgach iuxta Maiestatis Vestre concessionem domum rediisse[1] esseque omnes in oppido eorum Komÿathÿ ibique exclusis omnibus viris ecclesiasticis sublatoque omni veteri ecclesie divino cultu novis erroribus secundum Lutherum et Zwinglium in his, que ad religionem spectant, deditos esse et palam etiam subditos eorum et colonos ad eundem ritum adigere. Que res mihi pro eo, ac debuit, vehementer displicuit. Voluique ad Vestram Maiestatem ea de re illico perscribere, ut quoniam (ut puto) in negotio psorum Forgach nondum quitquam constitutum habet, sic ad eam rem mature prospiciat, ut sublatis erroribus heresibusque vetus et vera religio, verus Dei cultus in partibus illis restituatur, presertim vero apud nobiles ipsos, nam alioqui verendum est, ne ex hac impunitate et licentia latius serpat hec pestis et plures inficiat sensimque etiam bruta prope animalia adorentur in hoc regno, quod ne accidat, Maiestatis Vestre est sollicite providere.[2] Servet etc. Posonii, die 16. Junii 1549. *Strigoniensis.*

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 124.

[1] Cfr. R. Kiss I., o. c., 107—108.

[2] Art. X. comitiorum anni 1548. officium huiusmodi revera praescribit regi, quo absente locumtenens quoque idem ius habet.

164.

Lelesz, 1549 junius 28.

Mikulics Miklós nádori ember a leleszi konvent bizonysága jelenlétében a pálosok tartományi perjelének a Serédi Gáspártól elfoglalt tokaji és regécz-allyai kolostorokat és azok birtokait visszaadja.

Nos Georgius Body prepositus ecclesie sancte crucis de Lelez, memorie commendamus..., quod nos litteras magnifici domini Francisci de Rewa comitis comitatus de Thwrocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenentis adiudicatorias, restatutorias Posonii feria quarta proxima post festum sacri penthecostes... pro parte reverendi ac religiosi fratris Francisci prioris generalis ac totius conventus fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite, ut actoris, contra magnificum dominum Gasparum de Sered, partium regni superiorum capitaneum, veluti convictum, confectas et emanatas, modumque et formam cuiusdam iudiciarie deliberationis super quadam possessionaria restatutione, per eiusdem domini locumtenentis palatini et nostrum homines fieri debente, in se denotantes nobisque preceptorie loquentes et directas honore, quo decuit, recepimus, iuxta quorum continentiam una cum nobili Joanne Wekey, homine prefati domini locumtenentis palatini,... nostrum hominem, videlicet nobilem Nicolaum Mykulyth de Rassa, iuratum notarium nostrum conventualem, ad ea, que in ipsis litteris adiudicatoriis, restatutoriis continebantur, fideliter exequenda tandemque nobis referenda nostro pro testimonio transmisimus fidedigno, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis, corporali iuramento ipsorum prestito, concorditer retulerunt in hunc modum: quomodo ipsi... ad facies monasteriorum Thokay et penes castrum Regecz vocatum... in Zempliniensi et Abawywariensi comitatibus existentium ad faciem, vicinis et commetaneis... convocatis et presentibus, accedentes... tali modo sequestrarunt: quod imprimis idem monasterium Thokay in honorem beate Anne, matris virginis Marie, fundatum, Thokay Zenth Anna vocatum, admodum dirutum et destructum, una cum vineis Nywlas, Aranyas, Pynczefewly, Kwchathzewlew, Chango et Jakabandras in eadem Thokay ac Mezesmal in Tharczal oppidorum promonthoriis adiacentibus; item allodium Thardos nuncupatum necnon molendinum unius rote, in fluvio Bodrogh appellato volvens et eidem monasterio contiguo vicinum, in comitatu Zempliniensi existentia, habita; tandem... ad facies posses-

sionis Ond vocate, in eodem comitatu Zempliniensi existentis, habite accedentes, in eadem sex sessiones iobagionales populosas...; item ibidem inquilinos domos et residentias habentes (13)... cum nonnullis desertis sessionibus iobagionalibus...; item unam vineam Baratzewlew dictam, in promonthorio eiusdem possessionis Ond adiacentem; item eodem die ad facies totalis et integre possessionis ipsorum actorum Kynys vocate, in dicto comitatu Zempliniensi existentis accedentes, totalem et integram predictam possessionem Kynys, undecim scilicet sessiones iobagionales populosas... et ibidem inquilinos residentes (tres)...; item eodem die ad facies possessionis Zada appellate, consequenter autem totalis et integre portionis possessionarie predictorum actorum in eodem habite, in predicto comitatu Zempliniensi existentis et adiacentis, accedentes, ibidem duas sessiones iobagionales populosas, et ibidem sessiones iobagionales (sex)... nunc penitus desertas prorsusque edificiis destitutas, una cum loco domus allodialis ad presens similiter desolate; item... ad facies unius vinee, in promonthorio possessionis Azzalo vocate, in comitatu Borsodiensi existentis, habite; item eodem die ad facies possessionis Golop vocate, tres scilicet sessiones iobagionales populosas... et ibidem novem cum media sessiones similiter iobagionales omnino desertas edificiisque carentes; item... ad facies unius totalis molendini trium rotarum, in territorio possessionis Wylman vocate, in dicto comitatu Abawyvariensi existentis et habite ac in fluvio Hernad appellato volventis et decurrentis accedentes, ibidem totale molendinum trium rotarum; item eodem die ad facies monasterii in honorem beati Jacobi apostoli fundati et diruti, sub castro Regecz vocato, tandem possessionis Horwathy appellate, in prenominato comitatu Zempleniensi existentis, adiacentis, consequenter autem portionis possessionarie pretitulatorum actorum (in) possessione Horwathy habite accedentes, ibique unam domum, seu curiam nobilitarem...; item molendinum duarum rotarum, unius videlicet fruges molliens, alterum vero pannum griseum torculans, ac unum fenetum eidem molendino adherens; necnon duas vineas, utputa Baxazewlew et Barathzewlew vocatas in promonthorio dicte possessionis Horwathy appellate, Melegmalu dicto adiacentes... dictis fratribus heremitis et conventui eorumdem... perpetuo possidenda restatuissent eadem et eosdem... contradictione, inhibitione et repulsione iamfati Gaspari Seredy convicti et aliorum quorumlibet previa ratione non obstante, nec pro tunc in faciebus prenominatorum bonorum... vel expost,

medio scilicet tempore, hic in conventu coram nobis apparente et existente, cuius quidem possessionarie restatutionis seriem... prefato domino locumtenenti palatini duximus rescribendam. Datum decimo quarto die termini prenominati, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon IX. 48. köv.

Közli: Bunyitay Vincze.

165.

Sárvár, 1549 julius 3.

Nádasdy Tamás országbiró előtt «tisztelendő Márton türjei prépost» panászt tett, hogy Zalamegye tisztikara a megyei törvényszéktől alsólendvai Bánffy István ellen az ő javára hozott itéletet nem hajtotta végre. Az országbiró az itélet végrehajtását elrendeli.

Thomas Nádasdy iudex curiae ad querelam «reverendi Martini prepositi de Thyrle» asserentis, quod officiales comitatus Szaladiensis sententiam a sede iudiciaria eiusdem comitatus contra Stephanum Bánffy de Alsólendva latam executioni mandare neglexerint, executionem sententiae praecipit. Adnotatur partes inter se pacifice concordasse.

Kívül rá van jegyezve, hogy a felek békésen kiegyeztek.
Eredetije a *vasvár-szombathelyi káptalan* levéltárában: Litt. eccl. f. E. nr. 3.

Közli: Karácsonyi János.

166.

Eberhard, 1549 julius 3.

I. Ferdinánd király Csenkei Benedek fia, Kelemen fia Pál kérelmére meghagyja a pozsonyi káptalannak, hogy György pálos perjelt és thali konventjét intse meg, hogy azt az ötven forintot, melyet néhai Csenkei Kelemennek kölcsön adtak, és a ki ennek fejében a pozsonymegyei Mértfalva, más néven Szenterzsébet pusztán lévő birtokrészeit nekik zálogba adta, nevezett Csenkei Páltól fogadják el és a szóban forgó birtokrészeket bocsássák vissza. — A káptalan a parancsnak Anna nap utáni szombaton tesz eleget, kiküldvén emberét «honorabilem Thomam presbiterum de Polosythycza rectorem altaris Sancte Trinitatis».

Ferdinandus I. rex praecipit capitulo Posoniensi, ut Georgium priorem et conventum monasterii fratrum eremitarum de Thal ordinis sancti Pauli primi eremitae admoneat ad recipiendos 50 florenos, quibus portiones possessionariae Pauli de Csenke in praedio Szenterzsébet, alias Mértfalva ipsis impignoratae erat.

Eredetije papiron, zárópecsét töredékével, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 391. csomó.

Közli: Iványi Béla.

167.

Prága, 1549 julius 6.

I. Ferdinánd király beleegyezését adja ahhoz, hogy Erdődi Péter a zágrábmegyei Okics várához tartozó Golivet (Golymeth) és Klincsazela (Klynchazela) birtokokat Gregoriánczy Pál zágrábi olvasókanonoknak, valamint Ambrus testvérének és utódainak 200 forintért elzálogosítsa.

Ferdinandus I. rex consentit, ut Petrus de Erdőd praedia sua Golivet (Golymeth) et Klincsazela (Klynchazela) ad arcem Okics in comitatu Zagrabiensi existentem pertinentia Paulo decretorum doctori, lectori et canonico Zagrabiensi ac Ambrosio litterato de Gregoriancz fratri suo carnali successoribusque eius pro 200 florenis inscribat.

Országos Levéltár: Lib. Reg. II. kötet, 333.

Közli: Iványi Béla.

168.

1549 julius 11. előtt.

Sbardellati Ágoston váczi püspök folyamodványa a királyhoz, hogy a magyar kamara utján pénzügyi előterjesztéseit hagyja jóvá.

Sacratissima Regia Maiestas,
Domine, domine clementissime.

Quoniam ad monitionem meam coloni prepositure mee et capituli Strigoniensis possessionum Zebeleb et Nempthy in domibus ipsorum hybernantibus ac stationes habentibus ibidem tam Hispanicis quam Ungaricis Maiestatis Vestre militibus in presenti expeditione contra Melchiorem Balassa ac alios rebelles prestiterunt, ac in iis, in quibus potuerunt, iussis dominorum capitaneorum sunt obsecuti et per hoc tam in edificiis eorum, quam etiam sepibus et aliis rebus suis adeo gravi damno sunt affecti, ut in plurium annorum publica contributione quantumlibet gravi eos ita opprimi vix contigisset, Maiestati Vestre sacratissime supplicavi humillime: Dignetur dominis camerariis gratiose mandare, ut dica sive contributio publica, que praesenti anno Maiestati Vestre persolvi ex constitutionibus publicis debetur, eis remittatur cum alioqui etiam per ipsum Balassa innumeris sint iniuriis affecti.

Preterea cum huc ad Vestram Maiestatem in meis negotiis privatis profecturus essem, domini camerarii mihi ad rationem salarii mei florenos quadraginta numerarunt; antequam tamen Posonio discederem, reverendissimus dominus cancellarius litteras

mihi necessarias miserat, quibus redditis cum iam huc veniendi propositum mutassem, reverendissimus dominus locumtenens iussit me nihilominus huc venire, prout Maiestati Vestre scripsit, supplicavitque, ut quadraginta illi floreni ad rationem expensarum, quas huc veniendo feci, mihi cedant. Supplico itaque Maiestati Vestre sacratissime: dignetur dominis camerariis committere, ut summa huiusmodi non in salarium, sed in expensas supputent, prout Maiestas vestra sese facturam clementissime respondit, a qua gratum responsum et ad dominos prefectos et consiliarios camere Hungarice mandatum expecto.

Sacratissime Maiestatis Vestre fidelis et humillimus servitor

Augustinus Sbardelatus
e(piscopus Vaciensis).

Egy ív papiron, *Orsz. Levéltár:* Ben Resol. 1549 julius 11.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

169.

Pozsony, 1549 julius 16.

Hédervárý György kötelezi magát, hogy jegyesének, Pásztohi Zsigmond leányának, atyjától véghagyományilag jutott ingó javait és ékszereit azon esetben, ha a vele kötendő házasságában örökösök nélkül találna meghalni, Pásztohi Zsigmond örökösei birtokába visszabocsátja.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis, memorie commendamus per presentes, quod egregius Georgius Hederwary de eadem Hederwara coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere fassus est et in hunc modum retulit: quomodo divina voluntate sic disponente, iuxta ritum ac consuetudinem sancte matris ecclesie nobilem ac generosam dominam Barbaram, puellari etate florentem, filiam videlicet egregii quondam domini Sigismundi de Pasthoh, in coniugem suam legitime sibi desponsasset, cui domine prefate Barbare adhuc in etate puellari constitute magnificus dominus Sigismundus Balassa de Gyarmat, comes comitatus Borsodiensis, tanquam testamentarius et tutor, bonorum mobilium quondam Sigismundi Pasthohy, genitoris eiusdem Barbare, in tres partes divisionem fecisset, et ex eisdem bonis, rebus videlicet mobilibus predictis coram et in presentia venerabilis capituli ecclesie Agriensis egregio Joanni Pasthohy, filio prenominati Sigismundi Pasthohy, directam medietatem separasset et extradedisset, alteram vero medietatem duabus filiabus ipsius Sigismundi Pasthohy,

scilicet Barbare, sponse dicti Georgii Hederwary, et Margarete puelle etate iuniori, ac pro portione domine Barbare, iam sponse sue, dedisset et assignasset ad manus ipsius Georgii Hederwary, tanquam sponso legitimo, mille et quingentos florenos in auro puro, item in monetis minutis mille quadringentos et septuaginta octo florenos Hungaricales; et unam torquem seu catenam auream, continentem in se centum et tres florenos aureos; et unum frontale sive ornamentum capitis, vulgo nasffa vocatum, in quo sunt lapides gemanth quatuor et unus saffyrus et unus rubint et quatuor margarite; item tres annulos aureos, in duabus illis essent lapides saffyr, in tertio autem iachyntus, et clenodia varii generis, pocula et pecharia ac coclearia in argenteis, que omnia in pondere suo continerent marcas viginti quatuor, tali sub conditione: quod si temporis successu, Deo ita volente, contracto matrimonio eiusdem domine Barbare, sponse sue, eadem absque semine aut solatio liberorum mori et de hac vita decedere contingeret, extunc predicta omnia bona et res superius ordinate prescriptas idem dominus Georgius Hederwary, sponsus ipsius domine Barbare, iuxta continentias testamenti et testamentarie dispositionis dicti quondam egregii Sigismundi de Pasthoh de facto et effective teneatur et obligatus sit libere et sine omni iuris strepitu ad manus heredum et posteritatum sepenominati Sigismundi Pasthohy dare et resignare, salvo tamen, ne in aliqua parte iuribus prefate domine Barbare Pasthohy, sponse sue charissime, hec supradicta qualitercunque derogarent. Ad que omnia premissa et premissorum singula personali sua assistentia sese coram nobis ad fidem et honorem suum obligavit servaturum, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria tertia post festum divisionis Apostolorum, anno 1549.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 7.

Közli: Bunyitay Vincze.

170.

Köveskút, 1549 julius 21.

Nádasdy Tamás országbiró előtt a Nagy-Unyomi Lóránt-család panaszt tesz, hogy Lukafalvi Zarka Pál a lukafalvi templomnak hagyott 100 hold földet elfoglalta. Az országbiró Zarkát a vasvári káptalan utján a király elé idézteti.

Thomas Nádasdy iudex curiae ad querelam familiae Nagyunyomi asserentis, quod Paulus Zarka de Lukafalva «quasdam terras arabiles Doznoky

appellatas plus quam ad centum iugera se extendentes ex utraque parte vie publice Ewthewen vocate in territorio et intra veras metas predicte possessionis Naghwnyan in comitatu Castriferrei existentis adiacentes per progenitores ipsorum exponentium ecclesie parochiali beati regis Stephani prope possessionem Lwkafalva... fundate sub certis conditionibus donatas ab eadem ecclesia consequenterque ipsis exponentibus... occupasset», eundem Paulum Zarka medio capituli Castriferrei ad praesentiam regis evocat.

Eredetije a *vasvár-szombathelyi* káptalan levéltárában: Litteralia instrumenta, f. 53. nr. 36.

Közli: Karácsonyi János.

171.

Prága, 1549 julius 23.

I. Ferdinánd király Sbardellati Ágoston váczi választott püspök és esztergomi nagyprépost kérésére az esztergomi káptalan jogát a kisnyitrai tizedekhez védelmezi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fideli nostro magnifico Andree de Bathor comiti comitatuum Zathmar et Zabolch, thavernicorum nostrorum regalium magistro ac suppremo in regno nostro Hungarie capitaneo et egregiis officialibus suis in possessionibus et bonis suis existentibus et habitis salutem et gratiam. Exposuit nobis reverendus Augustinus Sbardelath electus Vaciensis, prepositus maior ecclesie nostre Strigoniensis et consiliarius noster, quod cum anno presenti honorabile capitulum predicte ecclesie Strigoniensis ad rationem quinte et aliorum proventuum suorum ab antiquo ad ipsam preposituram maiorem e medio proventuum capituli pertinentium universas decimas districtus Kysnytra dederit et assignarit, et licet iuxta constitutiones publicas domini prelati et alie persone ecclesiastice proventus suos in specie percipere possint, ipse tamen Vaciensis nihilominus in sede nobilium ad conducendas decimas huiusmodi illos, in quorum bonis sunt, per unum ex fratribus suis canonicis ecclesie Strigoniensis admonendos curaverit et etiam illis, qui decimas ex bonis suis conducere voluerunt, eas in arendam per prefatum canonicum dederit, esse tamen aliquos, tam ex baronibus, quam ex nobilibus, qui quamvis suo tempore decimas ipsas non conduxerunt, in eas tamen nunc sese ingerere niterentur. Que res cum sit contra omnem equitatem ac etiam in maximum ipsius damnum et detrimentum, supplicavit humillime, ut nos ipsi de remedio provideamus opportuno. Fideli-

tati itaque vestre et vestrum cuilibet firmissime committimus et mandamus, ut rebus, sicut prefertur, stantibus et se habentibus, vos in decimarum huiusmodi perceptionem nulla ratione ingerere presumatis, sed potius ipsum, si quis in illas ingereret, defendere et manutenere debeatis et teneamini, secus nullo modo facere presumatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage, vigesima tertia Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis m. p.

Eredetije papiroson, alul vörösviaszba nyomott pecsét töredékével a magy. kir. *Országos Levéltárban:* Act. Eccl. Cameral. fasc. 1. Nr. 10. jelzet alatt.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

172.

Kolosmonostor, 1549 julius 31.

Kecseti Márton veszprémi püspök czegei birtokát testvéri szeretetből átengedi testvérének Kecseti Menyhértnek.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra etc. Quod reverendissimus dominus Martinus Kechety episcopus Wesprimiensis totalem portionem possessionariam, simul cum domo et curia sua nobilitari, in possessione Czege vocata in comitatu Doboca existentem, habitam... egregio Melchiori Kechety, fratri suo carnali (ex fraternali dilectione) inscripsisset et obligasset iure perpetuo... Datum feria quarta ante festum beati Petri ad vincula, anno Domini 1549.

Budai országos levéltár: Kolosmonostori Protocol. Izabellae, fol. 36b.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

173.

Körmöczbánya, 1549 julius 31.

Klein János prédikátor sürgeti a selmeczbányai tanácsot, hogy a Goldschmitt Márkus wittenbergi tanulónak kölcsön adott 10 aranyforintot sógorának, Lügeslandt Gáspárnak küldje meg.

Ersamen Namhafftiger Herr Richter. Ich wünsch E. W. mitt all den ersamen herrn von Gott Gnod und barmhercyckaytt. Est ÿst meyn bÿtt, schrayben, und vor mannen tzw E. W. es tzaygt

myr an meyn Vetter Gaspar Lügeslandt, wÿ herr Marcus Goldschmitt von ÿm auff gemaÿnÿ Statt tzerwugk (!) tzw Wÿttenberg gelÿchen und gegeben hatt fl. 10 yn goldt. Sylliche fl. sÿnd yn pÿssherr nÿcht gefallen und pryngen ym eÿn hÿndernws seyner Leonwungk (!). Ich worhoff E. W. wÿrd dran seyn, ob es noch nycht schÿckt hett, so wer yr ym sy noch schÿcken. Den es wer nÿcht faÿn, das er selbest das noch hyrayn tzÿchen und tzeren soldt. Mitt dem Gott mit unss ewiglich. Geben ultimo Julÿ 1549.

Johanney Cleyn
prediger auff Cremnytz
alle tzeytt de Ewerigh.

Kívül: Dem Ersamen Herr Richter Herr Johanni Fasch auff der Schemnitz tzw kwm dissen priff.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.
Közli: Karácsoyi János.

174.

Pozsony, 1549 augusztus 1.

Fejértavy János levele Nádasdy Tamáshoz a király eltávozásáról Szászországba.

Spectabilis et magnifice domine... etc.... Ego etiam nunc hic desideo. Nam cum diebus superioribus a S. M. D. V. discedens huc venissem, expectaremque adventum Michaelis Heyczey canonici Agriensis, nunciatum est regiam Maiestatem vocatione ducis Mauritii in Saxoniam esse profectam, dominumque meum reverendissimum suam Maiestatem secutum, propter quod non est visum domino Strigoniensi, ut antequam sua Maiestas Pragam revertatur (redibit autem ad festum assumptionis Marie), profectionem suscipiam. Nihilominus rem ita moderabor, ut ante festum Prage constituar, nam dominus meus reverendissimus per aliquot nuncios mandavit, ut ad se venirem... etc.... Dominus Vaciensis, Sybryk et Paulus Isthwanffy nuper profecti sunt ad fratrem Georgium, ignoratur an convenerint... etc.... Datum Posonii, prima Augusti 1549.

S. M. D. V. servitor addictissimus
Jo(annes) Feyerthoy.

Kívül: Spectabili et magnifico domino meo, domino Thome de Nadasd, comiti perpetuo terre Fogaras, iudici curie et con-

siliario regie Maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo etc., domino observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, F. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

175.

Tolna, 1549 augusztus 3.

Zsigér Imre hitújító levele Flacius (Vlacich) Mátyáshoz a török uralom alatt levő egyházakról.

Matthie Illyrico, carissimo amico suo et in Christo fratri Emericus Zigerius gratiam et pacem precatur. Tametsi sepius ad te scribere volebam, quod memoria Tui tam alte animo meo infixa est, ut Tui oblivisci non possum, id tamen partim propter diuturnionem peregrinationem et molestias cum munere meo coniunctas, partim propter afflictiones et pericula, que nobis hic loci a pape cultoribus quotidie intentantur, perficere adhuc non poteram. Sed iam rerum mearum conditionem et ecclesie, que est sub Turcica dominatione, statum breviter explicare possum, quod ut rectius intelligas, ab initio ordiendum est. Quum ante aliquot annos, Vitteberga profectus, Tolnam, confecto celeriter itinere, pervenissem, civitatem hanc adeo deprehendi impiam et idololatrie deditam, ut intra spatium duorum hebdomadum, inter tot hominum millia, vix tres aut ad summum quatuor repererim, quibus veritas evangelii probaretur. Tolna discedens Kalmanchelum [1] diverti, ubi verbum Dei, divina adiutus ope, sesqui alterum mensem explicabam. Hic loci complures, deserta falsa et impia doctrina, Christum amplexi sunt, quos inter Mattheus Endericus, ludi scholastici moderator, studiosus olim Pataviensis, et alii sacerdotes commemorandi sunt. Isthinc Zebegenium vocatus sum, portui rubeo vicinum oppidum, quod vulgo Vörösmarth vocatur. Hic Christi suffultus auxilio, per tempus haud modicum commorabar. Et quamvis multos fures, latrones et homicidas in his regionibus deprehenderim, omnes tamen fere, mente mutata, ad Christum Jesum conversi sunt. Quum mihi deinde cum Michaële Sztáray, parocho Lascoviensi, insigni laborum meorum adiutore, in colloquio cum eodem instituto, de doctrina convenisset, accedente

[1] Kálmáncsehi, ma Kálmáncsa.

ad hos magna hominum multitudine, doctrina evangelii in universa inferiori Ungaria, ad utramque usque Moesiam propagata est. Et quamquam nobis multa odia, incommoda ac pericula perferenda erant, semper tamen Deum presentem auxiliatorem experti sumus, qui nos contra omnes inferorum portas potenter ubique tuebatur. Ultimo tandem, post biennium et menses novem, Tolnam iterum per pios et religiosos viros revocabar, ut in templo ad finem oppidi exstructo preconem evangelii agerem. Sed plebem civitatis huius in partes divisam comperi. Nam pars Christo, pars pape adheret, quorum posteriores papatum manibus pedibusque defendunt. Nobis quidem cum iis multe et ee quidem gravissime lites fuere, sed Dominus modo prorsus mirabili tutatus nos est per Turcicos regentes et prefectos, qui nobis insigniter favere videntur. Suo nos quoque favore dignantur Turcorum illi, qui ingua eorum cadie vocantur.

Consul civitatis Tolnensis, qui et iudicis munere fungitur, circa diem Joanni Baptiste sacrum, Budam ad prefectum imperatoris profectus, magnam ei obtulit pecunie vim, adiuncta petitione, ut idem me neci traderet aut ex civitate agroque Tolnensi eiiceret. Sed neutrum obtinuit. Nam purpuratus Budensis, causa nostra ex viris religiosis ac piis cognita, iudici Tolnensi tantopere indignabatur, ut eundem in capitis periculum coniiceret ediceretque publice, ut preconibus doctrine per Lutherum invente, ita enim ille doctrinam evangelii appellat, liberum sit atque integrum, doctrinam hanc omnibus iis proponere, qui eam sponte audire voluerint. Itaque iam sine ullo metu ac periculo tam Ungari, quam Slavi verbum Dei audire possunt. Nostra doctrina verum contineri christianismum existimat purpuratus, quem nec Bude evangelii explicationem impedire aiunt. Sed impii Ragusani, populares Tui, in castris Turcicis perpetuo nundinantes, nimium obstrepunt evangelio. Ego Tolnam redux ibique septem commoratus menses, novam aperui scholam, vetere in manu pontificiorum adhuc existente. Jam im hac schola nostra plus minus 60 scholares numerantur, ex plebe autem auditores circiter 500. Reliqui commentis pontificis adherent. Utinam plures haberemus in opere nostro adiutores. Itaque si Ungarorum nonnulli studiorum causa apud vos morantur, velim eos quantocius istuc expedias. Nam in his regionibus messis Domini magna est, operarii autem pauci. In plurimis civitatibus, oppidis et pagis, ex quibus pontificiis migrandum erat, nulli sunt verbi divini ministri. Candidati enim ministerii, qui a vobis in Ungariam redeunt, territorium Turcicum cauti decli-

nant. Atque hec est ecclesie in inferiori Ungaria constitutio. Tu interea faxis, ut ecclesie vestre preces ad Deum fundant, quo crudelitas dominorum nostrorum in dies magis leniatur mitigeturque, et sacrum evangelium ubique sine periculo annuncietur, eiusque adversarii, animo in melius mutato, obsequium prestent. Id quoque a te quam humanissime peto, ut me, dum per occupationes licebit, de statu ecclesiarum Saxonie aliarumque Germanicarum certiorem facias, et si quid novi in lucem publicam prodiit, mecum communices. Nos enim hic loci magna librorum penuria laboramus. Ego tibi uno aureo Ungarico et eo quidem Corviniano gratificor, rogans perofficiose, ut munus boni consulas nec eius exiguitatem, sed bonam offerentis mentem paupertatemque consideres. Utinam mihi conspectu tuo et iucundissima consuetudine frui tandem aliquando liceret. Domino Philippo verbis meis prolixam velim adscribas salutem. Salutant vos omnes verbi divini ministri in Ungaria inferiori. Saluta Ungaros, Matthiam presertim Motrerum mihi addictissimum, rogaque, ut ille quam celerrime ad nos veniat, opem nobis in administrando munere ecclesiastico laturus. Magnam enim in eo omnes collocant fiduciam. Dominus noster Jesus Christus servet te quam diutissime incolumem. Datum Tolne, 3. Augusti 1549.

A Magdeburgban 1550. megjelent német fordításból latin eredetire visszafordítva közli *Ribini,* Memorabilia Augustanae Confessionis in regno Hung., I. 90—94.

176.

Wittenberg, 1549 augusztus 5.

Fábri Egyed körmöczbányai születésű prédikátor ajánlkozik a selmeczbányai plébánosságra.

Gnade und fryde von got unsern herrn durch Jesum Christum unsern Erlöser Amen. Ersamen, weysen, gunstigen, lyeben Herrn. Ich wÿl hÿemit E. W. nicht bergen, das mich die achtbaren, hochgelehrtten, wirdigen Doctor Pomeranus, doctor Georgius Maior auch ynn sonderheit derr herr Philippus etlichmal angeredet und myr angemuttet an E. W. zu schreyben der Condition und pharre halben, szo beÿ euch noch solde (!) vocÿren (!) und ledig seyn. Weil aber myr Herr Philippus gesagt, welcher auch hyemit E. W. selbs schreybet, er habe volmacht ynn dyser sache und inn sonderheit mich darzu vermocht, das ich meynen

willen ynn seynen willen gestellet und ynn dẏsen beruff gewilliget. Also, wo dẏ Pharre bey euch noch nicht bestellet und ledig, und ych von E. W. und der ganczen gemeyn ordentlich vocẏret und geruffen wurde, hab ich genczlich bey mẏr beschlossen, mich zu Euch hynein mit weibe, kinder und mit all meyner habe zu begeben Gott dem Herrn faeonemlich und der ganczen gemeẏn als eyn trewer hyrtt und seelensorger zu dyenen mit dem reynen Wortt gottes und rechtem brauch der hochwirdigen Sacrament. Szo ferne E. W. das Ihinige szo andernn vor myr zustendig gewesen auch myr, wie ich mich genczlich zu E. W. versehe werden folgen lassen und stellen an mẏr durch gnedige beystand gottes keynen mangel haben, szo lang myr got das vermugen und leben verleẏhet. Wo nur E. W. myr solch ampt, wie myr dy obgemelten herrn haben angetangen (!), wöllen vergönnen, yst mein vleyssig, freuntlich bitt, wöllen myr solches auffs aller rẏsthest mit gewyser botschaft und schrifftlich zu wyssen thun mit bestellung, das ich mit meynen Weibe, mit meynen kindern und haussgerede mit der selbig botschaft möcht hyneẏn zu euch khomen. Aber ich muss daczu haben zwei wagen, eynen behangenen fur mich, weibe und 4 kinder und eẏnen furwagen fur meyn haussgerede von Wittenberg byss gen Pressel. Darnach khan man mit kupperwagen das hausgerede vollen bryngen byss gar hẏnein. Solch meyne meynung hab ich E. W. nicht wollen verhaldenn, sonderlich weẏl ich auch eẏner ynn den pergstetten geboren und erzogen byn nemlich iynn Cremnicz, wye one Zweyffel vẏl ynn Ewr gemein wyssinlich yst und dester lẏeber verwilliget habe zu euch zu khomen, das ich meynen vaterland mehr verphlicht zu dyenen schuldig und wolthettig zu sein bin, denn den frembden nicht angesehen ob etwa phar und geferlikeytten von den feinden des Ewangely mochten mit unterlauffen, welcher wyr dy wyr glauben alle zeit und an allen ortten an das gowartten, wẏr müssen solches ynn gottes hande stellen, on welchers willen kein har von unseren haupt fallen khan. Er wirts wol machen und seyne heiligen mitten unter seynen feinden, wye di schönen rosen zwuschen (!) den dornen gnediglich erhalden und unter dem Creucz das gedeyen geben. Wie ich nu oben vermeldet, yst nu meyn gancz freuntlich bitt, wöllen myr Ewr Herrn synn und gemuet ynn dysen fall auff aller rẏsthest zu erkenne geben, denn es möcht sich zu tragen, das ich mich möchte an eyn ander ortt verrücken ehe Michaelis gwenne (!) wẏl mich hyemit E. W. und euch Mesampt unsern herrn got durch

seynen son Jesum Christum befohlen haben, derselbige erfahre euch durch sterke euch durch seynem geist ynn seÿne Wortt und erkentniss und gebe euch eyn gotsalig, fridlich regÿnent (!) und behutte euch vor allem unfall des leibes und der seelen. Amen. Auss Wÿttenbergk Montag noch Inventionis Stephani 1549.

M. Egidius Fabri
alzeit der Ewr.

Kívül: Dem Ersamen, wolweÿsen herrn, herrn Richter und ganczem Ratt der löbblichen Statt Schebnicz eÿlend, eÿlend.

Más kézzel: Allata 30. Augusti.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

177.

Zágráb, 1549 augusztus 8.

György császmai prépost és zágrábi kanonok levele Nádasdy Tamáshoz melyben a káptalan ügyeiről és a káptalan tagjainak távollétéről ír.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone gratiotissime, orationes in Domino et servitutis humillimam commendationem. Litteras vestre spectabilis et magnifice dominationis accepi. Littere, pro quibus vestra spectabilis et magnifica dominatio scribit, per capitulum sunt diligenter perquisite, tamen inveniri non possunt. Domini canonici istius capituli et qui erant presentes, certi ex eis hodie descenderunt Zyzium et ad arces capituli in partibus Croatie habitas, gratia permutandi et constituendi novis officialibus et spanis (!) Nam consuetudo ista in hoc capitulo ab antiquo observata est et semper in festo sancti Laurentii martiris spani permutantur et innovantur. Alii vero sunt cum domino reverendissimo, quorum omnium absentium regressus non prius, nisi ad festum beati Stephani regis proxime venturum speratur. Igitur vestra spectabilis et magnifica dominatio homines suos ad festum prescriptum beati Stephani regis huc mittere secure poterit. In reliquo vestram spectabilem et magnificam dominationem felicissime valere desidero, quam Altissimus longa per tempora observare dignetur incolumem. Zagrabie, 8. Augusti 1549.

Eiusdem v. sp. et m. d.

capellanus:
Georgius
prepositus Chasmensis, canonicus
ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie regie Maiestatis ac suppremo capitaneo etc., domino et patrono gratiosissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett, *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, C. csomó. Közli: Iványi Béla.

178.

Pozsony, 1549 augusztus 11.

I. Ferdinánd meghagyja a pozsonyi káptalannak, hogy a thali pálosoknak Csenkei Pállal szemben igazságot szolgáltasson.

Ferdinandus divina favente clementia... capitulo ecclesie Posoniensis salutem... Exponitur Maiestati Nostre in personis religiosorum fratris Georgii vicarii ac totius conventus fratrum heremitarum in claustro beate Marie virginis in Thal fundato degentium, qualiter superioribus diebus nobilis Paulus Chenke ratione et pretextu cuiusdam predii Merthffalwa, alio nomine Zenthersebewth vocati in comitatu Posoniensi existentis habiti mediantibus quibusdam litteris exhibitoriis, ammonitoriis et certificatoriis eosdem exponentes contra se in curiam nostram regiam... evocari fecerit, litteras tamen vestras super huiusmodi evocatione relatorias a vobis excipere minime curavisset,... pro eo fidelitati vestre... committimus, quatenus, non obstante eo, si originalia prescriptarum litterarum vestrarum relatoriarum idem Paulus de Chenke nondum extraxerit, nichilominus paria prescriptarum relatoriarum absque dolo et fraude aliquali eidem exponenti extradari et emanari facere debeatis et teneamini... Datum Posonii, die dominico proximo post festum beati Laurentii martiris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije papiron, a pozsonyi káptalannak 1549. Anna-nap utáni szombat 16-od napján kelt oklevelének átíratában, *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 391. csomó. Közli: Iványi Béla.

179.

Zágráb, 1549 augusztus 14.

Gyulai Farkas választott zágrábi püspök III. Pál pápától megerősítését és a kinevezési díjak elengedését kéri.

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Paulo tertio sacrosancte Romane et catholice ecclesie pontifici optimo maximo.

Beatissime Pater, pedum oscula beatorum et humillimam orationum mearum in Domino commendationem. Posteaquam

clementissimo principi et domino meo Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regi ita visum est, ut me in episcopum huius ecclesie Zagrabiensis elegerit atque nominaverit, ego tanquam obedientissimus atque deditissimus filius transmiseram mox hominem meum ad Vestram Sanctitatem pro impetranda mihi benedictionis atque consecrationis gratia, utcunque tamen homo ipse meus non ea, qua debuerat, usus diligentia, re infecta rediit. En iterum mitto hunc discretum Mattheum presbiterum, presentium exhibitorem, in conspectum Vestre Sanctitatis cum humillima in domino Jhesu supplicatione, dignetur Vestra Sanctitas ex sua speciali gratia atque commiseratione providere his partibus huicque provincie Sclavonie, in ipsis iam Thurcorum faucibus site, ne diutius careat episcopo seu administratione officii episcopalis; per diutinam enim carentiam episcopi eo iam deventum est, ut timeatur, ne tota hec provincia etiam presbiteris brevi tempore sit caritura, dum non est, qui illos ordinet, aut alia munia episcopalia exerceat, cum ingenti animarum christianarum iactura atque detrimento. Placeat igitur Vestre Sanctitati pro Christo, cuius in terris vices gerit, tantis malis obviare et annuere atque gratiose concedere, ut aliquis istarum partium catholicus episcopus, nempe Labacensis, vel Strigoniensis, aut Viennensis, adhibitis sibi duobus dignitariis, munus benedictionis seu consecrationis in episcopum nomine Vestre Sanctitatis michi impendat atque largiatur. Ubi autem Vestra Sanctitas de proventu annate cogitaret, hoc eidem in bona mea fide constanter affirmo, adeo paucos et fere nullos esse huius episcopatus proventus, de quibus annata persolvi posset, ut longe plus in conservandis fortalitiis et arcibus ecclesie iam semidesolatis et Thurco proximis per annum impendam, quam habeam in redditibus, usque adeo, ut iam magnam partem rerum mearum hereditariarum, per maiores olim et progenitores meos multo sudore partarum, in ecclesie huius et episcopatus necessitatibus insumpserim. Quodsi unquam divine clementie visum fuerit, ut episcopatus iste ex Thurcica hac tyrannide erui et redditus aliquos habere poterit, de quibus annata persolvatur, promitto Vestre Sanctitati in eadem mea bona fide, me semper futurum memorem et effecturum, ut sedes ista sacrosancta apostolica sua annata non defraudetur. Nunc interim summopere desidero, ut provincie huic semilacere et in continuis Thurcarum certaminibus posite, tali presertim hoc periculoso tempore possim in episcopalibus deservire et quamplures Christo lucrifacere. Super quo gratiosam Vestre Sanctitatis expecto provisionem. Quam Deus

optimus conservet ad profectum ecclesie sue sancte per multa tempora. Datum Zagrabie, decima quarta Augusti, anno Domini 1549.

Eiusdem Vestre Sanctitatis devotus orator:

Wolffgangus de Gywla
electus ecclesie Zagrabiensis.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid., I. 662.

180.

Csábrág, 1549 augusztus 18.

Krusith Jánosnak, a csábrági vár prefektusának folyamodványa I. Ferdinánd királyhoz, hogy a vár fenntartására lefoglalt egyházi javak használatában erősítse meg.

Serenissime rex, princeps ac domine, domine clementissime

Post fidelium meorum servitiorum humillimam commendationem. Recordari poterit sacra regia Maiestas Vestra, quod spectabilis et magnificus dominus Nicolaus comes a Salm, generalis regie Maiestatis Vestre capitaneus, me huic arci Chabragh post expugnationem illius prefecit, ubi regie Maiestati Vestre, domino meo clementissimo, summa constantia fideliterque, prout obligor, servire contendam. Cum autem pertinentie eius arcis admodum sint exigue, et Melchior Balassa eam saltem aliorum proventibus violenta manu occupatis sustinuerit, regia Maiestas Vestra, ita ut potest bono titulo proventus huius arcis augere, dignetur. Bona enim et iura possessionaria dominorum capitularium capituli Waciensis ac Veteris Bude in comitatu Pesthiensi ad regiam Maiestatem vestram iure et iustitia mediante devoluta sunt. Licet ea reverendissimus dominus Augustinus de Sbardelattis sibi omnia una cum episcopatu Waciensi per regiam Maiestatem Vestram deputata esse referat realiterque possideat, tamen hoc ipsum reg. M. V. indicare et fidelitas et necessitas me monuerunt. Quodsi arci Chabragh (magna eiusdem Maiestatis Vestre utilitate) bona ipsa dedicaverit, opere pretium est, litteras mandatorias superinde conficère, ne me quisque in eorum occupatione impediat. Gratiosum a regia Maiestate Vestra expecto responsum atque adeo citum; decimarum enim exactio frugum scilicet iam presto est, vinorumque iamiam imminet. In gratiam r. V. M. me meaque servitia humillime commendo. Date Chabragh, 18. Augusti, anno (15)49.

R. V. M. subditus deditissimus

Johannes Krusith r. V.
M. prefectus ibidem.

Papiron, *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1549 szept. 27. Közli: Iványi Béla.

181.

Várad, 1549 augusztus 19.

Fráter György váradi püspök ajánló levele az Erdélyből távozó Verancsics Antal részére.

Frater Georgius episcopus Waradiensis, thesaurarius et locumtenens etc. Serenissimis et illustrissimis principibus ac reverendissimis, reverendis, spectabilibus, magnificis, egregiis, generosis, nobilibus ceterisque in quovis magistratu ecclesiastico vel civili constitutis et existentibus ac aliis universis publicorum officiorum prefectis, presentium notitiam habituris, officiorum nostrorum commendationem. Reverendus Antonius Wrancius prepositus, reverendissimorum quondam Petri Berizlavi episcopi Vesprimiensis ac Dalmatie, Croatie Sclavonieque bani, et Joannis Statilii episcopi Transilvaniensis nepos, secretarius serenissime regine Hungarie, domine nostre clementissime, cum a tempore felicis coronationis serenissimi quondam principis, domini Joannis regis Hungarie etc., domini et benefactoris nostri clementissimi pie memorie, tum in obeundis ad christianos principes legationibus, tum officio secretariatus, in quo eum ordine serenissimus ille princeps esse voluerat, summa fide magnaque constantia in eius aula versatus esset, meruit hoc a principe, quod eruditione singularique virtute prediti accipere consuevissent, ut eius liberalitate in summa fortuna, cum magna principis gratia viveret, qui post obitum quoque illius principis ita ea omnia, quibus illi gratus erat, sua virtute confirmavit, ut commendationem quoque nostram merito ei tribuere videremur. Is igitur Wrancius tam optime suo apud nos perfunctus officio, cum iustissimis quibusdam de causis alio hinc se conferre statuisset, has nostras litteras, sue fidei et integritatis testes, ei dare non dubitavimus. Supplicamus igitur tam serenissimis regibus, quam aliis principibus, dominis nostris colendissimis, ceteros vero in quovis magistratu constitutos amicos honorandos rogamus, velint ipsum Antonium Wrancium tum eruditionis, tum virtutis nomine gratia, amore, liberalitate et benevolentia prosequi, ut quocunque venerit, per loca dominiis vestris subiecta, una cum eius rebus et comitiva, secure et honeste transire moramque et locum habere possit, totum hoc beneficium, quod in eum collatum fuerit, nostris honestissimis obsequiis per occasionem compensaturi. Has vero litteras post earum lectionem

ipsi Vrancio semper reddi postulamus. Datum Waradini, decima nona die Augusti, anno Domini MDXLVIIII.

Idem episcopus Waradinensis
manu propria.

Eredetije a *Nemzeti Múzeum levéltárában* 1488. fol. lat. — Kiadva Verancsics Antal: Összes Munkái, I. (Magy. Tört. Emlékek, 2. oszt. II. köt.), 351.

182.

Prága, 1549 augusztus 20.

I. Ferdinánd király Majthényi György zágrábi kanonokot tiszteletbeli udvari káplánná nevezi ki.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus, quod inducti eruditione, vita, moribus honestis et aliis virtutibus fidelis nostri honorabilis Georgii Maythyn canonici ecclesie Zagrabiensis, quibus ab Altissimo decoratus esse certorum hominum fidelium nostrorum testimonio comprobatur, eundem in numerum aule nostre sacellanorum familiarium adscripsimus, assumpsimus et accepimus, annuentes ei et ex gratia nostra speciali concedentes, ut ipse amodo et deinceps ab omnibus subditis nostris titulo sacellanatus nostri honestari et honorari, atque omnibus illis iuribus, privilegiis et prerogativis, quibus alii aule nostre sacellani sive de iure, sive de consuetudine, sive privilegio utuntur, ipse quoque tam in curia nostra, quam extra eam ubique libere uti, frui et gaudere possit et valeat. Datum Prage, XX. Augusti anno MDXLIX.

Batthyány: Leges eccles., I. 378. — *Katona,* XXI. 820.

183.

Lelesz, 1549 augusztus 21.

Zolthay János, a beregszászi ispotály mestere, a beregszászi plébániatemplomban levő Mindszent-oltár igazgatójának hagyja Fóris nevű szőllejét és gondviselésére bizza drága egyházi felszereléseit is. A szőllő haszna fejében minden héten az ispotálynak Mária Magdolna tiszteletére szentelt templomában Krisztus szenvedéséről misét kellett az oltárigazgatónak mondania.

Nos Georgius Body prepositus... de Lelez, omnibus Christifidelibus memorie commendamus tenore presentium etc., quod honorabilis et discretus dominus Joannes Zolthay, magister hospitalis ecclesie beate Marie Magdalene in oppido Beregzaz fundate,

coram nobis personaliter constitutus etc., quomodo ipse attentis et in animo perspectis ac recensitis multiplicium beneficiorum et donorum meritis, quibus idem ab Altissimo fuerit preditus, premeditans etiam res et bona temporalia huius seculi esse labilia et cito transitoria; propterea nolens ingratus et immemor tot et tantorum, gratuitorum bonorum sumpmi opificis, sibi indigne collatorum, fieri, quin potius de substantiis suis per eundem ex divine gratie favore et beneplacito acquisitis pro refrigerio et salute anime sue et decore divini cultus eternaque bona vite sue memoria: unam vineam emptitiam, Forys appellatam, in promonthorio H...wghy vocato et territorio eiusdem oppidi Beregzaz, in comitatu de Beregh existente habitam, cui quidem ab orientali nobilis Wolfgangi Boochy, a meridie vero Blasii Nylas, ab occidente autem Joannis Boochy vinee et a septemtrione plagis via publica pretacti oppidi Beregzaz contiguo vicinarentur, simul cum cunctis eiusdem vinee Foorys utilitatibus legitimisque metis, universis rectoribus altarium dicte ecclesie Omnium Sanctorum in dicto oppido Beregzaz fundate presentibus pariter et futuris, pro tempore constitutis et constituendis; item unam vestem sacerdotalem... seu casulam purpuream, rubei coloris, de auro tracto habundatissimo dispositam (?), eidemque vesti a tergo unam crudem insutam, simul cum humerali de auro tracto per totum gemmis pretiosis decorato ceterisque attinentiis, videlicet alba, cingulo, manipulo et stola, omnino ad valorem septuaginta quinque florenorum se extendentem; item unum calicem, cum patena sua, argenteum, uberrime deauratum, simul cum custodia, corporali et duobus faciletis subtilissimis, similiter septuaginta quinque florenorum, circa eundem calicem duas paces argenteas deauratas, septem florenorum; item unum par ampullarum argentearum, undecim florenorum; et item unum pomum (!) tempore hiberno manus calefaciendas, cum camponella una et oculari omnino argento subducta, septem florenos hungaricales valente dicte parochiali ecclesie Omnium Sanctorum, in dicto oppido Beregzaz fundate, dedisset, donasset, et ultime voluntatis sue dispositione commisisset, imo... conditionibus ac rationibus infrascriptis mediantibus: quod iidem domini rectores altarium singulis feriis sextis ebdomadatim occurrentibus a modo et deinceps in sempiternum pro salute anime eiusdem domini Joannis unam missam votivam de passione Christi, utputa Humiliavit cum collectis pro uno sacerdote defuncto et pro peccatis, in dicta ecclesia beate Marie Magdalene celebrare et peragere sint obligati; et quod

universi domini rectores altarium, non autem plebanus eiusdem ecclesie Omnium Sanctorum, predictas res divini cultus defendere, conservare et manutenere valeant atque possint. Ubi autem ipsi hoc facere recusarent et obmitterent, vel vineam ipsam vendere aut desolare presumerent, extunc in tali casu fratres et proximi prenotati domini Joannis eandem vineam pro se occupandi habeant potestatem, facultatem; hoc etiam per expressum declarato, quod si temporis in successu, divino sic disponente iudicio, quod idem Altissimus avertere dignetur, hostem fidei orthodoxe vires suas in hoc desolatum pene regnum Hungarie adeo sevire et extendere, predictamque ecclesiam Omnium Sanctorum de manibus populi fidem catholicam profitentis evellere et ditioni Thurcice subiugare, exindeque dominos rectores altarium ipsius ecclesie cum aliis ornamentis et rebus prescripte ecclesie Thurcicam tyrannidem evitare et evadere cupientes, ad loca tutiora fugere, presidio sese transferre et migrare contingeret: extunc iidem domini rectores altarium universas pretitulatas res per prefatum dominum Joannem Zolthay iamfate ecclesie Omnium Sanctorum nunc datas et dispositas atque commissas, in nullum alium et quempiam usum convertere, sed solis fratribus et proximis suis, sibi, ut prefertur, in linea consanguineitatis propinquioribus ac pro tunc superexistentibus dare et consignare, tali modo, quod si eadem ecclesia in pristinum statum catholicum transigeretur, extunc tales fratres et proximi eiusdem domini Joannis Zolthay prenominatas res iamfate ecclesie Omnium Sanctorum et per consequens rectoribus altarium pure et effective reddere et restituere debeant atque teneantur. In cuius rei memoriam firmitatemque et stabilitatem perpetuam presentes litteras nostras sigillo nostro ab extra impresso munitas duximus dandas et concedendas. Datum feria quarta proxima post festum Assumptionis gloriosissime et intemerate virginis Marie 1549.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon X. 138*b*. — Felette kuszált s összevisszajavított fogalmazvány; a kipontozott helyek olvashatatlanok.

Közli: Bunyitay Vincze.

184.

Lelesz, 1549 augusztus 21.

Zolthay János, a beregszászi ispotály mestere, Bódy György leleszi prépost előtt tiltakozik a beregszászi biró, esküdtek és polgárok azon eljárása ellen, hogy a rábizott ispotályt jövedelmeinek élvezetében, a vásári vámok szedésében akadályozzák.

Nos Georgius Body prepositus... de Lelez, memorie commendamus, quod discretus dominus Joannes Zolthay, magister hospitalis ecclesie beate Marie Magdalene in oppido Berekzaz fundate, nostram personaliter veniens in presentiam, in sua propria persona per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum: quod quoniam ex donationibus vetustissimorum et divorum regni Hungarie regum idem beneficium magistratus hospitalis ea libertate privilegiatum sit et dotatum, ut universis camporum, silvarum, aquarum, montium et vallium perceptionibus, equali modo cum civibus et incolis eiusdem oppidi, libere ac secure frui et gaudere valeat; contra hec tamen laudabilia privilegia prudentes et circumspecti universi iudex, iurati ceterique cives eiusdem oppidi Berekzaz eundem dominum Joannem, magistrum hospitalis, nullis huiusmodi camporum, silvarum, aquarum, montium et vallium communi perceptione uti, frui et gaudere permittere seu permitti facere curarent et insuper colonos et iobagiones eiusdem magistratus hospitalis iidem iudex, iurati ceterique cives multis ac variis captivationum, molestationum aliorumque malorum generibus perturbare non cessassent et non cessarent etiam de presenti; solitos denique proventus theloniales ab antiquo eidem magistro hospitali ex proclamatis nundinis dicti oppidi Berekzaz provenientes percipere et exigere nequaquam permisissent et neque permitterent etiam modo. Facta huiusmodi protestatione idem dominus Joannes universos et singulos iudicem, iuratos et ceteros cives pretacti oppidi Berekzaz ab huiusmodi violentiis ac minus iustis seu indebitis actionibus et perpetrationibus usuumque ac fructuum et proventuum ac quarumlibet utilitatum predicti magistratus hospitalis beate Marie Magdalene perceptionibus et usurpationibus inhibuit contradicendo etc. Datum feria quarta proxima post festum beati Stephani regis 1549.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon X. 138.

Közli: Bunyitay Vincze.

185.

Lelesz, 1549 augusztus 21.

Zolthay János, a beregszászi ispotály mestere, a leleszi prépostnak bepanaszolja Farkas Jánost, a beregszászi Mindszent-egyház Keresztelő szent János-oltárának igazgatóját, hogy őt becstelenítő hamis vádakkal illette, azt állítván, hogy a Szent-Márton-oltárhoz tartozó megaranyozott ezüst kelyhet magánál tartja.

Nos Georgius Body prepositus... de Lelez, memorie commendamus, quod discretus dominus Joannes Zolthay, magister hospitalis ecclesie beate Marie Magdalene in oppido Berekzaz fundate, nostram personaliter veniens in presentiam, nomine suo proprio protestatus extitit in hunc modum: quomodo honorabilis et discretus vir, dominus Joannes Farkas, rector altaris beati Joannis Baptiste in ecclesia Omnium Sanctorum in eodem oppido Berekzaz fundata, his superioribus diebus proxime transactis, eundem dominum Joannem protestantem multis ac variis enormibusque, seu criminosis et infamiosis verbis in eo, quod ipse protestans quendam calicem argenteum et deauratum ad rectoratumque altaris beati Martini episcopi pertinentem qualitercunque apud se haberet et retineret, affecisset, harum nostrarum vigore etc. Datum feria quarta proxima post festum beati Stephani regis 1549.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon X. 138.

Közli: Bunyitay Vincze.

186.

Lelesz, 1549 augusztus 21.

Zolthay János, a beregszászi ispotály mestere, a leleszi prépost előtt huszonhat megnevezett s több meg nem nevezett jogi képviselőt vall.

Nos Georgius Body prepositus... de Lelez, memorie commendamus, quod discretus dominus Joannes Zolthay, magister hospitalis, procuratores constituit honorabiles et discretos Emericum de Kalmancheh, sacratissimi Corporis Christi, Stephanum litteratum de Soklyos, beati Ladislai regis, Matheum Orossy, sancte Anne, Gregorium, Omnium Sanctorum, Albertum, beate Catherine, Benedictum, sanctorum Cosme et Damiani, Paulum Mochy, beatissime Marie virginis, Joannem capelle beati Michaelis et Blasium, beate Elisabet, rectores altarium in eadem ecclesia Be-

rekzaz; item egregios et nobiles Joannem de Swran, Demetrium, Martinum et Petrum Orozy, Andream et Demetrium litteratum de Kelepecz, Benedictum et Bartholomeum de Borswa, Michaelem litteratum Nylas de Munkach, alterum Michaelem litteratum de Mada, Petrum Kakony, Joannem Dobzay etc. ac providos Gregorium Agardy, Petrum Zarka, Gregorium Toth, Benedictum Kygyossy, Ambrosium Olah de Wywaros etc. Datum feria quarta proxima post festum beati Stephani regis 1549.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon X. 138*b*.

Közli: Bunyitay Vincze.

187.

Kolozsvár, 1549 augusztus 28.

A vándorló hitujítók egyike értesíti pártfogóját, Révay Ferenczet, hogy Erdélybe jövén, miként fogadtatott Nagy-Szebenben és Kolozsvárott.

Magnificentie tue deditissimus, nosti manum et animum. — Colosvari 28. Aug. 1549. — In Transylvaniam salvi et incolumes una cum rebus Dei auxilio, sed tamen non sine magno periculo venimus. Egregius dominus Valkay plus re ipsa, quam verbis prestitit. Est enim vir Dei pius et christianus. Nobilitas regni confitetur se magnopere opera mea egere. Et, ut dicitur, conditionem honestam mihi statuerunt nobiles omnes, sed tempus comitiorum expectatur. Tunc res omnis decernetur. Ad hec senatus Cibiniensis per proprium nuncium et per litteras misso viatico me vocavit. Abii, summo honore me excepit. Consilium statim de reformandis suis ecclesiis, deque gymnasio in civitate Cibiniensi erigendo (!) a me postulaverunt. Necessitas enim reformandi ecclesias (!) postulat, ut mature id fiat. Nam quotquod parrochi (!) sunt tam in civitatibus, quam in pagis et villis, tot reformationes habent diversas. Maiora et horrenda ad te scriberem, si mihi vacaret. Sed ad rem. Consilium descriptum dedi. Acceperunt, cum aliarum civitatum oratoribus (conventus enim erat tunc) scriptum contulerunt; placuit omnibus. Approbarunt. Tunc senatus per magistrum civicum mecum de conditione agere cepit. At nondum negotium est conclusum. Ut negotium tamen bonum habiturum sit finem, omnes in spe sumus. Imo iamiam in hanc sententiam litteras accepi. Sum enim Colosvari. Cuperem tamen, si fieri posset salva religione, ut regie Maiestati supplicaretur, quo in Ungaria bonas litteras docere possem. Ad id M. D. T. cogitabit et me de negotio certiorem facere

dignabitur. Certe si religionis contaminationem, factiones, secros (!) bonorum ecclesiasticorum occupationem, direptionem (hec magno cum dolore commemoro), divisionem eorum scivissem, Stancarus nunquam huc pedem tulisset. Hec omnia dominus thesaurarius optime novit, ut mihi dominus magister civium Cibiniensium retulit. Serenissime regine humorem mihi optime conciliavi. Magnificus Petrovith binas ad me manu propria dedit litteras, quibus pollicetur, se me protecturum et defensurum, ubicunque locorum in Transylvania fuero. Imo in horas proprium nuncium ab eo expecto. Sententiam meam de sacramento expansis velis (ipsi statim ad adventum meum primum hunc lapidem revolverunt) amplectuntur, deosculantur, accipiunt. Omnes (gloria sit Deo) mihi, quotquot pietatem et bonas litteras profitentur, deferunt... De statu filiorum tuorum pariterque meorum certior fieri cuperem. Vale.

Nota in inferiori margine conspicua: raptim, raptim — fors ab Eugenio Ábel provenit, qui hanc epistolam e tabulario familiae Révay in Kisselmecz asservato sic mance descripsit. Vel fors ipsa originalis est manca.

Közli: Bunyitay Vincze.

188.

Pozsony, 1549 szeptember 3.

Várday Pál esztergomi érsek, helytartó kéri Oláh Miklós egri püspököt, hogy az egri kis prépostságot hagyja meg Bentivoli Marco Antonionál, a kinek királyi hatalmánál fogva már egy évvel előbb adományozta, ép így ne tegyen kifogást az ellen, hogy a turóczi prépostságot unokatestvérének adományozza, mert azt részben saját pénzén váltotta vissza; különben is igéri, hogy esztergomi egyházában a püspöknek és övéinek annak kivánsága szerint jövedelmező papi állásokat kész adományozni.

(Ad dominum cancellarium.)

Reverendissime domine etc. Inter cetera negotia, de quibus nuper per egregium Johannem Feÿerthoÿ reverendissime dominationi vestre nunciaveramus, illud fuerat non postremum, quo minorem prepposituram Agriensem petebamus apud Marcum Anthonium Bentivolum relinqui, cui a nobis regia authoritate annum ferme iam fuit collata, cum sane nondum episcopatus Agriensis palam esset in potestate et sub nomine vestre reverendissime dominationis. Verum cum de reliquis negotiis idem Feÿerthoÿ ad nos proxime rescriberet, hac de re nec quidem verbum fecit; interim autem allatum ad nos est, Stephanum Dobo prepposituram ipsam et eius bona ac proventus occupasse. Que res incredibilem

nobis molestiam attulit. Nam cum superiori anno coram hac de prepositura simul et altera prepositura, que prius erat Marcantonii, sed per translationem illius ad hanc preposituram minorem eodem tempore eademque regia authoritate, qua absente Maiestate sua fungimur, Petro Paulino fuerat a nobis collata, cum reverendissima dominatione vestra transegerimus, neque quicquam amplius hoc nomine nobis cure accessurum persuasum haberemus, presertim, quod eam nostram in se voluntatem, eam plane observantiam reverendissima dominatio vestra multis argumentis quotidie perspiceret, ut longe maiora ab ea officia iure optimo expectari posse videremur, quam ut legitime collationi nostre, nobis id obnixe petentibus, locum esse sineret in ecclesia sua. Frustratos nos ista esse spe nostra non potest non esse molestissimum. Ac tametsi proxime per Johannem litteratum eadem de re copiose satis reverendissime dominationi vestre nunciaverimus, neque in animum nostrum possumus inducere, usque adeo parum illi acceptam esse singularem nostram voluntatem, ut omnino palamque sese nostre velit authoritati opponere,[1] petimus tamen ob eadem rursum vehementer, ut preposituram hanc minorem Marci Anthonii esse sinat, cui a nobis legittime collata est, quique et sacerdos et ea doctrina, iis moribus est preditus, ut facile in consortium cetumque aliorum in ecclesia reverendissime dominationis vestre possit admitti, et cum nobis hoc tempore summe est necessarius in urbe, tum reverendissime dominationi vestre ibidem, et ubicunque necessitas postularit, non minus, quam alter quisquam potest invenire.

Neque vero est, quod reverendissima dominatio vestra impetratam nobis, vel nepoti nostro preposituram de Thurocz obiiciat, quamvis enim officium illud reverendissime dominationis vestre in nos collatum nobis gratum fuit, uti omnia esse solent, que in nos ab ea proficiscuntur, recordari tamen eadem potest, preposituram illam a domino Reway̆ 4 millibus florenorum fuisse redemptam, ex quibus quingentos tantummodo Maiestas regia contribuit, reliquos nos partim iam solvimus, partim solvendos promisimus provisori nostro, qui interim, dum suam pecuniam recipiat, quam numeravit, duo millia videlicet et quingentos florenos, preposituram ipsam cum pertinentiis possidet, neque nos aliud quicquam habemus ex ea, quam quod ad cultum divinum in ecclesia simul et templum claustrumque instaurandum non

[1] Deletum : «ut preposituram hanc minorem Marci Anthonii».

mediocres hactenus sumptus fecimus facimusque quotidie, uti antea reverendissima dominatio vestra potuit intelligere. Alendo autem nepoti nostro in gymnasio quantas impensas faciamus triennium iam, reverendissima dominatio vestra id quoque potest facile existimare. Ac proinde velit eadem omnibus his de causis id, quod superiori anno nobis obtulerat, collationi nostre predicte consentire pro certoque habere, si reverendissima dominatio vestra vel sibi, vel alicui ex suis in ecclesia nostra pingue aliquod et magnorum reddituum sacerdotium cuperet, libenter collaturos fore et absentem toleraturos, quando omni genere officii probare illi nostram voluntatem nobiscum iam pridem constituimus. Vicissim ut ipsa benivole et fraterne omnibus in rebus aget nobiscum, ab eadem etiam atque etiam petimus vehementer. Valere etc. Posonii, die 3. Septembris 1549.

Strigoniensis etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 144—146.

189.

Pozsony, 1549 szeptember 5.

A helytartótanács az egyházi rendtől megvált és megházasodott Kecseti Márton, volt veszprémi püspök azon kérését, hogy igérete szerint a király nevezze ki udvarmesterré és utaljon ki valamelyes segélyt számára, a király figyelmébe ajánlja.

Sacratissime Rex etc. Intellexit Maiestas Vestra sacratissima multo ante dominum Martinum Kechethÿ habuisse animum ducendi uxorem et ab ecclesiastico ordine episcopatuque Wesprimiensi discedendi. Cuius quidem institutum Maiestas Vestra nequaquam improbare visa fuerat, adeo, ut etiam ob memoriam domini quondam Thome episcopi Agriensis, avunculi sui propterque ipsius servitia, liberalitatem et munificentiam suam ei etiam in seculari ordine constituto benigne obtulerit et Wesprimiensem episcopatum domino Paulo Bornemÿza contulerit. Cum igitur is iam duxerit uxorem, filiam quondam Anthonii Homonnaÿ arcemque defuncti soceri habeat in manibus Barko vocatam, uti clarius ex hoc internuntio suo Maiestas Vestra cognoscet, petenti a nobis eidem domino Martino nostram commendationem apud Vestram Maiestatem negare minime potuimus: Maiestas Vestra pro sua clementia dignetur supplicationibus ipsius clementer respondere oblatumque magistratum curie, cum consueto olim salario

ei confirmare atque insuper subsidium, quod similiter a Maiestate Vestra sibi antea, si ad hunc ordinem rediret, oblatum esse affirmat, ei assignare et locum certum ostendere, unde id possit accipere. Exhaustum enim undique se asserit, dum proximis temporibus episcopatus Wesprimiensis bona seque ipsum et suos ab insultibus Valentini Therek coactus est magnis sumptibus defendere. Servet etc. Posonii, die 5. Septembris 1549.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 148.

190.

Pozsony, 1549 szeptember 7.

A helytartótanács értesíti a királyt Sümeg vára átadásáról és kéri, hogy a váczi püspöknek a csábrági várhoz foglalt birtokait iskolai czélokra adassa vissza.

Sacratissime Rex etc. Intellexit hactenus (ut putamus) Maiestas Vestra sacratissima dominum Martinum Kechethÿ filiam quondam Anthonii Homonnaÿ duxisse uxorem misisseque ad Vestram Maiestatem propterea suum internuntium,[1] quo inter cetera arcem Sÿmegh ad episcopatum Wesprimiensem pertinentem manibus resignet Vestre Maiestatis aut cuius ipsa iusserit. Cum autem arx illa finitima et bene munita situ imprimis loci sit, plurimumque intersit hoc tempore pro conservatione earum partium eam rite omni genere presidii et victualium esse communitam, Maiestati Vestre hac de re scribere voluimus, ut prefati domini Martini internuntio mandat, quo arcem sive ad manus domini Pauli Bornemÿza, seu cuivis alterius resignet, et victualibus et bombardis et reliquis bellicis necessariisque apparatibus ita relinquat firmatam, ne quid periculi illi ac per eam omni circumquaque regioni possit emanare.

Preterea supplicavit nobis per litteras dominus Waciensis, qui nunc cum domino capitaneo generali iussu Vestre Maiestatis una cum ceteris commissariis ad colloquium cum fratre Georgio profectus est, ut quoniam Maiestas Vestra bona capituli ecclesie sue Waciensis ad arcem Chabragh occupare iussit, preces[2] nostras

[1] Cfr. epistolam dd. 5. Septembris, supra nro. 189., pag. 205.

[2] Sic; rectius «partes».

interponamus apud Vestram Maiestatem, quo pauca illa bona per eum benigne possideri patiatur, quandoquidem ex publicis constitutionibus proximi conventus Posoniensis bona huiusmodi capitulorum, vel ecclesiarum desertarum ad reformationem scholarum converti oporteat,[1] quod se facturum offert; cum autem exigua hec admodum bona sint, neque iniqua domini Waciensis postulatio[2] esse oblatioque videatur, dignetur Maiestas Vestra ei, qui continuus fere semper est in servitiis Vestre Maiestatis, id clementer concedere, quod petit. Servet etc. Posonii, die 7. Septembris 1549.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 151.

191.

Pozsony, 1549 szeptember 8.

Az ország rendjei előtárva Magyarország és a katholikus egyház siralmas állapotát, a mely miatt a püspököknek alig van annyi jövedelmük, hogy magukat s udvarukat fönntartsák és a pápai megerősítésért járó díjakat fizessék, mindeniket, de különösen Ujlaki Ferencz győri püspököt III. Pál pápának figyelmébe ajánlják és kérik, hogy díjmentesen küldje el részére a megerősítő bullát, hogy jövedelmeihez juthasson.[3]

Beatissime in Christo pater et domine, domine clementissime. Post oscula pedum beatorum humillimam servitiorum in gratiam Sanctitatis Vestre commendationem. Cum pro comperto habeamus, Sanctitati Vestre notiora esse ea omnia, que complures iam annos adversa nobis et huic reipublice nostre subinde acciderunt, quam ut ad ea commemoranda pluribus verbis opus sit, paucis nobis in presentia cum Sanctitate Vestra agendum esse arbitrati sumus, quippe quam gravissimis orbis terre negotiis assidue prepeditam esse facile intelligimus. Neque vero hoc tempore ulla nos alia ad scribendum Vestre Sanctitati ratio compulisset, quam ea, que precipuo eius instituto maxime nobis videretur convenire. Nam cum non solum nobis, sed plane omnibus hominibus perspecta iam dudum sit singularis et prope

[1] Art. XII. comitiorum Posoniensium anni 1848.

[2] Deletum: «videtur».

[3] Franciscum de Ujlak Ferdinandus I. iam anno 1539. nominaverat episcopum Jaurinensem, sed sedes apostolica solum die 2. Junii 1550. confirmavit. — Cfr. Eubel, Hierarchia catholica medii aevi, III. (Monasterium, 1910), 232.

paterna Vestre Sanctitatis diligentia et eximium illud studium christiane religionis incommodis medendi et vulnera sanandi, idque per hos annos[1] pulcherrime sit a Vestra Sanctitate multis clarisque argumentis universo orbi christiano palam ostensum, si quid, quod ad eam rem pro nostra republica pertineret, a nobis Vestre Sanctitati suppliciter proponeretur, a nostris institutis nostraque in Sanctitatem Vestram et sanctam istam apostolicam sedem veteri fide et observantia alienum fore non putavimus. Intelligit autem Sanctitas Vestra illud imprimis, cum omnibus passim omnium ordinum huius regni hominibus irreparabiles per hos annos accepte sint clades, tum precipue ecclesiasticum ordinem usque[2] adeo ad paucos esse redactum, ut longo tempore vix unus, aut alter in toto regno episcopus fuerit consecratus, atque hinc mira ubique sacerdotum paucitas sit consecuta, quo factum est, ut cultus divini et ecclesie catholice veterum[3] institutorum non mediocris sensim obrepserit contemptus invecteque tandem et in animis multorum insite hereses diverse, que altioribus defixe radicibus haud facile multis in locis evelli queant. Huic igitur malorum seminario presentaneum adhiberi remedium oportere, cum omnes proximis comitiis existimarent idque peterent ab serenissimo rege et domino nostro, qui ipsis coram comitiis prefuit, effectum est communibus omnium suffragiis ipsoque serenissimo rege consciente, ut qui ad episcopatus delecti essent, iidemque quacunque hactenus ratione neglexissent consecrari, sese illico confirmandos a Vestra Sanctitate curarent darentque operam imposterum, ne quid detrimenti ea caperent, que ad ipsorum munus pertinere viderentur.[4] Cum autem palam constet electorum episcoporum fortunas eo loci redactas esse episcopatuumque redditus ita distractos, ut vix bene habeant, unde sese et familiam alant quamvis exiguam, oporteatque serenissimum regem arces eorum finitimas sumptibus suis tenere communitas, tantum abest, ut conficiende pecunie, quam annate nomine pendere oportet, pares sint; ceteros quidem omnes Sanctitatis Vestre in hoc genere cause benignitatem[5] implorantes, sed reverendissimum dominum episcopum Jauriensem, virum pietate et religione prestantem ac de sancta sede apostolica deque republica nostra multis nominibus optime meritum et Sanctitati Vestre cumprimis addictum, his litteris nostris Sanctitati Vestre etiam atque etiam voluimus commendare et ab Eadem

[1] Deletum: «pl.» [2] Deletum: «adeo». [3] Postea insertum. [4] Cfr. Art. IX. comitiorum Posoniensium anni 1548. [5] Interpolatio.

petere vehementer, ut rationibus predictis secum benigne perpensis, presertim vero quod ecclesia Jauriensis omnibus fere bonis et proventibus caret longo iam tempore, quamquam arx et ecclesia ipsa Thurcis finitima aliunde necessario custoditur, domino Jauriensi gratuitam bullarum suarum expeditionem dignetur clementer elargiri, ut quod iam pridem cupit gregem suum lustrare et pro sui ratione muneris regere possit imposterum. Faciet Sanctitas Vestra[1] rem cumprimis Deo[2] optimo maximo acceptam et gratam, deinde vero se et clarissima familia suaque amplitudine dignissimam nosque omnes tali beneficio sibi ac suis posteris in omne tempus obligabit. Deum summum pro felicitate incolumitateque Vestre Sanctitatis votis omnibus precamur. Datum Posonii, die 8. mensis Septembris 1549.

Sanctitatis Vestre humillimi et fideles servitores

Prelati, barones et[3] nobiles regni Hungarie Posonii existentes, fideles sacre Romane etc. regie Maiestatis.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 152—153. — *Theiner:* Vetera monum. Slavorum meridionalium, I. 663.

192.

Pozsony, 1549 szeptember 12.

Az esztergomi érsek tekintettel arra, hogy Révay Ferencznek egyszerre három fia tanul Pádovában, kéri a királyt, hogy évi fizetését emelje fel és egyik fiának adományozza az ó-budai prépostságot.

Sacratissime Rex etc. Quanta fide, studio, diligentia dominus Franciscus de Rewa, locumtenens palatinalis iam inde ab initio Vestre Maiestati iugiter servierit, commemorare Maiestati Vestre minime opus esse scio. Is cum alias, tum vero iudiciorum terminis, qui iam quater in anno celebrantur ducentorumque dierum complectuntur spatium, presentia sua penes me in servitiis Vestre Maiestatis et regni totius ita se gerit, ut non utilis modo, sed plane videatur esse necessarius, ac proinde quavis gratia et munificentia sit Vestre Maiestatis bene dignus. Cum autem is triennium iam liberos suo(s) in gÿmnasio Patavino magnis sumptibus suis alat, idemque cum alibi, tum vero dum hic manet in servitiis Vestre Maiestatis, graves impensas faciat, redditus vero habeat exiguos adeo, ut diutius tantis sumptibus

[1] Deletum: «eum». [2] Deletum: «obt». [3] Interpolatio.

par esse nequeat, nisi Vestre Maiestatis opibus iuvetur, supplicat idem Vestre Maiestati, dignetur primum clementer augere illi stipendium suum, quod ex hac Hungarica camera ei persolvi mandavit, deinde prepossituram Veteris Bude, que collato episcopatu Wesprimiensi in personam domini Pauli Bornemÿza ad Vestre Maiestatis collationem devoluta erit, uni ex filiis suis, qui Patavii student, quique et moribus et ingenio et in bonis litteris profectu non mediocrem apud omnes laudem consecuti sunt, iamque etate minimus inter eos decimum sextum annum excessit, benigne conferre. Quod ut facilius a Vestra Maiestate impetret, effecit idem dominus Rewaÿ, ut dominus Jauriensis abbatiam de Porno capellano Vestre Maiestatis, cui prepositura predicta designata esse videbatur, resignare se obtulerit paratum. Maiestas Vestra pro sua summa benignitate utraque in re preces supplices ipsius domini Rewaÿ dignetur clementer exaudire et pro voto illi respondere. Servet etc. Posonii, die 12. Septembris 1549.

Strigoniensis etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 155.

193.

1549 szeptember 12.

Ujlaki Ferencz, választott győri püspök, Farnese Sándornak. Unokaöcscse Rómába utazván, nem akarja elmulasztani őt megbizni azzal, hogy az ő nevében is nyilvánítsa hűségét és tiszteletét. Nagyon kéri, legyen jóindulattal azon ügyek iránt, a melyek egyházát és hiveit érintik.

Franciscus de Ujlak electus Jauriensis Alexandro Farnese. Nepote suo Romam profecto, noluit intermittere, quominus eidem mandet, ut suo nomine quoque nuntiet fidelitatem suam necnon reverentiam. Valde rogat, ut benevolentiam exhibeat in rebus, quae ecclesiam fidelesque suos spectant.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 48.

194.

(Sajó)-Lád, 1549 szeptember 14.

Bálint ládi pálos vikárius levele György thali vikáriushoz különböző ügyekben.

Salutem (et oratione)s in domino Jesu etc.

(Venerabi)lis...... frater in Domino...... contra Georgium Horvath...... psimus plus quam quadraginta coram venerabili capitulo...... adhibito insuper et homine regio, qui testati sunt

coram predictis personis omnes unanimiter uno ore, quod Leonardus Feuch unquam fuerit intra nostros limites neque contra nos quicquam indignationis habuerit...... Georgius Horvath sua vesania illectus boves nostros XXIIII pepulerit, ex quibus adhuc tres ... (re-)tinet superstites apud eum, super quibus excepimus fassionales litteras capituli Agriensis tueque transmisimus paternitati presentandas iudicibus sedis regie Maiestatis. Quod si tua paternitas perfecte intellexerit, rem nobis ex sententia succedere, nullo modo cum eo concordet eo, quod predictus Georgius Horwat multos oppresserit litibus, precipue unum miserum nobilem adeo oppressit similiter lite eum sententiando (licet minus iuste), ut omnem substantiam[1] eiusdem nobilis sit habiturus, nisi nostrum hoc negotium intercesserit in medium. De Benedicto autem Seredi tua paternitas sic accipiat: molendinum exstructum super fluvium Bodrogh omnino non vult remittere, eo quo ipse extruxerit idem. Ipsi quoque fatemur, predictum molendinum plus quam annis triginta destructum esse, nisi tantummodo aliquam congeriem lapidum superesse pro fundamento, cuius loco nobis licentiam dat exstruendi super predictum fluvium, ubicunque voluerimus. Preterea, cum omnem possessionem occupaveramus, tam villas, quam vineas, nullam contradictionem habuimus, id preterea in omnium duos colonos potentionaliter occupavit ad unius tantummodo muliercule fassionem, cum presentes non fuissent nostre privilegiales littere, cui cum contradixissemus tam super faciem possessionis, quam etiam in capitulo Jaszoiensi, petentes litteras contradictorias, non potuimus obtinere, cum sexto die introductionis requisissemus idem capitulum. Noluit enim dare propter favorem domini Seredi. Super hac re querimoniam faciat tua paternitas coram iudicibus regie Maiestatis. Insuper duas vineas videlicet...... a et Jakab Andras prohibuit...... is suis reddend...... nil redderent, cum prompti essent et restituen...... us labores eorum, quum enim peteremus predictos..... audacter asseruit promptum se concedi evocare fratremque suum dominum magnificum Casparum a...... val...... ducentorum flo. expendere pro supradictis vineis eo...... ad XX annos inculte mansissent, noviterque edifica..... secus sit, ut prius enim fuerunt...... et nunc nisi solumm(odo......) lum renovate. Denique molitur accipere decimas omnium vinearum nostrarum, nisi privilegiales littere adfuerint, cum semper exempte fuissemus a predictis decimis. Nam et coloni domini Seredi cum iuramento fassi sunt coram iam sepedicto Benedicto Seredi omnes

[1] In originali erronee: «substam».

vineas Sanctam Annam concernentes exemptas esse ab omni decima. Tua paternitas suggerat domino Seredi, demandet per litteras suo germano sepedicto Benedicto Seredi, eximat manum a predictis decimis. Utrum vero petenda sit evocatoria, utrum ad notam vocetur predictus dominus Caspar vel Benedictus pro talibus rebus? vos videritis.

De nostris autem possessionibus circa Laad existentibus manifestum sit tue paternitati: magnificus dominus Caspar Seredi occupavit a nobis unum predium Harangod vocatum adiacentem ville nostre Bas et hoc noluit remittere Benedictus Seredi affirmans, quod non esset assignatum in litteris adiudicatoriis, cum tua paternitas scribat, omnia restituenda, sive sint nominata sive non. Pro hoc ipso predio tua paternitas conferat cum domino Seredy, ut remittat in pace nobis predictum predium, quia nihil iuris habet circa illud. Quod si noluerit, statim excipiat litteras preceptorias metales. Predictum vero predium habet commetaneas villas, videlicet Luch, Harkan, Szada, Benye, Meggesszo, Gesztell. Preceptoria vero petenda est ad capitulum Agriense, homines regii: Christophorus Tolkoto, Benedictus et Thomas de Sysar, Benedictus Szalay, Franciscus et Dominicus de Monok, annus autem occupati predii agitur ferme XVI., proinde obstacula pisci...... m in possessionibus Bas et Kynys existentibus omnino d(...... tam) preterito quam moderno etiam pro hoc negotio agente vel confer (...... Cas)paro Seredi, quia suos...... manus dominus Bene(dictus Seredi......) ne repellit recusatque omne ius. Item unius ville...... quarta pars fuit nobis testamentaliter legata, ita tamen, quod...... coniugi plenarie, legavit enim nobis partem quartam (...... venera)bilis Michael Corneth, litterasque suo annulo...... is pro testimonio dedit, quas apellamus testamentales...... litteras originales Mathie regis, quomodo ad eum devoluta fuerit hereditas non ab abavo, neque a patre, sed propria pecunia empta. Habemus super hoc et regium consensum litterasque introductorias simul et contradictorias, sed et sententionales magnifici domini Emerici de Peren palatini, quomodo cecidit super eos sententia per non venit, hoc est Joannem, Alexium et Stephanum cognomen More, sed quia tempore cruciferorum fratres nostri fuerunt expulsi ab hereditate, omiserunt sua negligentia. Nobis videretur, quod super hac re potest lis movere iuxta litteras sententionales, sententia enim non moritur, licet preterierit terminus annorum 31. De hoc re consuleret procuratorem Ambrosium Beyci nomine, amici sui simulque et tue paternitatis notarii de

Lelez, affirmat enim hoc posse fieri. Quod si consulte actum fuerit statim evocatorias litteras excipiat tua paternitas contra egregios dominos Benedictum, Joannem, Philippum vocatum More progeniemque eorundem, quorum nomina nescimus. Postremo pro vinea in Aszalo multum contendit nobiscum Paulus Sas, qui non vult habere pecuniam XXXVI florenorum, quam tradidit fratri Petro priori pro pretio eiusdem vinee, nisi solum a priore. Nos parati sumus eidem restituere suam pecuniam atque iure hereditario possidere eandem. Etiam de hac re tua paternitas conferat cum domino Seredi, ut demandet predicto Paulo Sas, rehabeat suam pecuniam, ne nos amplius molestet. Vale. Ex Laad, in festo exaltationis sancte crucis, anno Domini millesimo quingentesimo 49.

Frater Valentinus vicarius,
confrater tue paternitatis.

Kívül: Venerabili patri fratri Georgio eremite, vicario de Tall, mihi in Christo colendissimo etc.

Eredetije víztől rongált egy ív papiron, kívül papirral fedett fekete viaszba nyomott zárópecséttel, melyen két egymással szemben álló és kezet fogó szent alakja látható. A levél szélén más, de egykorú kézzel írt rövid tartalmi megjegyzések olvashatók, ú. m.: «Georgius Horwath, Molendinum super Bodrog, primum attendens, litterae reambulatorie, Ewrews, et Stephanus More, Vinea in Azalo». — *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum 187. csomó, régi jelzete: Actor. Provinc. conv. de Lád, fasc. 17. Nr. 3.

Közli: Iványi Béla.

195.

1549 szeptember 21.

Polner Gábor, újvárosi plébános, a segesvári kórháznak halastavat adományoz.

In nomine Domini. Amen. Quod quia prudentes et circumspecti domini, videlicet Georgius Philippi magister civium, Paulus Bolkas regius, Ambrosius Aylisser iudices ceterique iurati consules civitatis Segeswariensis ex certo speciali amore et pietate precibus meis inclinantes communitati Naystad in districtu sedis Scenk annuerunt equiriam, hoc est, equos et equas suas perpetuis semper futuris temporibus oportunis annuatim in soliditate vel loco deserto pacifice, quiete et sine quavis impetitione servari, custodiri et pasci, ideoque ego Gabriel Polner artium liberalium baccalarius, plebanus de dicta Naystad volens beneficium beneficio, gratitudinem gratitudine recompensare ac in presentia venerabilium dominorum plebanorum, videlicet domini Stephani artium

liberalium, baccalaurii, plebani de Ryquyno, domini Michaelis surrogati capituli Kosd, plebani de Segesd, domini Urbani plebani de Pold, domini Anthonii plebani de Zasdayla, predictorum dominorum Segesvaryensium, pauperibus infirmis, mutilis, surdis, claudis ac debilibus in hospitali eorundem degentibus, piscinam meam propriam in dicta soliditate vel loco deserto situatam sew fundatam, dono do, confero et approprio et in usus ipsorum perpetuos irrevocabiliter converto, ymmo do, confero, converto et approprio presentium per vigorem, reservata tamen mihi quartalitate piscine, vita adhuc mihi comite; ubi autem celestia contingat me petiturum, pro tunc totalis piscina cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus dictis pauperibus in dicta hospitali agentibus debeat appropriari. Ne autem futuris temporibus inquietudines, seu lites et controversie, ratione presentis donationis per quempiam incitentur, vel minari possint, presentes has litteras meas sigillo almi capituli Kosdensis roboratas predictis dominis Segeswariensibus duxi concedendas. Datum ex possessione Naystad, ipso die Mathei apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Fabricius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 228—229.

196.

Prága, 1549 szeptember 27.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a csábrági vár javainak ügyében kimerítően értesítse.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex adiuncta copia litterarum egregii fidelis nostri Johannis Krusith prefecti arcis nostre Chabragh intelligetis, quo pacto pertinentie predicte arcis, quas alioqui admodum exiguas esse scribit, bono titulo augeri possint, nimirum, si bona et iura possessionaria dominorum capitularium capituli Waciensis ac Veteris Bude etc. ad Maiestatem nostram iure mediante devoluta arci prefate addita fuerint. Quare si in hoc non satis plenam ac sufficientem informationem habetis, volumus ac committimus vobis, ut eidem Johanni Krusyth pro maiori informatione scribatis, qua habita nos postea eius cum consilio et opinione vestra certiores faciatis,

facturi in eo clementem voluntatem nostram. Datum in arce nostra regia Prage, die XXVII. Septembris, anno quadragesimo nono, regnorum nostrorum Romani decimo nono, aliorum vero vicesimo tertio.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Melchior von Hoberckh
per manu propria
E. von Gera mp.
B^ta Dunant mp.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehen Falwa, episcopo Nitriensi, prefecto caeterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel, *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1549. szept. 27.

Közli: Iványi Béla.

197.

Pozsony, 1549 szeptember 28.

A nyulakszigetén, majd Várad mellett a Keresztelő szent János-kolostorban lakó apáczák által Bornemisza Sebestyén ellen folytatott perben hozott itélet végrehajtására kiküldött biztosok jelentése, hogy a nevezett alperes a végrehajtást kivont karddal megakadályozta.

Magnifico domino Francisco de Rewa, comiti comitatus de Thwrocz, nunc vacante officio regni Hungarie palatini locumtenenti etc., domino ipsorum honorando capitulum ecclesie Posoniensis debitam reverentiam cum honore. Vestra noverit magnificentia nos litteras eiusdem adiudicatoriales modum et formam vestre iudiciarie deliberationis super quadam possessionaria restatutione in se exprimentes pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium alias in claustro beatissime virginis Marie de insula leporum, nunc vero in claustro ad honorem nativitatis beati Joannis Baptiste Varadini fundato degentium, contra egregium Sebastianum Bornemyzza hic Posonii feria quinta proxima post festum nativitatis beatissime virginis Marie proxime preteritum in papiro clause confectas et emanatas nobisque amicabiliter loquentes et directas, honore, quo decuit, recepimus, et iuxta earundem continentiam nos amicabilibus petitionibus vestre magnificentie semper obedire volentes, una cum nobili Melchiore Farkas de Alysthal, homine vestre magnificentie inter alios in pretactis litteris adiudicatorialibus specialiter denominato, per eandem ad

id specialiter transmisso, nostrum hominem, videlicet venerabilem magistrum Gregorium Bozorad de Buda, socium et concanonicum nostrum ad ea, que in litteris adiudicatorialibus vestre magnificentie continentur, fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedigno duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis sub iuramento concorditer retulerunt eo modo: quod ipsi feria quinta proxima ante festum beati Mathei (apostoli) et evangeliste ad facies possessionis Pethen vocate, in comitatu Posoniensi existentis, habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis, signanter nobilibus Benedicto Bodo de Naghpadan, Emerico Kalman, Matheo Both de dicta Naghpadan inibi legitime convocatis et presentibus accedentes, dum igitur idem homo vestre magnificentie presente nostro testimonio eandem possessionem Pethen de manibus dicti Sebastiani Bornemyzza, in causam attracti, excipere simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus restatuere prefate ecclesie beate Marie virginis et per consequens dictis dominabus actricibus, omni eo iure et iurisdictione, quo ab olim ad eandem pertinere dinoscitur, perpetuo possidendendam, contradictione et inhibitione prefati Sebastiani Bornemyzza et aliorum quorumlibet previa ratione non obstante, voluisset, tunc prefatus Sebastianus Bornemyzza in sua propria persona et nomine premisse restatutioni evaginato gladio repulsionis velamine obviasset; seriem itaque premissorum, ut fuit expediens, ad quindecimum diem diei huiusmodi restatutionis legitime perdurantem vestre magnificentie suo modo rescripsimus, pretactas etiam litteras adiudicatoriales cum capite sigilli nostri, ut moris est, in margine consignatas, in specie remittentes. Datum decimo die diei executionis prenotate, anno Domini 1549.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 30.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

198.

Vázsony, 1549 szeptember 29.

Gergely, a pálosok főperjele, a nagyvázsonyi pálos kolostortulajdonát képező agyagliki malmot a hozzátartozó földdel együtt bérbe adja Borbély Andrásnak és fiági örököseinek.

Frater Gregorius ordinis fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite regulam beati Augustini episcopi professorum prior generalis, omnibus et singulis, quibus expedit, universis

memorie commendamus, quod nos cum tempore nostre visitationis in claustrum nostrum prope Nagh Wason fundatum advenissemus, relatum est nobis a fratribus nostris heremitis in eodem commorantibus, tandem, ut decuit, etiam oculis conspeximus propriis, fore unum molendinum ad eandem Wason ab antiquo pertinens, iuxta latus civitatis Pape, supra fluvium Tapochafew, nomine Agyaglyk habitum, quod diu tandem ab aliquot annis per Turcas cineri redactum iacuit desertum, desolatum penitusque derelictum et nulli subiectum utilitati, ea siquidem consideratione quidam providus vir nomine Andreas cognomento Barbel, civis de Papa in presentiam veniens nostram rogavit et expetiit, ut eidem hoc nostrum molendinum terris ad id in circuitu adiacentibus et pertinentibus pro annualis census certa ac debita solutione tanquam magistro molendinario perpetuo iure hereditario concederemus, daremus, donaremus ac locaremus, cuius petitioni affectu libenter annuimus, sic tamen, ut ipsum desolatum molendinum, curis laboribus et expensis propriis (ut moris est molendinum aliquod reformare, denuo fundare) reformaret, erigeret et extrueret. Igitur nos unanimi voto parilique consensu omnium vicarii et fratrum in predicto claustro nostro Wason existentium et commorantium annuendo, supradictum molendinum Agyaglyk cum terris octo iugerum vel citra ad hoc pertinentibus in comitatu Vesprimiensi existens habitum, cum omnibus suis utilitatibus, iure perpetuo hereditario conditionibus, cautelis, clausulis et articulis subinsertis et subter nominatis concessimus, admisimus, dedimus, donavimus ac locavimus, immo concedimus, admittimus, damus, donamus et locamus ipsi prefato Andree Barbel, civi civitatis Pape, filiis ac nepotibus suis in filios filiorum, virili sexus duntaxat, pro annuali, ut prefertur, census solutione, puta, ut usque ad defecti seminis terminum et metam, teneatur quolibet anno, a die compositionis huius et harum nostrarum litterarum nostrarum emanatione, videlicet a die festi beati Michaelis archangeli in autumno, anno vero infra in fine presentium posito (obligavitque se) fratribus nostris heremitis in iamdicto monasterio nostro Wason degentibus ad octo annos futuros annuatim solvere secundum mensuram civitatis Pape boni et integri tritici puri et alterius communis frumenti boni cubulos integros septuaginta quinque, videlicet tritici boni et puri cubulos XXV et alterius communis frumenti similiter boni quinquaginta, aut solvat triticum et aliud frumentum in numero plus vel minus iuxta consuetudinem et morem aliorum molendinorum ibidem existentium, sub tribus

solutionibus trium festivitatum anni, puta primo in festo purificationis Marie cubulos XXV, secundo in festo penthecostes cubulos XXV, tertio in festo beati Michaelis archangeli cubulos XXV. Item expletis octo annis, aliis certis futuris temporibus semper quolibet anno annuatim tenetur reddere imperpetuum et solvere cubulos et tritici et frumenti communis centum, videlicet tritici puri et boni cubulos triginta quatuor et alterius communis frumenti similiter boni sexaginta sex et istos sub quatuor solutionibus quatuor festivitatum anni, puta in festo Nativitatis Domini cubulos viginti quinque, in festo pascatis cubulos XXV, in festo nativitatis Johannis baptiste cubulos XXV et ultimo in festo beati Michaelis archangeli similiter cubulos XXV perpetuis futuris temporibus. In ultima autem satisfactionis cuiuslibet anni preteriti solutione, hoc est in die beati Michaelis archangeli semper quittantia seu expeditoria expetatur et reddatur a fratribus et vicario, aliter nullam habeat iurisdictionem, ita tamen, quod si ipse Andreas Barbel et sui successores heredes alicuius anni preteriti aut futuri annualem census tritici boni et puri et alterius cuiusvis boni frumenti cubulorum pretactorum solutionem saltem uno anno reddere negligerent, aut omnino continerent, quibuscunque excusationibus exclusis, extunc statim absque omni contradictione et lite semota, harum vigore litterarum, ipsum molendinum simul cum utilitatibus, attinentiis et iurisdictionibus ad nos devolvatur perpetuo, ut prius, possidendum, tenendum et habendum, nemine obstante, et cuicunque alteri voluerimus, locandi facultatem habeamus, hoc insuper adiecto, quod si contigerit predictos nostros fratres heremitas ex hoc claustro Wason per Turcas aut alia quavis causa inde recedere et claustrum desolatum relinquere, extunc prout exnunc ipsi reverendo patri priori generali pro tempore constituto et existenti, vel vices ipsius gerenti, aut cui vel quibus ipse vel ipsi dare commiserint, ipse sepedictus Andreas Barbel et filii eius ac nepotes eorundem successores quolibet anno annuatim predictos cubulos centum tritici et frumenti annui census teneantur solvere modo predicto, semper super hoc expetita expeditoria, secus prorsus nullum habeant possidendi facultatem. Proinde ipsi Andree Barbel et suis successoribus heredibus supra nominatis hoc nostrum molendinum Agyaglyk cum terris ad ipsum pertinentibus et utilitatibus iure perpetuo annue solutionis termino irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum locavimus, sic tamen, quatinus prescriptis heredibus virilis sexus deficientibus ipsum molendinum unius rote absque aliquo defectu,

non fractum, non desolatum, sed optime ab ipso ultimo herede preparatum ac dispositum nobis relinquatur sub hac conditione, quod cum novissimus heres virilis sexus ex hac decesserit vita, immediate in fine constitutus primum suum testamentum, non obstantibus aliis quibuscunque causis et rationibus, de bonis et patrimoniis a Deo sibi datis pro reformatione molendini (si necesse fuerit), expensarum iuxta estimationem civium iuratorum et magistrorum carpentariorum molendinorum, quibus ipsum molendinum ex fundamento reformari et disponi possit, condat et faciat. Postremo autem vel per Turcarum potentiam, aut aliorum quoruncunque insolentium hominum, aut per seipsos quovis modo sew via ipsum molendinum faville aut desolatui daretur, aut per inopiam vel ultimam egestatem eorundem heredum desolaretur, ut sic remittere cogerentur semper curis, laboribus et expensis propriis ipsorum Andree Barbel, filiorum ac nepotum (etiam secundum estimationem et valorem rerum et patrimoniorum) promptis deficientibus pecuniis suis et suorum successorum denuo fundatum, elaboratum, dispositum et optime extructum relinquatur per nos possidendum. Summa autem horum est, sive per defectum seminis, sive per inopiam ipsorum heredum, aut per incendium a quocunque sew quibuscunque quovis modo vel via perpetratum contingente vel factum sive de propinquo sive de longinquo nobis remitteretur aut remittitur, semper ipsum molendinum a fundamento denuo reformatum harum vigore litterarum relinquatur et ad nos iterum devolvatur. Preterea tam ipsum molendinum, quam terras ad ipsum pertinentes nemini alicui alteri, alieno etiam consanguineorum suorum vendere aut quovis modo alienare (etiam ipsis viventibus) valeant aut possint, huius inter nos compositionis vigore et presentis inhibitionis vinculo interdicimus. Demum in hiis omnibus a nobis locatis ipsum prefatum Andream Barbel, filios ac nepotes suos in filios filiorum promittimus, nos deinceps et de futuro contra quoslibet impetitores sub expensis utriusque partis, nostrarum videlicet et suarum tuituros, protecturos ac defensuros. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes has nostras litteras, sigilli nostri ordinis munimine roboratas duximus eisdem concedendas. Datum in cenobiali nostro domo Wason, in festo beati Michaelis archangeli in Septembri, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije hártyán, alul piros selymen a fekete viaszba nyomott (középkori) rendi pecsét függ. *Országos Levéltár:* Acta Paulinorum : 571. csomó, régi jelzete : Acta Paulinorum sub monast. Vason fasc. 2. Nr. 5. Közli : Iványi Béla.

199.

Kőszeg, 1549 október 4.

Földváry Bálint és Bejczy Ambrus levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt a borsmonostori apátság miatt folyó ügyről írnak.

Hodie tamen mane domini commissarii nostri convenerunt ex Germanis, ex quo duo, unus commissarius, alter vero secretarius debilitantur. Ad horam octavam convenerunt, ubi per dominos commissarios Germanicos facta est mentio ex parte abbatie Bors Monostora. Hoc audito dominus Merei dixit, si quis habet quid dicendum, dicat.

Statim dominus director satis habundanti sermone causatus est, eam abbatiam pertinere ad Hungariam, et quod domini commissarii deberent eam ad Hungariam adiudicare, scripta tamen dominus director nulla porrexit, exhibuit enim litteras adiudicatorias Ludovici regis, ex quibus constabat, quod abbas illius temporis egit causas contra nobiles convicinos Bude coram rege Hungarie; finita sua oratione tandem nomine publico protestatio per Georgium de Bewd perlecta et exhibita est, cuius protestationis copiam antea v. s. et m. d. miseramus, nos quoque subsecuti sumus cum nostra protestatione ex maturo consilio dominorum confecta.

Tandem dominis commissariis solis permanentibus, parumper inter se tractantes exvenerunt. Intelligimus, quod domini Germanici commissarii dissentiunt et dicunt, non habere auctoritatem iudicandi de iurisdictione illius abbatie.

Papiroson, zárópecséttel, *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, B. 3. csomó.

Közli: Iványi Béla.

200.

(Pozsony), 1549 október 12.

Várday Pál esztergomi érsek halála.

«Eodem anno (MDXLIX.) dominus Paulus de Varda archiepiscopus Strigoniensis XII. die Octobris, annum agens sexagesimum sextum, Posonii mortuus est et ibidem sepultus.»

Nicolai Oláhi Chronicon. Apud *M. Bél:* Adparatus ad historiam Hungariae (Posonii, 1735.), 41.

201.

Pozsony, 1549 október 14.

Az egri káptalan jelenti, hogy az azelőtt Fejér-Boldogasszony monostorában Buda mellett, most pedig Ecsegen lakó pálosokat felszólította azon pénz felvételére, melyért Pásztohi Fe‚encz kenderesi, ecsegi és bei jószágait zálogban birták.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Agriensis Franciscus de Rewa... salutem... Dicitur nobis in persona egregii Francisci, filii generose domine Clare alias Georgii Pazthoh, nunc vero Gregorii de Mykola condam egregiorum relicte ex prefato Georgio de Pazthoh suscepti, quomodo ipse exponens de et super illa pecuniarum summa, pro qua videlicet totales portiones sue possessionarie in oppido Kenderes simul cum domo et curia nobilitari ibidem adiacente ac possessione Echegh et Bew vocatis omnino in comitatu Hewesiensi existentes habite simul cum earundem pertinentiis apud manus religiosorum fratrum heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite alias in claustro beatissime virginis Marie supra Budam fundato Feyer Bodaghazzon vocato, nunc vero in predicta possessione Echegh commorantium ex inscriptione prefate domine Clare pignoris titulo haberentur, eisdemque fratribus heremitis omnimodam satisfactionem impendere easdemque portiones possessionarias ab eisdem pro se rehabere vellet... Admoneat homo vester predictos fratres heremitas, ut intra quindecim dies portiones possessionarias prefato Francisco de Pasthoh remittat. Alioquin citet eos ad curiam regiam. Datum Posonii, feria sexta proxima post festum assumptionis beatissime virginis Marie,[1] anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Capitulum refert, quod Gregorius de Wach concanonicus suus praedictos fratres eremitas «feria quarta proxima post festum beati Francisci confessoris proxime preteritum»[2] secundum praeceptorias litteras admonuit. Datum sexto die executionis prenotate, anno Domini supradicto.

Eredetije papiron, melyről a záròpecsét elveszett. *Országos Levêltár:* Acta Paulinorum, 189. csomó.

Közli : Iványi Béla.

[1] 1549 augusztus 16.
[2] 1549 október 9.

202.

Boroszló, 1549 október 14.

Moiban Ambrus, boroszlai pap, köszöni a selmeczbányaiak abbeli értesítését, hogy Ampfer Farkas személyében jó papot kaptak.

Ambrosius Moibanus pfarher zu Breslau, gratias agit senatui Schemniciensi pro nuntio, se in persona magistri Wolgangi bonum pastorem animarum invenisse et hunc non post multos dies ad eos pervenire.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

203.

Jászó, 1549 október 15.

Josephyt Ferencz, zengi püspök és jászai prépost, a jászai konvent a szatmármegyei Vasvár egy részének elajándékozásáról tesznek bizonyságot.

Franciscus Josephyt episcopus Segniensis, prepositus et conventus ecclesie beati Joannis Baptiste de Jazow testantur de donatione portionis possessionis Waswary in comitatu Zathmariensi per familiam Perényi Petro Kakony de Karaz, procuratori suo, facta.

Eredetije a *Perényi levéltárban,* a Nemzeti Múzeumban.

204.

Pozsony, október 15.

A kormánytanács a királyt Várday Pál esztergomi érsek, helytartó haláláról, javai őrzéséről, a további teendőkről értesíti és kéri, hogy a jövő országgyűlésen választasson nádort.

Sacratissime Rex etc. Reddite sunt nobis hoc triduo bine littere Vestre Maiestatis, altere nobis omnibus, altere vero dominis Jauriensi et Nitriensi ceterisque consiliariis camere Vestre Maiestatis inscripte, quibus utrisque in casu mortis reverendissimi domini locumtenentis, quid de rebus et pecuniis ab eo relictis fieri, cuiusmodi ordo in consilio usque ad felicem Vestre Maiestatis adventum servari, utque iudicia pro festo beati Luce celebrari debeant, iubet et se ad festum beati Andree apostoli pro celebrando conventu generali huc Posonium affuturam significat.

Quod igitur ad dominum locumtenentem attinet, ex litteris nostris intellexit iam Maiestas Vestra et aliunde obitum illius, cuius res omnes in edibus illius hic relicte, cum e vestigio

post[1] eius interitum fuerint per dominos consiliarios camere in suis arcis obsignate, prout queque reposite erant, earumque custodia probis et precipuis servitoribus[2] ipsius quondam domini locumtenentis commissa usque ad illius tumulationem, que hactenus variis de causis in crastinum diem reiecta est. Simul ac extremum hoc officium fuerit per nos cras ei persolutum, tum redigendis in inventarium omnibus illius rebus cura adhibebitur iuxta mandatum Vestre Maiestatis eiusque inventarii exemplum ad Maiestatem Vestram illico mittetur. De fide autem et fidelitate Maiestati Vestre servanda ipsos servitores et officiales precipuos, qui hic sunt, admonuimus et reliquos admonendos curabimus et simul ex dominis camerariis Vestre Maiestatis mittendum aliquem curabimus cum provisore Strigoniensi, qui iuramentum exigat a castellanis novi castelli, Dreghel et Saagh inventariumque conscribat super his rebus omnibus, que in locis illis fuerint reperte. Neque enim visum est ipsos castellanos ex locis illis nunc a nobis huc vocari oportere propter temporum conditionem. Ad quorum quidem locorum conservationem solutionemque necessariam tum castellanorum, tum aliorum presidiariorum, uti Maiestas Vestra iubet, ex proventibus archiepiscopatus ipsum provisorem, cuius id cure antea quoque incubuit, curam gerere et de omnibus rectam tenere rationem usque ad ulteriorem Maiestatis Vestre commissionem deliberationemque iniunximus.

Quod autem ad ordinem[3] in consilio servandum spectat, faciemus id, quod Maiestas Vestra iubet, tanquam fideles et obedientes in omnibus servitores sui, felicemque ipsius adventum alacri animo expectabimus.

Super celebratione iudiciorum pro termino hoc festi beati Luce propter domini locumtenentis obitum satis nos quidem hesitabamus, quid faciendum nobis foret, verum litteris Maiestatis Vestre acceptis omnibus dominis iudicibus ordinariis et magistris protonotariis denunciavimus, ut ad diem constitutum presto hic adesse curent.

Ceterum intellexit Maiestas Vestra, quid nuper, cum dominus iudex curie[4] huc nobiscum convenisset, desperatumque iam de vita esset domini locumtenentis, ad Maiestatem Vestram communiter scripseramus, cum ceteris de rebus, tum de palatini creatione, qui idem et locumtenens ex veteri regni consuetudine futurus

[1] Deletum: «abitum». [2] Deletum: «illius». [3] «Ad ordinem» in originali repetitur. [4] Interpolatio.

esset. Cum igitur allatis litteris Maiestatis Vestre de celebratione proxime futuri conventus, quas domini camerarii in omnes partes perferendas curaturi sunt, partem etiam iam expedierunt, nihil in ipsis litteris, quas aliquot ex nobis ad nos scriptas legimus de creatione palatini a Vestra Maiestate expressum esse videamus arbitremusque eiusdem sententie reliquas etiam esse, que tam dominis, quam comitatibus inscripte sunt; visum est pro nostri officii ratione ad Maiestatem Vestram scribere, quod si in proximo conventu Maiestas Vestra de palatino creando secum aliquid constitutum habet, necesse esset, ut ad dominos et comitatus omnes, quorum communibus votis palatinus ex veteri consuetudine eligi solet, aliis litteris regiis Maiestas Vestra hac de re expresse scriberet, ut parati venirent ad conventum, quas litteras, dummodo a Vestra Maiestate tempestive afferant, in tempore satis in omnes partes domini camerarii perferendas poterunt curare. Sin autem aliud aliquid Maiestas Vestra cogitat consilium, tamen hoc nostrum clementi a nobis accipere dignetur (animo). Servet etc. Posonii, die 15. Octobris 1549.

Consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 164—166.

205.

Wittenberg, 1549 október 16.

Bugenhagen, Maior és Melanchton Ampfer Farkast ajánlják a selmeczbányai papságra.

Den erbaren weisen und fürnemen Herrn Burgermeister und Radt der löblichen Stadt Schemnitz, unsern günstigen Herrn, Gottes Gnad durch seinen eingeborenen sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhaftigen helfer zuvor. Erbare, Weise, Fürneme, günstige Herrn. E. Erbarkeit fügen wir zu wissen, dass wir aus ettlichen guten bedenken unsere meinung belangend den wirdigen Herrn Egidium Fabri geendert haben, wie E. Erbarkeit durch den gesandten Mgrum Georgium Tridentium genugsam bericht empfahen wirt. Dweil aber ein ander ehrlicher Mann diese zeit in der Universität gewesen, mit nahmen Mgr. Wolfgangus Ampferacus, der im predigerampt zuvor ettlich Jar in einer erlichen Stadt, genannt Dinkelsbühel, treulich und christlich gedienet hat, haben wir geradten, dass in E. Erbarkeit gesandter hören sollt, welc es also geschehen, und ist von gedachtem

gesandten angezeigt, das E. Erbarkeit zu gefallen geschehen wirt, obgleich nicht Egidius, sondern ein anderer gottforchtiger, gelarter, verstendiger und sittiger Mann uff unser bedenken, mit im gesandt wurde. Nu ist dieser Magister Wolfgangus uns wol bekandt, und haben in der Schul und uff dem predigstul gehort, und befunden, dass ehr in christlicher reiner lahr, die in Ewr Kirchen bis anher gepredigt ist, einen guten verstand hat, und ist darin bestendig, dazu ist ehr wohl beredt, sittig und nicht zenkisch und hatt eine tugendhafte, züchtige ehefrau. Darum wir neben E. Erbarkeit gesandtėn bedacht, dass ehr Ewr Kirchen zu versorgen mit Gottes hulf tüchtig sein würde und beuhelen in also E. Erbarkeit mit wünschung göttlicher gnaden. E. Erbarkeit wollen des verzugs halben, dass Ewr gesandter nicht ehe widerumb khommen, gedult haben, denn Magister Wolfgangus hatt vor dem leipziger Markt nicht abreisen können, und wo wir Ewr Kirchen dinen können, sind wir willig. Bitten auch mit Herzen den Sohn Gottes wolle Ewre Kirchen und Stadt und Euch alle gnädiglich regieren und bewaren und Ewr Erbarkeit gnad verleihen, dass ir christliche lar und rechte gottesdienst Ewr Kirchen unverendert erhaltet. Amen. Datum Witeberg am tag Sancti Galli (okt. 16). Anno MDXLIX. Joannes Buggenhagen Pomer. D. — Georgius Major D. — Philippus Melanthon.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában.* Több hibával közli *Breznyik:* A selmeczbányai ág. ev. egyház és lyceum története, I. 83.

Közli: Karácsonyi János.

206.

Prága, 1549 október 16.

I. Ferdinánd király az elhunyt esztergomi érsek javait és az érsekség vagyonának gondozását illetőleg intézkedik.

De obitu reverendissimi domini Strigoniensis et inventatione rerum et ordinatione officiorum ac provisione arcium et proventuum commissio.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Ea, que nobis de obitu quondam domini Strigoniensis locumtenentis nostri scripsistis, non sine mestitia intelleximus, at cum divine

voluntati parendum sit, mortem eius equo animo ferendam esse censemus. Ubi scribitis vos primarios servitores demortui Strigoniensis fidei et fidelitatis nobis servande ac fidelis conservationis rerum et bonorum eiusdem admonuisse, vestram in ea re diligentiam et sollicitudinem probamus, verum quantum ad res et bona eiusdem quondam Strigoniensis attinet, quemadmodum prioribus litteris nostris vobis commiserimus, ita nunc quoque committimus, ut mox acceptis presentibus cum ceteris fidelibus consiliariis nostris universas res et bona, tam Strigoniensis ecclesie et aliarum, si quas apud se habuit, quam etiam suas proprias, cuiuscunque sint nominis et speciei, inventare et in regestum conscribere eiusque copiam sine mora ad nos mittere debeatis. Nolumus enim eas per quospiam dissipari, sed integras conservari, nam pro nostra erga omnes pietate et equitate constituimus, ex eis fratribus et affinibus necnon servitoribus ipsius pro merito cuiusque providere, quantum vero ad proventu archiepiscopatus conservationemque locorum finitimorum eiusdem Dregel, Saagh et Novi Castelli attinet, committatis, vos quoque nomine nostro, sicuti et nos per alias nostras egregio Michaëli Muthnoki provisori dicti quondam Strigoniensi commisimus, ut quemadmodum hactenus, ita etiam deinceps, usque ad felicem nostrum ad conventum futurum descensum, omnes proventus archiepiscopatus nondum exactos fideliter percipiat, et ex eis dicta loca finittima scitu vestro conservare, militibusque presidiariis in illis constitutis debita salaria persolvere debeat, ne quid detrimenti illis locis contingat, provideteque una cum eo et ordinem statuite, ut superflue et inutiles ubique expense tollantur, et ne coloni archiepiscopatus per officiales, de quibus scribitis, in hoc interregno graventur et opprimantur. Quo autem proventus ipsi fidelius administrari possint, fidelitati vestre committimus, ut prefato Michaeli Muthnoki hominem vestrum fidum et industrium tanquam contrascribam nomine nostro adiungere debeatis, qui una cum eo de singulis rebus in arcibus prefatis existentibus inventarium fideliter conscribat et administrationi proventuum eorumque ad usus necessarios erogationi intersit ac de omnibus perceptis et erogatis una cum ipso provisore fidelem rationem tenere debeat. Postquam divino favore isthuc venerimus, providebimus de omnibus dicti archiepiscopatus negotiis. Interea volumus, ut officiales et milites in dictis locis finittimis Dregel, Saag et Novo Castello constitutos iuramento servande nobis fidelitatis obstringere debeatis. Ceterum cum Fridericum Malatestam,

secretarium regiminis nostri Hungarici, iubeamus istic ad nostrum reditum in pristino suo secretariatus officio persistere, mandamus vobis, ut ad rationem salarii sui, quod a nobis habet secundum temporis quantitatem, providere, ac si antedictus quondam Strigoniensis demortuus annuum salarium ipsius quoad partem suam non persolvisset, illique aliquid deberet, id quoque per Michaëlem Muthnoki eidem usque ad reditum nostrum ex proventibus archiepiscopatus reddi et persolvi faciatis, aliud non facturi. Datum Prage, decima sexta mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. resol. II. kötet, 146. lap.

Közli: Iványi Béla.

207.

Wittenberg, 1549 október 16.

Wittenbergi tanárok levele Selmeczbánya város tanácsához. — Fábri Egyed helyett, kit előbb ajánlottak, Ampheracus Wolfgangot küldik selmeczbányai lelkészül.

Den ehrbaren weisen und fürnehmen Herrn Burgermeister und Rath der löblichen Stadt Schemnitz, unsern günstigen Herrn, Gottes Gnad durch seinen eingeborenen sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen helfer zuvor. — Ehrbare, Weise, Fürneme, günstige Herrn. — E. Ehrbarkeit fügen wir zu wissen, dass wir aus etlichen guten bedenken unsere meinung belangend den würdigen Herrn Egidium Fabri geendert haben, wie E. Ehrbarkeit durch den gesandten Magistrum Georgium Tridentium genugsam bericht empfahen wird. Dieweil aber ein ander ehrlicher Mann diese zeit in der Universität gewesen, mit nahmen Magister Wolfgangus Ampheracus, der im predigeramt zuvor etlich Jar in einer ehrlichen Stadt, genannt Dinkelsbühel, treulich und christlich gelernt hat, haben wir gerathen, dass ihn E. E. gesandter hören sollt, welches also geschehen, und ist von gedachtem gesandten angezeigt, dass E. E. gefallen geschehen wird, obgleich nicht Egidius, sondern ein anderer gottforchtiger, gelahrter, verständiger und sittiger Mann uff unser gedenken mit ihm gesandt würde. Nu ist dieser Magister Wolfgangus uns wohl bekannt, und haben ihn in der Schul und uf dem predigstul gehört, und befunden, dass er in christlich reiner leer, die in Ewr Kirchen bis

anher gepredigt ist, einen guten verstand hat, und ist darin beständig, dazu ist er wohl beredt, sittig und nicht zenkisch, und hat eine tugendhafte, züchtige ehefrau. Darum wir neben E. E. gesandten bedacht, dass er Ewr Kirchen zu versorgen mit Gottes hilfe tüchtig sein würde, und befehlen ihn also E. Ehrbarkeit mit wünschung göttlicher gnaden. E. Ehrbarkeit wollen des werzugs halber, dass Ewr gesandter nicht eher widerumb kommen, geduld haben, denn Magister Wolfgangus hat vor dem leipziger Markt nicht abreisen können, und wo wir Ewr Kirchen dienen können, sind wir willig. Bitten auch mit Herzen den Sohn Gottes, wolle Ewre Kirchen und Stadt und Euch alle gnädiglich regieren und bewahren und Ewr Ehrbarkeit gnad verleien, dass ihr christliche lar und rechten gottesdienst in ewrer Kirchen unverändert erhaltet. Amen. Datum Wittenberg am tag Sancti Galli. Anno MDXLIX. Joannes Buggenhagen Pomer D. — Georgius Major D. — Philippus Melanthon.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. — *Fabó:* A magyarországi és erdélyi evangélikusok okmánytára, I. (Pest, 1869), 17. — *Breznyik J.:* A selmeczbányai ág. hitv. evang. egyház és lyceum története, I. 85—86.[1]

208.

Győr, 1549 október 16.

A győri káptalan jelenti I. Ferdinánd királynak, hogy midőn (1549) február 14-ikén Pozsonyban kelt határjáró parancsára «venerabilem magistrum Stephanum Hercheg archidiaconum cathedralem, socium et concanonicum nostrum» «feria quinta proxima post festum beati Dionisii martiris novissime preteritum»[2] a nyúlszigeti, jelenleg azonban a Várad melletti Szent János-kolostorban tartózkodó apáczák Patas nevű győrmegyei birtokának határait meg akarta állapítani, ennek Amade Mihály, László és Péter ellene mondtak, mire a káptalan embere a feleket a kir. kuriába megidézte. Datum septimo die diei premisse reambulationis metarum, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredetije papiroson, kívül zárópecsét helyével, *Országos Levéltár:* Mon. Poson. fasc. 35. Nr. 31.

Közli: Iványi Béla.

[1] Breznyik szerint Ampheracus Selmeczbányán alig paposkodott másfél évig. Az 1551-ik évi Naplóban január 2-ikán ez áll jegyezve: Der frau pfarrerin eine *abfertigung* geschenkt 36 fl. 25 den., miből következtethető, hogy férjének az előbbi év végén kellett kimúlnia.

[2] 1549 október 10.

211.

Gyulafehérvár, 1549 október 19.

Szengyeli Ferencz ozdi főesperes és gyulafehérvári kanonok Macskássy Jánost és Györgyöt a Vitéz Miklós gyulafehérvári őrkanonok panaszára indított perben tanusított makacsságukért kiközösíti.

Franciscus Zengely archidiaconus Ozdensis, canonicus ecclesie Albensis Transsylvane et officii vicariatus iudex generaliter subrogatus. Fratribus in Christo nobis sincere dilectis, honorabilibus et discretis universis et singulis ecclesiarum parochialium plebanis necnon sacellanis et hospitalium magistris ac altarium rectoribus ubivis sub iurisditione Albensi Transsylvanensi constitutis et exsistentibus, presentium notitiam habituris, coniunctim vel divisim, salutem in Domino sempiternam ac nostris firmiter obedire mandatis. Noveritis, quod quamvis diebus superioribus egregii Georgius et Joannes Machkassy de Rapolth, ad instantiam venerabilis et egregii magistri Nicolai Wytez custodis et canonici ecclesie Albensis Transsylvane, vigore certarum litterarum citatoriarum peremptoriarum de non citando eisdem ulterius de partibus cum certificatione emanatarum, primum de partibus ac demum successive in foribus huius ecclesie Albensis Transsylvane predicte tribus post scilicet citationem edictis ad certos et congruos terminos citati et evocati fuissent, contumaciam ipsorum expurgaturi querelisque et obiectis eiusdem magistri Nicolai Wytez de iure et iustitia responsuri; tandem huiusmodi terminis citationum advenientibus iidem Georgius et Joannes Machkassy de Rapolth (prout ex signaturis testimonialibus notarii consistorii edocebamur) in nullo penitus citationum termino per se, vel eorum legitimos procuratores comparere curassent, sed semper et continue se ipsos contumaces reputare ac in expensis contumacie condemnari permisissent. Nos igitur die ad hoc congruo atque legitimo pro tribunali sedentes annotatos Georgium et Joannem Machkassy de Rapolth, ob tam manifestam ipsorum contumaciam, qui sese semper a facie iuris absentarunt, publice in scriptis altaque et intelligibili voce ac servatis servandis processibus ad id necessariis excommunicavimus et excommunicatos denunciavimus, necnon excommunicamus et excommunicatos in partibus de iure denuntiari decernimus, presentium per vigorem. Quocirca fraternitati vestre harum serie in virtute sancte obedientie et sub

excommunicationis pena firmissime...[1] committimus et mandamus, quatenus prefatos Georgium et Joannem Machkassy de Rapolth per nos modo premisso excommunicatos, vos quoque in vestris et vestrum cuiuslibet ecclesiis singulis diebus dominicis et festis infra missarum solem(nia), dum maior in eisdem ad divina audienda populi convenerit multitudo, pulsatis campanis, candelis accensis ac demum extinctis et in terram proiectis, excommunicetis rursus et excommunicatos publice denunctietis et denunctiari faciatis et a Christifidelibus arctius evitare tamdiu continuetis, donec ipsi nostris et ecclesie venerint parere mandatis. Quorum absolutionem nobis aut domino vicario et superiori nostro tantummodo reservamus, seriem autem executionis omnium premissorum nobis conscientiose rescribatis, presentibus in specie remissis.

Datum Albe Julie, die decima nona mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

L. S.

Joannes Radychyth
notarius Albensis manu propria.

Hátlapján későbbi, rendező kézzel: Joannes et Georgius Macskasi propter certam contumaciam iudicialiter convicti sunt. 1549.

Pecsétje: az Erdélyi egyházmegye vikáriusi, papirba nyomott 28 mm. átmérőjű pecsétje a sárkányt ölő szent Mihály képével elmosódott következő körírattal: S. Vicariatus Ecclesiae Albensis Transylvanae. Eredeti, pátensalakú félíven, vízfoltos, likacsos; az Erdélyi Nemzeti Múzeumi levéltár Oklevelek törzsgyüjteményében. Ez érdekes ítéletlevél kibocsátója, Szengyeli Ferencz mint gyulafehérvári scolaris és szengyeli[2] plébános 1518 márczius 31-ikén szenteltetett pappá Rómában.[3]

Közli: Veress Endre.

212.

Bécs, 1549 október 22.

I. Ferdinánd király a bécsi ispotály számára Magyarországon segélyt nyujt.

Wir Ferdinand von Gottes Genaden Römischer zw Hungern unnd Behaim etc. Künig..... Bekhennen..... das wir auf

[1] Másfél cm. széles egérrágta hézag.

[2] Szengyel, a mai Mezőszengyel, Torda-Aranyos vármegye marosludasi járásában.

[3] Az erről szóló pergament-oklevél eredetije az Erdélyi Nemzeti Múzeum Toldalagi-levéltárában.

unnsers Burgers zu Wienn und getreuen Maximilian Castnhofer als der Zeyt vatter der armen Platrigen leüt des Spitals zu Sant Marx vor gemelter unnser Stat Wienn gelegen undterthenig bit..... dise besondere Gnad gethon unnd bewilligt..... das obbemelter Maximilian Castnhofer als gegenwüerttiger und ain yeder khünfftiger vatter berüerter armen leüt, järlichen unnd in eewig Zeyt in unnserm Künigreich Hungern zu irer unnd desselben Spitals notdurfft unnd undterhaltung zwenundfünfczig Oxen khauffen unnd on ainiche beczallung unnserer ausgesetzten dreissig ist, Meütt unnd Zoll herauf treiben mügen lassen, doch das sy bey verlierung diser Irer freyhait unnd gethonen bewilligung khainerlay Contrabannd mit sölchen viech treiben..... Geben in unnser Stat Wienn am zwenundzwainczigistn tag octobris nach Cristi unnsers lieben Herrn geburde im fünfczehenhundert unnd neünundvierczigisten. Unserer Reiche..... etc.

Eredetije hártyán, alul hártyaszalagon függő piros viaszba nyomott pecséttel. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 52. Nr. 15.

Közli: Iványi Béla.

213.

Pozsony, 1549 október 24.

A kormánytanács arra kéri a nyitrai püspököt, hogy 4 hű szolgáját hozza magával Várday Pál elhunyt esztergomi érsek, helytartó hátrahagyott ingóságainak őrizetére.

Ad dominum Nittriensem. 24. die Octobris 1549. Posonii.[1]

Reverendissime domine etc. Post discessum Reverendissime Dominationis Vestre tractatum est a nobis hodie inter cetera de recta et secura custodia rerum et bonorum reverendissimi quondam domini locumtenentis regie Maiestatis pie memorie, que obsignate in edibus eiusdem domini quondam Strigoniensis hic Posonii asservantur, uti a Dominatione Vestra Reverendissima et suis collegis reposite fuerunt, visumque fuit ad custodiam huiusmodi securiorem propter omnes casus, qui possent evenire, adhibendos esse precipuos 4 Reverendissime Dominationis Vestre servitores fideles, qui per vices custodie huiusmodi curam gerant usque ad Regie Maiestatis adventum vel deliberationem. Quare Reverendissima Dominatio Vestra in reditu suo velit ex suis, quos habet, 4 fidos et maxime tutos servitores secum adducere,

[1] Ista et sequens epistolae aliena manu sunt scriptae.

quibus tandem ordine, quo videbitur, meliori custodia huiusmodi communi consilio poterit committi. Interim nos usque ad[1] Vestre Reverendissime Dominationis reditum nostros homines ad eam custodiam adhibebimus. Valeat etc.

Dominus Revay, Jauriensis, Wesprimiensis, Waciensis et Merey.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 168.

214.

Prága, 1549 október 24.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az elhunyt esztergomi érsek rokonainak eltartásáról gondoskodjék.

Ut puellis sororibus quondam reverendissimi domini Strigoniensis provideatur de earum sustentatione.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boëmie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Intelligimus neptem unam virginem ac duas filiolas ex sorore reverendissimi quondam domini Strigoniensis susceptas in ista civitate nostra Posoniensi existere, satisque pauperem vitam ducere, utpote quibus et victum et amictum aliaque necessaria vite ipse dominus Strigoniensis vivens ex curia et de manu sua quotidie suppeditasset, quo e vivis sublato non habere iam, quo sese sustentarent. Quarum nomine supplicatum nobis est, ut eis clementer providere dignaremur. Quare volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus, quatinus prefatis neptibus dicti demortui domini Strigoniensis, intra adventum istuc nostrum, de honesta provisione et sustentatione provideatis, ut pro sua conditione honeste interea vivere possint; ubi Deo volente isthuc venerimus, quid ulterius cum eis sit agendum, providebimus. Presentes pro vestra superinde expeditione conservare debeatis, secus non facturi. Datum Prage, vigesima quarta mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus. — *Nicolaus Olahus* e(piscopus) Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 147. lap.

Közli: Iványi Béla.

[1] Deletum «reg».

215.

Pozsony, 1549 október 24.

A magyar kormánytanács arra kéri Bécs városát, hogy Lawzar Jánost hallgattassa ki a ferenczrendieknek Pekry Lajos által elidegenített és eladott aranyozott ezüstművei értéke tárgyában.

Ad civitatem Viennensem eodem die et loco.[1]

Magnifici domini etc. Cum superioribus diebus in sede iudiciaria Regie Maiestatis domini nostri clementissimi[2] quedam deliberatio facta sit iuridica pro religiosis fratribus[3] ordinis Minorum provincie huius Hungarice, in qua deliberatione decretum est, ut iidem fratres teneantur probare, quod res argentee deaurate, quas ipsi fratres a magnifico domino Ludovico Pekrÿ etc. ab eorum conventu abalienatas esse asserunt et propterea iure ab eodem repetunt, eius ponderis exstiterint, cuius ipsi in eorum actione proposuerunt. Eius autem rei optimum testem adducant iidem fratres providum Johannem Lawzar, qui tum, cūm res ille per dominum Pekrÿ divendite hic Posonii fuerant, civis et inhabitator Posoniensis erat, et partem qūoque earūm rerūm pretio emisse dicitur, ac proinde fassione hac in re eiusdem Johannis Lawzar, qui nūnc civis et inhabitator istius inclyte civitatis Viennensis, plurimum iidem fratres indigeant ad probationem iurium suorum, Dominationes Vestras rogamus diligenter, ut et nostra et equitatis causa iubeant ipsum Joannem Lawzar[4] in loco authentico de more istius civitatis fateri libere, quicquid super emptione pretioque et valore predictarum rerum, prout fuerit interrogatus, ad instantiam dictorum fratrum Minorum ad eius notitiam pervenit, superque fassione huiusmodi Dominationes Vestre tandem litteras authenticas ipsis fratribus dari iubeant, in quo et iustitie consonam et nobis gratam rem Dominationes Vestre facient, que valeant feliciter etc.

Iidem, qui supra.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 169.

[1] Haec verba aliena manu sunt scripta.
[2] «Domini nostri clementissimi» interpolatio.
[3] Deletum «minoribus».
[4] Deletum est quoddam verbum.

216.

Prága, 1549 november 6.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a néhai esztergomi érsek nagyszombati javadalmasainak a megfelelő ellátást egyelőre adják meg.

Ut prebendariis, quos Tyrnavie aluit quondam dominus Strigoniensis ad divinum cultum, solutio et provisio consueta detur usque reditum regium.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boëmie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles dilecti. Ex supplicatione fidelium nostrorum capituli ecclesie Strigoniensis intelleximus, in ecclesia Tyrnaviensi, in qua ministeria divina peraguntur, esse presbiteros prebendarios, per reverendissimum quondam dominum Strigoniensem ad exercendum cultum divinum diurnum et nocturnum conductos, quibus dum vixit, salaria et victualia necessaria de mensa sua archiepiscopali singulis annis subministrari fecisset, nunc tamen postquam ipse e vivis sublatus esset, nemo huiusmodi salarium et victum ipsis suppeditaret, propter quod cogerentur stationem suam relinquere et divina officia intermittere. Quare ne adempto ipsis constituto salario et victu, cultus Dei aliqua ex parte in ipsa ecclesia Strigoniensi vel Tyrnaviensi diminui possit, volumus et fidelitati vestre committimus, quatinus acceptis presentibus, de constituto per prefatum quondam dominum Strigoniensem salario et victu ipsis prebendariis, interim, dum nos Dei voluntate revertemur et aliter negotium disposuerimus, providere et per hos, quorum interest, provideri facere debeatis, ut eorum ministerio cultus divinus non intermitti, sed ardentius exerceri possit. Aliud non facturi. Datum Prage, sexta die mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* e(piscopus) Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 154. lap.

Közli: Iványi Béla.

217.

Nagy-Várad, 1549 november 7.

Fráter György királyi helytartó Ártándy Kelemen panaszára törvény elé idézteti a váradi káptalant a konyári Ludastó elfoglalása és egy jobbágy megöletése miatt

Frater Georgius locumtenens et iudex generalis ad querelam egregii Clementis de Arthand asserentis, quod magister quondam Joannes Derecskey canonicus et iobagiones capituli Varadiensis pratum Ludastó in territorio possessionis suae Konyár existens occupassent et unum iobbagionem suum pixide traiecissent, capitulum Varadiense evocari curat.

Váradi káptalan magánlevéltára, f. XLVII. l. W. — Eredetije a *kolosmonostori konvent levéltárában.*

218.

Pozsony, 1549 november 9.

I. Ferdinánd király a nagyváradi káptalannak Aszaló és Zsolcza nevű birtokait 1500 forintért Serédy Gáspárnak zálogosítja el. Eddig is Serédy Gáspárnál voltak zálogban.

Ferdinandus possessiones capituli Varadiensis Aszaló in comitatu Abaujvár et Zsolcza in comitatu Borsod apud manus Caspari Serédy habitas eidem Casparo Serédi partium superiorum Hungariae capitaneo pro 1500 lorenis impignorat.

Eredetije a *jászai konvent levéltárában*, S. f. 4. nr. 125. — Másolata a *nagyváradi l. sz. káptalan magánlevéltárában*, fasc. XLVII. DD.

Közli: Karácsonyi János.

219.

(Wittenberg), 1549 november 16.

Melanchthon levele a magyarországi bányavárosok magatartásáról.

— — — — — — — — — — — — — —

Rex Ferdinandus duos Italicos episcopos misit in oppida metallica Pannonie ad turbandas ecclesias, in quibus sonat vox evangelii. Sed consensu communi confessio eis exhibita est, et denunciatum, ne hunc consensum ecclesie turbarent; ita illi rursus discesserunt.

Melanchtonis Opera a «Corpus Reformatorum»-ban, VII. 505. — *Századok,* 1874. X. 183.

220.

Pozsony, 1549 november 16.

Bornemissza Pál veszprémi püspök levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt kéri, hogy a Choron, Paksy és Podmaniczky családoktól elfoglalt püspökségi javakat foglaltassa vissza.

Paulus Bornemissza episcopus Vesprimiensis rogat Thomam Nádasdy iudicem curiae regiae: «faciat per hominem suum ad hoc per eandem (i. e. regiam Maiestatem) deputatum, penes litteras mandati regie Maiestatis sine ulla dilatione occupare bona ecclesie, que per dominum Andream Choron possidentur et Joannem Paxy ac ipsum dominum a Podmanyn. Qui si mandato regio non paruerint, sciamus Maiestatem regiam informare de his rebus. Intelligo et dominus Andreas Choron querit dilationem aliquam, quam ego nullam daturus sum, quantum per me stabit, nam ego omnia bona ecclesie simul et semel habere volo, non tantum Symeghum, si fieri potest. Sin minus, totum negotium remittam statim ad regiam Maiestatem. Nolo esse episcopus Simeghiensis tantum. Hec obiter magnificentie vestre significare volui, a qua de omnibus istis responsum expecto, interim nihil ad regem scribam in hoc negotio».

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, B. 3. csomó.

Közli: Iványi Béla.

221.

Prága, 1549 november 17.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a néhai esztergomi érsek fölösleges szolgaszemélyzetét bocsássák el.

Ut superflua, que alitur, familia quondam domini Strigoniensis etc. dimittatur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boëmie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Quoniam familia reverendissimi quondam Pauli archiepiscopi Strigoniensis ab eius morte multis sumptibus ac impensis hactenus sustentata est, nobis vero non consultum modo, sed et necessarium videatur, huiusmodi familiam dimittere, ut eiuscemodi sumptus in alios et utiliores usus converti possint, committimus propterea vobis clementer, ut predicti archiepiscopi familiam pro cuiusque conditione statim dimittatis et expediatis, executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in arce nostra regia Prage, decima septima die mensis Novembris, anno etc. quadragesimo nono,

regnorum nostrorum Romani decimo nono, Hungarici vigesimo tertio, atque Boëmici vigesimo quarto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Melicher von Hoberkh
E. von Gera
S. Sigmar
B[ta] Dunant.

Post scripta. Quia existimamus fore, ut dicte familie, de eorum salariis, aliquid insolutum restet, voluimus propterea ac committimus vobis firmiter, diligenter, apud quos oportunum videbitur, inquiratis, quamdiu quisque predicto archiepiscopo inservierit, quantum etiam ad rationem sui salarii acceperit, quantumque adhuc cuique insolutum restet, deinde ut cuilibet suum extans debitum, ex bonis et substantia ipsius archiepiscopi demortui quamprimum persolvatis, et uti premissum est, expediatis et dimittatis. Datum ut supra etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 156. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

222.

Pozsony, 1549 november 18.

Ad regiam Maiestatem 18. Novembris 1549. Posonii per dominos consiliarios scriptum est in commendationem domini Vaciensis pro remissione bonorum capituli Vaciensis per Johannem Krwssÿtth officialem in Chabrag occupatorum.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 181.

223.

Pozsony, 1549 november 18.

Eodem die ad Krwssÿtth prefectum in eadem causa.

R, Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 181.

224.

Segesvár, 1549 november 20.

A segesvári városi tanács itélete a volkáni templom javára tett vitás hagyomány ügyében.

Prudentes et circumspecti Domini honorandi. Salutem nostrique commendationem. Noveritis, quod cum die hodierna pro moderativo iudicio faciendo pariter congregati consedissemus, a sede iudicatus nostri regii more solito coram nobis comparuerunt circumspecti viri, videlicet Michael Schneyder villicus de Pold nomine et in persona totius communitatis de Wolkan, contra quem prelibatus Michael Scheyder proposuit, ut quondam arrenda certorum agrorum in territorio Poldyensi iacentia ad ecclesiam sancte Catharine virginis in Wolkan fundatam testamentaliter esset legata, que quidem iugera ipsi de Wolkan pro se usurpassent in ipsorum preiudicium; cum tamen, ex quo territorium ipsorum sit, propiores quam illi de Wolkan in harum usurpatione esse queant, soluta arrendatione legittima; pars vero adversa respondit: non solum arrenda, verum ipsa terra arabilis una cum arrenda in ecclesiam esset ipsorum legata, quam videlicet terram longo tempore hucusque pacifice usurpassent; cum autem actor propositionem suam testibus probare niteretur, testes admisimus, qui quidem iurati et citati eo modo sunt fassi; item Clemens Gepel de Pold fatetur, ut abhinc spatio quadraginta annorum penes ista iugera arare iuvit, pro tunc audivisset, ut soror patris testis infrascripti, non ipsa iugera, verum arrendam solum in ecclesiam sancte Catharine legasset; iterum Hanne (!) Sigmundt de Pold idem fatetur, ut soror patris sui dictorum iugerum arrendam solum ad ecclesiam sancte Catherine legavit. Nos itaque intellectis ambarum propositionibus, responsionibus allegationibusque, Deum pre oculis habentes et Eius iustitiam, eiusmodi sententiam edicere decrevimus, quod ex quo illi de Wolkan longo tempore hucusque dictorum agrorum pacifice usi sunt, in posterum quoque utantur, ita tamen, ut proventus ecclesie cedant, sententia hac nostra mediante. Qua quidam attracti contenti, actores vero minime, causamque more appellationis ad sessionem earundem provocavere, quibus seriem rei fideliter transcribere curamus ad easdem. Quas tandem felices valere optamus. Datum ex civitate Segeswar, feria quarta ante festum sancte Catherine, anno Domini 1549.

Magister civium, iudices iuratique consules civitatis Segeswaryensis.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis magistro civium, iudicibus Cibiniensibus, item iudicibus septem et duarum sedium Saxonicalium etc., dominis et amicis honorandis.

***

1549. Tertio Decembris domini provinciales in hac causa introscripta iudiciarie deliberaverunt, et quia terre ille litigiose in territorio Trapoldiensi iacent, neque Wolkanienses sufficienti testimonio probare possunt, ea conditione ad ecclesiam legate forent, ideo Trapoldienses illis terris litigiosis uti et frui debeant, arendam tamen ad ecclesiam Wolkaniensem conferre debeant.[1]

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. de Kisder Kapitels, 230.

225.

Pozsony, 1549 november 27.

A kormánytanács arra kéri az ország kapitányát, Salm Miklóst, hogy a megüresedett murakeresztúri apátságot kegyúri jogából kifolyólag Fülöp szerzetesnek adományozza.

Ad dominum generalem etc.

Spectabilis etc. Cum[2] per mortem prioris abbatis abbatia de Kerezthwr in comitatu Zaladiensi sita, cuius abbatie collatio iuris patronatus est Magnificentie Vestre, nunc vacet, in eaque ipsa abbatia religiosus quidam frater, Philippus, abbate defuncto sacra facere et ea, ad que ad abbatis officium spectant, diligenter curare ceperit, quippe qui etiam ante obitum abbatis ipsius ab illo, dum viveret, in coadiutorem ascitus fuisse dicatur; hominem etate et religione ad id muneris ideoneum Magnificentie Vestre commendamus, petimusque ab Eadem vehementer, ut quum abbatia ipsa exigui admodum momenti est, summaque religiosorum hominum et presertim huius ordinis caritas et in his locis: prefato fratri Philippo abbatiam predictam vigore iuris patronatus sui liberaliter nostra causa et ob eius merita conferre velit, quod nos maioribus officiis Magnificentie Vestre rependere studebimus. Valere eandem etc. Posonii, die 27. Novembris 1549.

Consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 195.

[1] A segesvári leírótól betett czédulán következő jegyzet áll: «Insuper isti de Wolkan singulis annis Trapoldiensibus censum agrorum deposuerunt».

[2] Deletum «propter».

226.

Prága, 1549 november 28.

I. Ferdinánd király a magyar udvari kamarának utasítást ad az esztergomi érsek halála után szükséges intézkedésekről.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Accepimus ternas litteras vestras vigesima quarta Octobris proxime elapsi ac septima et decima sexta presentis mensis, ad nos in variis camere nostre administrationis vestre negotiis scriptas, ad quas quoad eius necessitas postulat, sic vobis respondemus:

In primis quod ad secretarii Friderici Malateste salarium attinet, placet nobis datos sibi esse sexaginta florenos Hungaricales ad rationem illius, usque ad adventum nostrum, sed cum ea ipsa summa contentus esse, vel adventum nostrum expectare non possit, verum pecuniis indigeat, quemadmodum etiam summopere instat, volumus et committimus vobis, ut eidem Malateste interea ducentos vel trecentos florenos ex pecuniis quondam archiepiscopi Strigoniensis demortui numerari curetis, ut adventum nostrum tanto commodius expectet.

Clementer etiam intelleximus erogationem prebendarum, que post mortem dicti archiepiscopi certis personis hactenus data est ex descriptione nominum, sicuti scribitis partim esse deletam etc.

Ceterum quod per officiales bonorum archiepiscopatus, tam multa indigna in colonos (uti scribitis) exercentur, non libenter audivimus, volumus itaque vos curare et efficere, ne eiusmodi miseri coloni vel ab ipsis officialibus aut quoquam alio in posterum preter equitatem graventur. Volumus etiam et committimus vobis, iniungatis Michaëli Muthnoki, ut interea rationem de perceptis duobus millibus florenis Hungaricalibus et ad sumptus funeris dispensatis rationem ponat, sic ut ad adventum nostrum eam ipsam una cum aliis suis rationibus dare possit.

Iam etiam nos existimamus necessarium et utile esse, ut fortalitia, castra et confinia quondam archiepiscopi Strigoniensis, sicuti Dregel, Castellum Novum, Saghium aliaque, de quibus scribitis, conserventur provideanturque tritico et ceteris necessariis, ut etiam equitibus ac peditibus illic existentibus solutio fiat, volumus itaque, ut eiusmodi fortalitia tritico ac vinis, de iis scilicet, que ipse archiepiscopus post se reliquit et pre manibus sunt, quamprimum

necessario provideatis, quod si etiam necessum erit, ad eiusmodi usum, colonis certum numerum vinorum ad educillandum, prout vobis consultüm videbitür, dari curetis, ut inde pecunia conficiatur, et ut ea ipsa fortalitia et confinia tanto commodius provideantur, gentes etiam contententur, mittimus cum presentibus mandata ad adminisratorem fodinarum nostrarum Bistriciensium, ut vobis pecunias piseti, quantum iam inde a morte dicti archiepiscopi provenit, consignet, quibus quidem ac supradictis pecuniis officialibus ac equitibus peditibusque predictorum fortalitiorum aliquid in rationem salarii sui, ad manum dare ac commodare poteritis, interea, düm ipsi (Deo volente) Posonium veniemüs...

De reverendis officialibus inutilibus respondimus antea, et si ad universam hanc administrationem Michael Muthnoky cum adiunctis sibi necessariis contrascribis (sicuti scribitis) sufficere videtur, placet nobis, ut is usque ad adventum nostrum cum illis ipsis necessariis contrascribis retineatur, quod si autem tam graves expense ad eum retinendum ac contrascribas necessarii essent, volumus, ut tales impense non dentur illis. Et quoniam de servitoribus qüondam Strigoniensis antea vobis generale mandatum dedimus, volumus, si cantoria ipsius Strigoniensis una cum aliis servitoribus hactenus dimissa non est adhuc, quamprimum dimittatur. Hec sunt, que vobis ad predictas litteras vestras, sic postulante necessitate, respondere voluimus, exequuturi in iis omnibus nostram et omnimodam voluntatem. Date in arce nostra regia Prage, die vicesima octava Novembris, anno etc. quadragesimo nono, regnorum nostrorum Romani decimo nono, Hungarici vigesimo tertio atqüe Bohemici vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Melicher v. Hoberkh
E. von Gera
S. Sigmar
Bta Dunant.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 157—158. ll.

Közli : Iványi Béla.

227.

Prága, 1549 deczember 1.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Pozsonyba érkezése előtt az elhunyt esztergomi érsek vagyonával semmit se tegyen.

Ut nulla fiat dispensatio de bonis quondam domini Strigoniensis ante reditum regie Maiestatis.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex litteris vestris vigesima tertia Novembris nuper elapsi ad nos scriptis intelleximus, multos quottidie de bonis quondam archiepiscopi Strigoniensis demortui supplicaturos occurrere, qua de re etiam consiliarii regiminis nostri Hungarici commendatitias ad nos scribant, vos itaque hortari et admonere, ne quid re inconsulta desuper statuamus, quod quidem syncera humilitate ac animo a vobis profectum, clementer percepimus, memores etiam erimus in iis omnibus, antequam Posonium veniamus aut satis informemur, nihil vel concedere vel decernere, quod vobis ad predictas litteras vestras respondere voluimus. Date in arce nostra regia Prage, prima die Decembris, anno etc. quadragesimo nono, regnorum nostrorum Romani decimo nono, Hungarici vigesimo tertio atque Bohemici vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Melicher von Hoberkh
E. von Gera
S. Sigmar.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 157. lap.

Közlí : Iványi Béla.

228.

Lelesz, 1549 deczember 4.

A váradi káptalan tiltakozik Serédy Gáspár ellen, a ki magát Aszaló és Zsolcza birtokába iktatta. Ferdinánd királyt pedig eltiltja ezek elajándékozásától vagy zálogba vetésétől.

Coram conventu de Lelesz capitulum Varadiense medio nobilis Joannis Bozzassy officialis sui in possessione ipsorum Wylak constituti protestatur contra Casparum Seredy, qui se in possessionem Aszaló et medietatis pos-

sessionis Felső-Zsolcza statui fecit, Ferdinandum quoque regem a donatione et impignoratione prohibet.

Eredetije a *leleszi konvent jegyzőkönyvében.* Másolata a *nagyváradi káptalan magánlevéltárában,* fasc. XLVII. F. Továbbá Orsz. Levéltár, Acta eccl. Cam. f. 15, nr. 4.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

229.

1549 deczember 10.

Ujlaky Ferencz győri püspök és pozsonyi prépost Gregorianczy Pált, választott pécsi püspököt pozsonyi kanonokká nevezi ki és a pozsonyi káptalannak meghagyja, hogy őt javadalmába beiktassa.

Nos Franciscus de Wylak, episcopus ecclesie Jauriensis locique eiusdem comes perpetuus, prepositus Posoniensis, regie Maiestatis consiliarius etc., significamus tenore presentium, quibus expedit, universis, quod nos desiderantes et ex animo cupientes statum et conditionem prefate ecclesie nostre Posoniensis omnibus, quibus possumus, modis promovere, ipsamque ecclesiam nostram viris probis et doctis tam ad cultum divinum exercendum, quam etiam ad alias ipsius ecclesie necessitates sublevandas et obeundas decorare: his igitur et aliis rationabilibus de causis animum nostrum moventibus, maturaque et diligenti superinde deliberatione prehabita, canonicatum cum prebenda in eadem ecclesia nostra Posoniensi, nunc post mortem et decessum venerabilis quondam magistri Mathei de Bews, eorundem canonicatus et prebende ultimi, veri, legitimi ac immediati possessoris de iure et de facto vacantem, una cum domo et curia canonicali, in qua idem magister Matheus residebat, auctoritate iuris patronatus nostri ordinaria reverendo domino Paulo de Gregoriancz, electo episcopo ecclesie Quinqueecclesiensis, tanquam persone idonee et benemerite, a nobisque id benevole acceptanti, dandum duximus et conferendum, imo damus et conferimus presentium per vigorem Quocirca vobis venerabilibus dominis, capitulo dicte ecclesie. nostre Posoniensis, harum serie committimus et mandamus, quatenus statim, acceptis presentibus, prefatum dominum Paulum electum Quinqueecclesiensem in et ad realem pacificamque possessionem dictorum canonicatus et prebende ac domus canonicalis instituere et admittere, stallum eidem in choro et vocem in capitulo cum omni plenitudine iuris canonici assignare, de universisque proventibus, redditibus et emolumentis plene semper iedem respondere et per eos, quorum interest aut intererit, respon-

deri facere modis omnibus debeatis et teneamini locis debitis et temporibus semper opportunis. Promisit autem idem dominus Paulus episcopus nobis, prout et vobis promissurus est, more solito omnem suam in hoc statu debitam reverentiam et obedientiam, quodque iura et bona ipsorum canonicatus et prebende ac domus non dissipabit nec distrahet, sed que iam distracta et dissipata forent, recuperare studebit, et dum Dei ex benignitate possessionem sui episcopatus vel aliud aliquod beneficium obtinuerit, quo se moraturus conferret, mox et canonicatum et domum resignabit. Secus igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum decima die mensis Decembris 1549.

Egyszerű átírat. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 2.*

Közli: Bunyitay Vincze.

230.

Zágráb, 1549 deczember 15.

Zaberdjei Mátyás knini püspök levele Nádasdy Tamáshoz.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone gratiosissime, servitutum et orationum apud dominum commendationem. Quia tarde ad litteras spectabilis et magnifice dominationis vestre respondeo, in causa fuit relatoriarum domini Keglyewych per Ladislaum Borothwa ad me missarum, nescio quo casu, deperditio. Nunc autem spectabili et magnifice dominationi vestre significare possum, quia feria secunda proxime preterita arcem et possessionem concussi illius episcopatus Croatici apprehendi, quantum autem in ista et omni mea occasione opere et gratie ac benevolentie spectabilis et magnifice dominationis vestre debeam, non facile exprimi potest, at me totum meique officii parvitatem sincerissime spectabili et magnifice dominationi vestre commendo, et si insufficiens ut minimam quam gratie et benevolentie in me exhibite partem reponere possim, cursurus tamen ardentissime, ut saltem gratum me clientulum spectabili et magnifice dominationi vestre exhibere et prestare possim. Deus gloriosus valere eandem faciat felicissime. Zagrabie, 15. Decembris 1549.

Spectabilis et magnifice do. vestre

servitor et capellanus
Mathias electus
Tininiensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie regie Maiestatis et supremo capitaneo regni Hungarie etc., domino patrono et benefactori colendissimo.

Eredetije vízfoltos papiroson, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, T. 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

231.

Pádova, 1549 deczember 21.

Paulini Péter Révay Ferenczet hozzá intézett levelében arra kéri, hogy Várday Tamásnak, a gonosz ifjúnak semmi pénzt ne küldessen; értesíti továbbá, hogy Mihály a Montagnani Fülöp által védett tételeket Mantua Márk és a tanulók nagy seregének jelenlétében dicséretesen ostromolta.

Si aut Magnificentia tua aut si quos habet curatores relictos, perdito adolescenti Thome Vardaj ope aliqua non adsint, tam certum est illum in putredinem conversum iri, quam est verum hoc tempore miserrimum esse. Persuaseram quidem illi, ut rediret in Hungariam, mutata tamen sententia, spe curande valetudinis in diversorio Venetiis hesit, ubi non solum pecuniam, qua curaretur, non habet, verum etiam omni eo, quo vel saltem vitam deploratissimam sustentaret, est omnino destitutus. Quod autem ad nostros adtinet, 12. huius mensis in maxima frequentia iuris consultorum, presente etiam domino Marco Mantua de studiosorum frequentissima corona Philippum Montagnaniensem sustinentem suas conclusiones dominus Michael argumentis legum summa cum laude oppugnarit, cui redeunti in hospitium inter prandendum nomine Magnificentie tue dedi coronatum unum, adprobante magistro Sigismundo atque dignum iudicante. Quod vero ad sumptus attinet, nos extreme laboramus. Rex noster Christus Jesus Magnificentiam tuam nobis servet. Patavii, 21. Decembris 1549.

Magnificentie tue

cliens deditissimus
Petrus Paulinus.

Kívül: Ill. ac magnifico d. d. Francisco Reuaj propalatino regni etc., domino summo ac unico obsequiis atque om... colendo.

Révay-levéltár — Másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

232.

Kőszeg, 1549 deczember 23.

A borsmonostori apátság kezelőjének panaszlevele a Nádasdy Tamástól szenvedett sérelmekről.

Sacratissime regie Maiestatis Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. commissarii dignissimi, domini gratiosi.

Iniurias, violentias, dampna et gravamina, que facta sunt per servitores et subditos magnifici domini comitis Thome de Nadasd etc. contra me administratorem abbatie Borsmonostra ac abbatie subditos libertatemque monasterii, ex infrascriptis dominationes vestre intelligere poterunt. Imprimis est quidam Laurentius Hernyk, servitor domini Thome Nadasdy, huius Laurentii famulus tunc, colonus et iudex ruricolarum suorum Marcus nomine, iniit quandam inimicitiam cum quodam colono, pro tunc monasterii Jacobo Bosythko vocato, et hic Marcus circa festum beati Laurentii anni Domini 1547. cum suis complicibus ac suis colonis et domini Thome de Nadasd ex Fylles et Horpach armatis manibus, vi et potentia mediante, venit ad possessionem abbatie Malomhaza, germanice Minihoff dictam, querendo ad mortem prefatum Jacobum Bosythko.

Deinde die 11. Octobris ad noctem ignis exortus fuit in domo supradicti Marci, et hic Marcus certo credens et affirmans Jacobum Bosythko hoc incendium fecisse, statim sequenti nocte ipse Marcus et Laurentius dominus suus ac omnes incole de Fylles armatis manibus in nocte irruerunt ad supradictam possessionem Malomhaza, querentes ipsum Jacobum inteficere (!), quem cum non invenissent, perfractis omnibus ianuis domus sue, abstulerunt res eius omnes, quas voluere, aperientes etiam foveas in terra, et quod non abstulerunt, id congregantes in tumulum in medio curie domus sue igne combusserunt, et parum defuit, quod tota possessio non fuit combusta, ceteris colonis mortem minitantes et possessionis incendium, uxorem vero Jacobi pregnantem verberibus afficientes.

Nec contenti illa nocte tot factis violentis, sequenti die in meridie iterum dominus Martinus Nadasdy prefectus arcis Lewka misit ipsum Laurentium cum omnibus prioribus etiam suos servitores omnes armatos ad eandem possessionem, ubi cum maximis minis molestiaque incolarum per domos cursitantes ipsum Jacobum quesierunt.

Pro qua re scripsi ad ipsum dominum Martinum Nadasdy et Laurentio nunciavi, quare vi et potentia mediante ita agunt, si quis subditorum abbatie, que est sub ditione Austrie ac in manu regie Maiestatis, aliquid eis vel eorum subditis debet, querant ordine iuris, ego iustitiam nemini denegabo, quod si quis meo iudicio non erit contentus, habeo (dixi) patronum, a regia Maiestate ordinatum. Si casu nec suo iudicio quis contentabitur, est Wienne dominus locumtenens regie Maiestatis ac domini de regimine, ipsi unicuique, quod iustum est, iudicabunt ac satisfacient.

Ad tales meas litteras rescripsit mihi dominus Martinus Nadasdy, non negans se id fecisse, immo velle maiora facere, mihi minitando, nisi Jacobum Bosythko captivavero et iuris revisioni servavero.

Et cum considerassem mihi non licere in tali negotio procurare, unde mors contingere posset, iudicavi et litteras ostendi domino patrono, qui statim Jacobum Bosythko captivare fecit, ac Martino Nadasdy, Laurentio quoque et Marco, preficiendo diem et locum, iustitiam administrare de Jacobo pollicitus est.

Adveniente itaque termino, in oppido Kewzegh sive Geuns, cives quatuor oppidorum Kewzegh videlicet et Sabbarie, Rohoncz et Chepregh cum domino Christoforo Theufel audientes ambas partes et post audientiam discedente domino Theufel ipsi cives iudicium fecerunt, et ex probatione ac testimonio ipsum Jacobum Bosythko adiudicaverunt innocentem et inculpabilem.

Sententiam quoque dederunt et extradixerunt, quod Laurentius Hernyk, pro iniuria et dampnis Jacobo Bosythko illatis debeat solvere florenos quadraginta Hungaricales et omnes expensas in hoc casu factas, quas dominus Theufel fecit.

De violentia et incendio rerum nil adiudicarunt, scientes sedem iudiciariam regie Maiestatis id concernere, vel si quos commissarios sua Maiestas ordinaverit, prout nunc vestras magnificentias ordinavit.

Facto itaque illo iudicio, statim admonui Jacobum Bosythko, ut domum suam vendat, et ex bonis abbatie discedat, qui domum vendidit et factus est servitor domini Christofori Theufel, patroni mei et abbatie, sed cum non habebat adhuc quo ire cum familia, petiit me dominus Theufel, ut ibi tanquam inquilinus maneret, donec domum in bonis castri Kewzegh inveniret.

Interim ego iveram versus mare, ad Flumen Sancti Viti, dominus autem Theufel petiit a Laurentio prefatos quadraginta

florenos pro Jacobo Bosythko et suas expensas et cum recusasset solvere, concessit dominus Theufel Jacobo Bosythko, ut accipiat res ipsius Laurentii Hernyk, ubicunque iuvenire poterit pro tanto valore.

Casu itaque invenit currum suum cum sex bobus in possessione abbatie Myxa vocata et boves accepit Bosythko, pro hoc facto suo dominus comes Thomas de Nadasd iubet me vexare et colonorum abbatie boves abigere ac me summo odio prosequi.

Videant igitur vestre dominationes in hac re, quanta sit culpa mea, qui longe tunc abhinc fuerim forsan milliaribus sexaginta, et si dampnificandi sunt coloni abbatie.

Jam quedam violentie particulatim sequuntur.

13.* Inprimis de possessione domini comitis Pullya vocata deberent dare ad hoc monasterium de uno molendino semitritici singulis annis cubulos seu metretas duodecim, hos dominus comes accipit.

14. Item contra regum indulta in theloniis Cepregh exigitur solutio de rebus propriis monasterii, coloni vero abbatie a longe compelluntur ad sua thelonia cum iniuria, dampno et verberibus.

15. Item anno superiori, videlicet 1548. in mense Maio abegerunt pecora de terra monasterii, ut mihi dicitur, incolarum Felsolaczthay, ac mulctam ab eis acceperunt duodecim siling, ad Pwlyam abacta sunt, germanice Lebergrub dicta.

16. Item in eodem anno iterum in mense Junio prefatorum Laczthay abegerunt pecora et ex eis adhuc hodie tenent duos boves, insuper mulctam unum renensem assidue petunt, et quia detinuerant octo boves, sex nescio quo modo exeuntes de curia, domum venerant, ob hanc rem dominus Martinus Nadasdy fecit captivare unum de Felsolaczthay pedesque eius ferro cingere et cum Thurcis in carceres ponere, dictus: Vos furati estis illos sex boves.

17. In festo Kwnegundis cum esset dedicatio templi in Alsolaczthay, que est possessio abbatie, ibi coloni domini comitis ex Pullya, videlicet Valentinus Fontha cum filiis, seditionem fecerunt, et quia officialis meus ac iudex eos captivarunt, ob id plura mala et violentias perpetrarunt.

Nam primo cum super fideiussorem fuissent dimissi ac spopondissent, quod venient et iuri stabunt, venerunt quidem, sed armatis manibus undecim et fideiussori dixerunt, ut fideiussionem

* Innen fogva a pontok számozva vannak.

deponat, et cum iudex vellet iterum seditiosum incarcerare, subito omnes dirigentes in iudicem pixides et alia arma, seditiosum vi accipientes liberum abduxerunt. Plura testes dicent.

Et tunc eundo cum eo invenerunt in via publica in terra abbatie unum colonum et unam mulierem de Alsolaczthay et unum hominem de Lochman ac unum colonum proprium domini sui, hos colligantes duxerunt ad arcem Lewka.

18. Laboratores, qui veniunt ad Lewkam laborare, hii in Octobri custodem vinearum de Kethel dire verberarunt, in vineis autem plura dampna fecerunt et in fine eiusdem mensis in Pwllya unum incolam de Kethel crudelissime percusserunt, quem etiam miseram ad Lewkam, ut ostendat vulnera, et hoc fecerunt filii Valentini Fontha.

19. Item in festo Omnium Sanctorum in possessione Nygwan irruerunt in meum officialem Georgium Zythoysith, quem interfecissent, si alii eum non defendissent, et fuerunt Fonta Paulus et Ladislaus frater eius ac alii.

20. Item iam hoc anno, nempe 1549. in crastino Dorothee, coloni domini comitis ex Horpach Michael Ispan cum sociis advenientes in possessione Myxa, ex molendino Mathie Elek vi accipientes unum hominem, Martinum Thot, abduxerunt.

21. Eodem anno in quadragesima Laurentius Hernyk emisit piscinam, cuius medietas est in terra abbatie, et cum partem piscium peterem, nil voluit dare, mittens me queri sive regie Maiestati sive alteri.

22. Item die 20. Maii, abegerunt pecora de Kethel ex territorio eius et mulctam acceperunt quindecim cruciferos, abegerunt autem incole de Ratestorff.

Eodem mense equos de Felsolaczthay abegerunt et acceperunt mulctam centum et quadraginta quinque cruciferos.

23. Item in festo Magdalene habitatores oppidi Chepreg Caspar Fytos cum sociis verberaverunt colonum abbatie Marcum Radchyth cum Julio Joannis in terra abbatie Perezne vocata.

24. Item in festo Jacobi incole de Pwllya vulneraverunt in Kewzegh unum colonum abbatie Joannem Radich, vix evasit mortem, sed caret una aure. Andreas Francisci filius de Pula filius (!) abscidit eam, sed et alii ibi fuere.

25. Item nunc in vigilia divi Mathei sub adventu dominationum vestrarum abegerunt omnia animalia de Felsolaczthay ad Lewkam, que licet restituerint ad mandatum dominationum vestrarum, desunt tamen ex eis una vacca et iuvenca duorum annorum.

Iam ruricole abbatie non audent a longe metas suas adire. Supplico igitur dominationibus vestris humillime, dignentur providere, ut dominus comes, tam servitores, quam colonos suos, a talibus factis et violentiis coerceret et prohiberet, et pro dampnis illatis ac expensis, ad quas me et colonos abbatie adduxerunt, satisfactionem impenderet, et qui vi ac potentia mediante aliquid tale egerunt, iuxta regni decreta castigarentur. Ante omnia autem, ut mete et termini revideantur, ac unicuique, quod suum est, ostendatur, et quilibet ab alieno abstineat, aliter enim pax consistere non poterit.

Earundem dominationum vestrarum

servitor et capellanus

Andreas

administrator abbatie Borsmonostra.

1550. die 19. Julii, videlicet sabbato proximo ante Magdalene magnificus dominus comes Thomas de Nadasd missis et destinatis Bartolomeo litterato etc., vi et potentia mediante fecit metere avenam incolarum de Malomhaza in eorum territorio etc.

Kívül: Querela administratoris de Borsmonostra contra spectabilem et magnificum dominum comitem Thomam de Nadasd ac suos.

Eredetije és javításokkal teljes egykorú másolata, helyesebben fogalmazványa, melynek élén a datum: «*1549 die 23 septembris (!) in geuns*» olvasható, két-két ív papiron az *Országos Levéltárban:* Eccl. cameral. fasc. 28. Nr. B. jelzet alatt.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

233.

Bécs, 1549 deczember 28.

I. Ferdinánd király beleegyezik a pozsonymegyei Alsólócznak Imre váradi nagyprépost és mások számára való elidegenítésébe.

Consensus super possessione totali Also Loocz in comitatu Posoniensi existente, honorabili magistro Emerico preposito maiori Waradiensi ac Francisco, Osvaldo Ilmery de Iwankaffalwa et aliis infrascriptis factus.

Anno Domini 1549. vigesima octava Decembris Vienne date sunt littere regie Maiestatis manu sue Maiestatis subscripte sigilloque suo secreto inpendenti communite, quibus mediantibus sua regia Maiestas illi dationi, venditioni, inscriptioni et perpetuationi, quam nobiles Joannes, Georgius et Gaspar, filii quondam Petri de

Pathwarycz, super totali possessione ipsorum Also Loocz in comitatu Posoniensi existente honorabili magistro Emerico preposito maiori ecclesie Waradiensis ac egregiis Francisco et Osvaldo Ilmerii, filiis egregii quondam Andree similiter Ilmerii de Iwankaffalwa, necnon Stephano filio eiusdem quondam Oswaldi Ilmerii ac Paulo et Georgio Sambokrethy, filiis olim domine Anne filie prefati quondam Andree Ilmeri, pro quadringentis et decem florenis auri puri Hungaricalis simul cum omnibus utilitatibus et pertinentiis quibuslibet vigore litterarum capituli ecclesie Nittriensis dedisse, vendidisse et inscripsisse dinoscebantur, suum regium consensum benivolum pariter et assensum prebuit cum omni suo iure regio. Salvo iure alieno.

Országos Levéltár: Liber Regius, II. kötet, 365. lap.

Közli: Iványi Béla.

234.

1549 deczember 29.

Jossephyth jászai prépost tanusítja, hogy Radai Simon és Monozlai Péter saját és a szepesi káptalan nevében Göncz városnak akárki által történendő elfoglalása, adományozása és jövedelmeinek fölvétele ellen tiltakoznak.

Nos frater Jossephyth episcopus Segniensis, prepositus et conventus ecclesie beati Joannis Baptiste de Jazow, memorie commendamus per presentes, quod venerabiles domini magister Simon de Rada et Petrus de Monozlo decanus capituli ecclesie beati Martini in Scepus in suorum et reverendi domini Blasii de Waradino Petri prepositi totiusque prefati capituli ecclesie Scepusiensis nominibus et in personis nostram venientes in presentiam, regiam Maiestatem a donatione et collatione oppidi Gewnch in comitatu Abawywariensi existentis habiti, alios vero universos et quoslibet ab impetratione, occupatione, detentione, conservatione, pro seipsis et iuris eorum appretiatione et vendicatione, seseque in dominium eiusdem quovis adinvento colore intromissione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione seu persificatione (!) quomodolibet iam factis vel fiendis publice et manifeste prohibuerunt et contradixerunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum dominico die proximo post festum Nativitatis Domini, anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Eredeti, papir, hátpecsét nyomaival. — *Jászai országos levéltár:* CC. I. 2.

Közli: Bunyitay Vincze.

235.

Maros-Vásárhely, 1549 deczember 29.

A Maros-Vásárhelytt tartott országgyűlés határozatainak 6. pontja.

Decretum dominorum regnicolarum trium nationum regni Transsylvaniensis in comitiis Vasarheliensibus ad diem festum beati Thome martyris indictis, anno Domini 1549.

— — — — — — — — — — — — — —

6. Quemadmodum autem domini regnicole certo sibi persuadent, nihil a Maiestate Reginali fieri, quod contra eorum libertatem esset, ita illud quoque, quod post eius Maiestatis Alba discessum accidit, non voluntate Maiestatis sue factum esse credunt: cum Michael Horvath portam capituli occupasset, quo nobiles, qui causa querendarum litterarum eo profecti essent, non sunt intromissi. Cum autem capitulum propter litteras privilegiales, quarum custodem capitulum ipsum esse voluerunt, domus tamen vicinalis sit dominorum nobilium regni, iidemque ipsi domini regnicole Maiestati Reginali et eius illustrissimo filio fideles semper exstiterunt et nunc quoque sunt; porta vero illa non capituli, sed dominorum regnicolarum sit, cui capitulum ut officialis quidem preest, quemadmodum alia porta episcopi pro tempore constituti fuit: supplicant domini regnicole Maiestati Reginali, ne hoc fieri patiatur, sed liberam porte illius possessionem capitulo concedere dignetur, nec de cetero ipsum eius capitulum in causa eius porte impedire patiatur, cum ex occupatione porte dominis ipsis regnicolis non solum magna evenirent incommoda, verum etiam dissidia facile sequerentur.

— — — — — — — — — — — — — —

Veszely: Erdélyi egyháztört. adatok, I. 163. — *Szilágyi:* Erdélyi Országgy. Emlékek, I. 296.

236.

1549.

Poky Gáspár és Gróff Bernát a borosszákai pusztát, melyet Kanizsai János, a borsmonostori apátság kegyura igazságtalanul elfoglalt és az apátsághoz csatolt, az ebből keletkezett káruk pótlásával és jövedelmeivel együtt visszaadatni kérik a helytartótanácstól.

Reverendissime, generosi, magnifici et egregii domini observandissimi. Non arbitramur non constare vestris dominationibus

observandissimis abbatiam sancte Marie de Bors Monasterio subiectam esse corone regimini (!) Hungarie, que nunc per indirectum subiicitur archiducatui Austrie, contra quem presentem querelam vestris dominationibus observandissimis porrigimus contra quem (!). Inprimis protestamur, quod nos contra statum publicum corone et regiminis Hungarie prohibitionemque dominorum et nobilium et directoris causarum et fiscalis sacre corone publico nomine factam, actionem contra eundem abbatem et discretum dominum Andream de Klÿz administratorem ipsius abbatie tanquam subditum archiducatus Austrie non contestamur; sed prout contra subditum corone et incolam regni Hungarie: quod licet alias totale predium Boroszaka vocatum in comitatu Soproniensi existens et habitum ab antiquo egregiorum Gaspari Poky ac Bernardi Groff et aliorum fratrum suorum hereditarium et item per eorundem predecessores etiam tentum et possessum, denique temporibus serenissimorum quondam divorum, primum Mathie et ultimo Ladislai regum in iudicio iure reobtentum et eisdem pure restatutum fuerit, pariter et per eorum precessores, idque restatutum possessumque extiterit; tamen postea quum alias magnificus quondam dominus dominus Joannes de Kanysa patronus abbatie Borsmonostra intra metas regni Hungarie in eodem comitatu Soproniensi adiacentis, sese in Germaniam moraturum contulisset et eandem abbatiam Borsmonostra ad ducatum Austrie, consequenterque ad hoc castrum et civitatem hanc Kewzegh utcunque vi occupata (!) extitisset, etiam ipsum predium Boroszaka una cum pertinentiis suis ad ipsam abbatiam Borsmonostra, consequenterque ad castrum et civitatem Kewzegh et per hoc ducatum ipsum Austrie minus iuste et indebite occupatum et tentum ac possessum, ac fructus et utilitates eiusdem percepti fuissent, prout occupati riteneretur, et fructus, utilitatesque eiusdem vi et potentia mediante perciperentur etiam modo, in quibus, salva violentie (!) prefati querulantes et predecessores ipsorum plus quam decem millium flor. auri damna passi fuissent. Unde petunt iidem querulantes dictum predium ex integro, iuxta contenta litterarum suarum adiudicatorialium, pariter et exinde restatutorialium sibi una cum suis pertinentiis et metarum distinctionibus ac perceptis fructibus et utilitatibus, damnisque perpessis reddi et restitui, ac de pena violentie pronuntiari.

Hátán: Querele egregiorum Gaspari Poky de Merges ac Bernardi Groff ac aliorum fratrum eorundem contra abbatem de Borsmonostra.

Ez alatt más, de egykorú kéztől: presentata die 4. Octobris 1549.

Egy félív papir, egyik oldalán kelet, aláírás, pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és k. kázi stb. levéltár: Hung. 1549. szám nélkül, a csomag utolsóelőtti darabja.*

Közli: Bunyitay Vincze.

237.

Debreczen, 1549.

Péter pap adósának kötelezvénye és a debreczeni plébániai major kertjének eladása.

Blasius Szabo, in vicinitate domini iudicis Mathei Janosdyak, fassus est se debere discreto Petro presbytero florenis 105, quos promisit solvere ad festum beati Georgii proxime affuturum.

Ex commissione domini gratiosissimi de horto[1] allodii plebanatus per estimationem vendidimus relicte Ambrosii Csintalan quandam partem a parte occidentali flor. 4, quos antedicta domina nobis persolvit, et dimisimus eam in perpetuo dominio.

Debreczen város jegyzőkönyvéből: 130, 137. ll.

Közli: Zsák I. Adolf.

238.

1549.

Ujlaky Ferencz győri püspök azon pert, melyet Gersei Pető Gáspár ellen a rábakovácsi plébánia-egyház földjeiért folytatott, esküttétele által megnyerhette volna, de az itélet kimondása előtt többek közbenjárására, s mivel nem akarta Petőt a sok költségben elmarasztaltatni, kibékűlt vele, Pető pedig a földeket visszaadta.

Franciscus Ujlaky episcopus Jauriensis litem, quam propter terras ecclesiae parochialis de Rába-Kovácsi occupatas cum Gasparo Pethew de Gerse habuit, iuramento suo obtinere potuisset, at ante definitivam sententiam ad nonnullorum intercessionem, et quia sumtuum plurimorum litis Gasparum Pethew convinci noluit, reconciliatus est cum eo, Pethew vero terras occupatas remisit.

Eredetije a *vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában:* Capitularia f. 2. nr. 10.

Közli; Karácsonyi János.

[1] *In originali:* orto.

239.

1549.

Egyházi birtokok adózása Zalavármegyében.

Regestum commomerationis (!) subsidii fl. unum (!) et denarii triginta, anno 1549. in comitatu Zaladiensi.

Processus mayor.

Zent Iwan ad pertinentia Zent Gohart.

Molendinator plebani de Zent Iwan p. I.

Apatffolwa.

Abbatis de Kapornak p. VI½, inquilini II, deserta I.

Molendinatores abbatis de Kapornak p. II.

Bodogffolwa.

Plebani de eadem p. I, inquilinus I.

Vistened.

Capituli Castriferrei p. XVI, inquilini II, nova I.

Wterque Bagod.

Molendinator plebani de Bagod p. I.

Hashagwappw.

Plebani de eadem p. I, inquilinus I.

Nowa, Kondora, Salomffalwa, Lerynchffalwa, Fewenos, Babat, Chapoffalwa, Karachonffalwa, Zaloyka, Fatzanffalwa.

Episcopi Vespremiensis p. LXX, nova domus XII, inquilini XVI, deserta VIII.

Paka, Demeffelde etc.

Molendinator plebani de Paka p. I.

Bak, Nena, Thwrol.

Plebani de Bak p. III, inquilini III.

Besewnew.

Plebani de eadem p. II.

Egerzeg.

Episcopi Vespremiensis p. LX, nowa XVI, deserta VIII, inquilini XVI.

Fabyani presbiteri p. III.

Molendinator plebani de eadem p. I.
Molendinator Fabyani presbiteri p. I.

Ola.

Plebani de Ola p. II, inquilini II.
Molendinator plebani de Ola p. I.

Zentgergwelge.

Plebani de eadem p. III1/2, inquilinus I.

Reznek, Jak, Jannosfalwa, Lewkffalwa.

Plebani de eadem p. II, inquilini II.
Molendinator plebani de eadem p. I.

Bona dominorum Banffi 1549. Chente, Ffelretfalw, Welgyfalw, Pyuche.

Molendinator Georgii presbiteri p. I.
Molendinator altaris de Lendwa p. I.

Sardy Zent Myhal, Pwzta Sard, Batorhel, Zemere lakosa.

Molendinator plebani de Sardy Zent Myhal p. I.

Zemenye, Kys Cherne lakosa.

Monachorum de Zemenye iobagio p. III.

Bona dominii Zereny, insula Drawa Mwrakez, Nedwlche.

Plebani de Nedwlche p. III1/2, inquilini VII.

Cheztauch.

Plebani de Ztrygo p. IIII, deserte V.

Belych.

Plebani de Belych p. II.

Paloth, Iwrysolch, Benkolch, Zobotycha.

Plebani de Zobotycha inquilini III.

Zentgerg.

Plebani et prewardarii de eadem p. VI1/2, inquilini V.

Kezepsew Wllaryc, Also Wllaryc.

Plebani de Zobotycha p. I, inquilini II, nova I.
Heremitarum de Chaktornya p. XVIII, inquilini XXX, nove IIII, servitores IIII.

Pribyzlach, Zetmyhal, Syskolch.

Plebani de Zentmyhal p. XVIIII1/2, inquilini XXX, nova V.

Nomina willarum bona Zereni, qui non fuit dicatus in preteritis annis.

Mwkoschyna.

Plebani de Zentmyhal p. II, inquilini III, nova I.

Processus minor sedis Kapornak 1549.

Verkend.

Abbatis de Kapornak p. VII, nova II, inquilini IIII, molendinator abbatis de Kapornak p. 1.

Aranad.

Molendinator plebani de Zalazeg p. I.

Wterque Chafford, Bagotha.

Molendinator plebani de Chafford p. 1.

Feneshaza, Bagotha.

Eremitarum de Erwenes p. II, nova II.

Kalos.

Abbatis de Kapornak p. V, nova IIII, inquilini V.

Kethyda.

Eremitarum de Erwenes molendinator p. 1.

Garabonch.

Capituli Vespremiensis p. XXVI, nova XVI, inquilini II, servitor I, deserta I.

Merenye.

Capituli Vespremiensis p. XXVII, nova VIII, inquilini VI, servitor I.

Wylak.

Capituli Vespremiensis p. XX, inquilini III, nowa II, deserta II.

Bakolnak.

Eremitarum de Erwenes p. VI.

Wywdwar.

Plebani de Wywdwar p. I.
Molendinator plebani de Wywdwar p. I.
Molendinator plebani de Palyn p. I.
Molendinator plebani de Kanysa p. I.

Gelsealya Zygete.

Plebani de Kanysa p. I.

Fythehaza.

Plebani de Kanysa p. V1/2, inquilini V, nova I, deserta I.

Kereztur.

Abbatis[1] de eadem p. V, inquilini IIII, deserte III.

Feket Bak.

Plebani de Bak p. I.
Molendinator plebani de Bak p. I.

Chatar, Botffalwa, Elwesffalva.

Abbatis de Chatar p. X, nova III, inquilini III.

Erdwghenye.

Molendinator monachorum de Peleske p. I.

Zentmarthon.

Abbatis de Kapornak p. IIII1/2, inquilini XI.

Zentpeterwr, Rokolyan.

Eremitarum de Erwenes p. XX1/2.

Pacha, Isebov.

Plebani de eadem p. I1/2.

Nemetffalw.

Heremitarum de Erwenes p. IIII1/2, nova III, servitores II, inquilini III, deserta I.

Bodogazonhaza, Iwanffelde.

Abbatis de Kapornak p. II, inquilini VI.

Herbaly.

Abbatis de Kapornak p. I, nova II, inquilini II.

Bakxa.

Abbatis de Kapornak p. VII, nova II, inquilini II, deserta III.

Gezdered.

Abbatis de Kapornak p. III, nova II, deserta II.

Padarmolomffelde.

Abbatis de Kapornak p. XI, nova II, inquilini VI, servitor I, deserta I.

Estwand.

Plebani de eadem p. I, nova I, inquilini I.

[1] In originali: abatis.

Lak.

Abbatis de Kapornak p. VIIII, nova III, inquilini II, deserta I.

Baratokffalwa.

Monacorum (!) de Peleske p. II, inquilinus I, deserta I.

Kapornak.

Abbatis de Kapornak p. XX, servitor VIII, inquilini VII, nova II.

Processus sedis Zantho 1549.

Bak.

Alsotylle.

Prepositi de eadem p. IIII 1/2, servitor VI, nova VII, inquilini II.

Felsewtylle.

Prepositi de eadem p. IIII, servitor I, nova I.

Newalyad.

Eremitarum de Erwenes p. VII 1/2, inquilini I, nova II.

Hetye.

Prepositi de Tylle p. IIII 1/2, inquilini II.

Ewtwes.

Prepositi de Chorna p. X, inquilini V, nova II, servitor I.

Zentgerolth.

Prepositi de Tylle p. I, inquilini V.

Wehw.

Molendinator prepositi de Tylle p. I.

Apsa.

Prepositi de Tylle p. IIII, servitores III, nova I, inquilini V.

Base.

Episcopi Vespremiensis p. IIII, nova VI, inquilini VIII.

Che.

Episcopi Vespremiensis p. I, inquilini XIII, deserta VIII.

Syd.

Capituli Jauriensis p. XX, inquilini X, nova II.

Regestrum sedis Thapolcha 1549.

Felseerws.

Prepositi de eadem p. II, inquilini V.

Alsoerws.

Prepositi de Erws p. I.

Lowas.

Molendinator prepositi de Erws p. I.
Prepositi de Ratolt p. I.

Nagpechel.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. II.

Kyspecel.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. II.

Wdwary.

Prepositi de Lewweld p. II, inquilinus I.

Zepėzd.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. III.

Thagan.

Molendinator plebani de Thagan p. I.
Nobiles ecclesie Vespremiensis p. V.

Herend.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. III.

Chycho.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. VII.

Arokffe Zent Berechkffalwa.

Nobiles ecclesie Vespremiensis p. V1/2.

Apathyatak.

Nobiles ecclesie de Almad p. IIII.

Kebelkwt.

Plebani de Simeg p. I.

Thapolcha.

Prioris de Lewweld p. XXX, servitores IIII, nova XIIII, inquilini XVIII, molendinatores prioris Leweldy p. II.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, LII. kötet.

240.

1549.

Egyházi birtokok adózása Mosonvármegyében.

Regestum primi dice comitatus Mosoniensis, anno 1549.

Pathfalwa.

Abbatie Sancte Crucis p. XXVIIII. Iudex I, nova I, inquilini II, pastor I.

Barathfalw.

Abbatie Sancte Crucis p. XVI. Iudex I, nova IIII, pastor I.

Veden.

Capituli Jauriensis p. XVIII. Iudex I, inquilinus I.

Vynden.

Abbatie Sancte Crucis p. XXXIII. Iudex I, inquilini V, pastor I, nobilis I.

Lyben et Barmaz.

Abbatie de eadem p. V½, iudex ½, inquilini VI.

Ugyanez az állapot a portaszámokban való némi csekély eltéréssel az 1549-beli második adószedésnél, 1550-ben, 1551-ben, 1552-ben és 1553-ban is.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XXII. kötet.

241.

1549.

Egyházi birtokok adózása Nyitravármegyében.

Regestum connumerationis primi subsidii unius floreni et denariorum triginta super processibus quatuor iudicum nobilium comitatus Nittriensis, in anno Domini 1549. Processus primus Gregorii Theesseny iudicis nobilium.

Senyche.

Domini Francisci Nyary p. XXXXVI.
Domus anabaptistarum II.

Kwnow.

Domini Francisci Nyary p. V½.
Domus anabaptistarum II.

Straza.

Domini Bakyth p. VIII.
Domus anabaptistarum II.

Kwthy.

Domini Bakyth p. VI 1/2.
Domus anabaptistarum II.

Brochky.

Domini Bakyth p. IIII.
Domus anabaptistarum II.

Wekbelyo.

Domini Bakyth p. XXX.
Domus anabaptistarum II.

Peterfalwa.

Domini Bakyth p. XXV 1/2.
Domus anabaptistarum II.

Wuyn.

Domini Bakyth p. XXXVI 1/2.
Domus anabaptistarum I.

Holych.

Domini Bakyth p. XXXVIIII.
Domus anabaptistarum V.

Kaathow.

Domini Bakyth p. III.
Domus anabaptistarum I.

Sobatysthya.

Domini Francisci Nyary p. XII 1/2.
Domus anabaptistarum II.

Rawenzka.

Domini Francisci Nyary p. XIII 1/2.
Domus anabaptistarum I.

Wygalgoch.

Domus presbiterum VIIII.

Processus secundus Gregorii Zomor iudicis nobilium.

Sys.

Nobilium. Totum predium tantum plebanus ac unus inquilinus moratur.

Országos Levéltár: Dicalis Conscr., XXVII. kötet.

242.

1549.

Egyházi birtokok adózása Győr vármegyében.

Regestum primi dice comitatus Jauriensis, anni 1549.

Kaptalampathona.

Domini capituli Jauriensis p. X. Deserta, fugerunt omnes ante Turcas.

Gyarmath.

Prepositi de Corna p. XVI. Deserta, fugerunt ante Turcam.

Kayar.

Abbatie sancti Martini p. III, deserta, fugerunt ante Turcam.

Kapy.

Monialium de Morichida p. VI$^1/_2$, nova I.

Bedegew et Marcotha.

Domini capituli Jauriensis p. VI$^1/_2$, nova III.

Feyertho.

Domini capituli Jauriensis p. VII$^1/_2$, nova III.

Abda.

Domini capituli Jauriensis p. V, nova X.

Venek.

Abbatie sancti Martini p. V$^1/_2$, nova I.

Seggew.

Domini prepositi de Corna p. I, nova VII.

Kwchod.

Abbatie Sancti Martini p. III.

Patas.

Monialium de Sygeth p. XVII, deficiunt p. V, p. XII, nova III.

Balom.

Domini custodis ecclesie Jauriensis p. XII, nova XIII. Iudex iuravit p. I.

Vamos.

Domini capituli Jauriensis p. VIII 1/2.

Országos Levéltár : Dicalis Conscript., XIX. kötet.

243.

1549.

Egyházi birtokok adózása Liptóvármegyében.

Regestum primi subsidii comitatus Lypthoviensis.
Processus Blasii Madachany.

Zleecz.

Monasterii Thwrociensis p. 20.
Iudex 1, deserte 2, combuste 12, inquilini 7.
(Ugyanez az állapot 1550-ben is, csakhogy a porták száma 19, deserta p. 1.)

Országos Levéltár : Dicalis Conscript., XX. kötet.

244.

1549.

Egyházi birtokok adózása Somogyvármegyében.

Registrum dice regie Maiestatis ad comitatum Simigiensem, anno 1549.

Marchaly.

Ibidem plebani de eodem p. I 1/2, pauperes V, domus nove III.

Peterheda.

Plebani de Bokolchya p. I, pauperes III, deserta V.
A legtöbb helységnél ilyen megiegyzéseket olvasunk : «Deserte sunt per Turcos. Totaliter combuste sunt per Turcos» stb.

Országos Levéltár : Dicalis Conscript., XXXVII. kötet.

245.

1549.

Egyházi birtokok adózása Nyitravármegyében.

Regestum connumerationis primi subsidii unius floreni et denariorum triginta super quatuor processibus iudicum nobilium comitatus Nittriensis anno 1549.

Primus processus Gregorii Thesseny iudicis nobilium.

Izbeeg.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXXVI.

Oppidum Galgócz.

Ibidem hospitalis p. IIII.

Pobegym.

Prepositi de Wyhel p. XXII.

Bossacz.

Prepositi de Wyhel p. II 1/2.

Ostrow.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXV.

Krakowan.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXVI.
Molendinum p. I.

Trebetycz.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXXI, molitor p. I.

Molnos.

Capituli Nittriensis p. X.

Naghsarlo.

Capituli Nittriensis p. VIII.
Nobilium de Elephanth p. III.

Secundus processus Gregorii Zomor iudicis nobilium.

Apathfalwa.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VIIII, molitor p. I.

Lehotha.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VIII 1/2.

Radozna.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXI, molendinum p. II.

Ardanocz.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis ac capituli de eadem p. VIII.

Lakaczy.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VI.

Czab.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VIII.

Syl.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VIII.

Chekey.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XI.

Egerssegh.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXVI 1/2, molendinum p. I.

Lowazy.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. III.

Bellyen.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. IIII.

Zyre.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VIIII.

Ledecz.

Reverendissimi domini locumtenentis p. X.

Pogran.

Reverendissimi domini locumtenentis p. VIII.
Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. II.
Nobilium p. X.

Darasy.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XIIII.

Gerenczer.

Capituli Strigoniensis p. X.

Bodok.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. X.

Tertius processus Francisci Zerdahely iudicis nobilium.

Also Wezthenycz.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XIIII.

Felsew Wezthenycz.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XVII 1/2.

Hradysko.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XII.

Dwornyk.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XVIII 1/2.

Raczycz.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XII 1/2.

Swczaan.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXVI 1/2.

Appathy.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XII.

Sowka.

Reverendissimi domini locumtenentis p. V 1/2.
Iudex p. 1/2.

Lazan.

Plebani de Baymocz p. XXIII, molendinum p. I.

Kanyenka.

Plebani de Baymocz p. VIII.

Kachan.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXX.
Molendinum p. I.

Hynoran.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXXIIII, molendinum p. I.

Swlocz.

Capituli Nittriensis p. XVIII.

Quartus processus Thome Kewrezkyny iudicis nobilium.

Thormos.

Domini episcopi Nittriensis p. XIII.

Kys Emewke.

Domini episcopi Nittriensis p. VII.

Chehy.

Capituli Strigoniensis p. XII 1/2.

Nagh Chethen.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXIIII.

Kys Chethen.

Reverendissimi domini locumtenentis p. V 1/2, iudex p. 1/2.

Nyarhyd.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XI. Solvunt quoque Thurcis.

Gyorok.

Reverendissimi domini locumtenentis p. II 1/2. Solvunt quoque Thurcis.

Gwgh.

Reverendissimi domini locumtenentis p. VI 1/2. Solvunt quoque Thurcis.

Thardoskėddy.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXIIII.

Negyed.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XIII.

Kyralfalwa.

Reverendissimi domini locumtenentis p. X.

Seellye.

Reverendissimi domini locumtenentis p. X.

Hosswfalw.

Reverendissimi domini locumtenentis p. III 1/2.

Mochonok.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. XXI.

Chapor.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. V 1/2

Irewgh.

Reverendissimi domini episcopi Nittriensis p. VII.

Nagh keer.

Reverendissimi domini locumtenentis p. XXII, molendinum p. I.

Keer Appathy.

Reverendissimi domini locumtenentis p. IIII1/2.

Wyffalw.

Capituli Nittriensis p. IIII.

Berencz.

Capituli Nittriensis p. XVIII.

Naghfalw.

Capituli Nittriensis p. V1/2, iudex p. 1/2.

Lywky.

Capituli Nittriensis p. IIII1/2, iudex p. 1/2.

Arkos.

Capituli Nittriensis molitor p. I.
Platea capituli Nittriensis Nittrie p. IIII, iudex 1/2.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XXVII. kötet.

246.

1549.

Egyházi birtokok adózása Vas vármegyében.

Regestum connumerationis et exactionis subsidiorum comitatus Castriferrei anni 1549. Castriferrei primum subsidium.
Processus Michaelis Nagh iudicis nobilium.

Gerse.

Plebani de eadem p. I.

Waswar.

Capituli Castriferrei p. V.

Processus Gregorii Therestheny iudicis nobilium.

Kermend.

Plebani molendinum I.

Nadallya.

Heremitarum de Monyorokerek molendinum I.

Myndzenth ad Porno.

Reverendissimi domini Jauriensis p. XVIII.

Lowazad.

Abbatis de Gyaak p. VIII, molendinum I.

Karachffalwa.

Heremitarum de Monyorokerek p. VIIII.

Felsewpokol ad Porno.

Reverendissimi domini Jauriensis p. IIII.

Also Beled.

Reverendissimi domini Jauriensis p. X.

Porno.

Reverendissimi domini Jauriensis p. X, molendinum I.

Nemeth Kereztes.

Reverendissimi domini Jauriensis p. VI, molendinum I.

Magyar Kereztes.

Abbatis de Gyak p. VII$^{1}/_{2}$.
Molendinum I.

Gyaak.

Abbatis de Gyaak p. VI (aliorum nobilium 8$^{1}/_{2}$ p.).
Processus Clementis Doma iudicis nobilium.

Zenthmyklosfalwa,

Reverendissimi domini Jauriensis p. V.

Kechkes.

Prepositi de Chorna p. XX.

Eghhazaskezew.

Reverendissimi domini Jauriensis p. III, molendinum I.

Naghdemelk.

Abbatis de eadem p. V.

Krako.

Heremitarum de Wason p. V, molendinum I.

Chehy Myndzenth.

Capituli Castriferrei p. VIIII (et aliorum).

Hermantylay.

Capituli Castriferrei p. III (aliorum p. III).

Olozka.

Capituli Castriferrei p. XXV.

Ozko.

Capituli Castriferrei p. IIII1/2 (et aliorum).

Sydofewld.

Capituli Castriferrei p. VI.

Processus Bernardi Senye iudicis nobilium.

Kowachy.

Plebani de eadem p. V (alii possident portas 12).

Mylyklyparth.

Capituli Castriferrei p. XVI, molendinum I.

Kemez.

Capituli Castriferrei p. X.

Országos Levéltár: Dicalis Conscript., X. kötet, 419—482. ll.

247.

1549.

Egyházi birtokok adózása Komáromvármegyében.

Regestum primi subsidii floreni unius et denariorum triginta comitatus Comaromiensis 1549.

Processus Michaelis Benech iudicis nobilium Comaromiensis.
Perbethe, reverendissimi domini locumtenentis por. 6,
Kywrth eiusdem por. 17.
Wdward bona reverendissimi domini locumtenentis por. 28.
Baych por. 8.
Leek por. 4.
Anyala por. 6.
Nazwad por. 33.
Zymew por. 6.
Naghgwtha et Kysgwtha.
Reverendissimi domini locumtenentis por. 49.
Imew eiusdem por. 13.
Isa, reverendissimi domini locumtenentis por. 10.
Hethen eiusdem por. 3.
Marthos, reverendissimi domini locumtenentis por. 6.

Processus Casparis Westhewy iudicis nobilium.
Felsewzakalos, monialium de Insula Leporum por. 14.
Balwanzakalos, reverendissimi domini locumtenentis por. 8.
Ugyanez az állapot 1550-ben is.

Országos Levéltár: Dicalis Conscript., XIII. kötet, 241—376. ll.

248.

1549.

Egyházi birtokok adózása Hont vármegyében.

1549. Regestum exactionis secundi subsidii unius floreni et denariorum triginta comitatus Honthensis, anni 1549.

Comitatus Honthensis.
Processus Joannis Bory iudicis nobilium.
Bersen — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XVII.
Zewlews — integra — prepositure de Saag p. VII 1/2.
Almas — integra — eiusdem prepositure p. VII 1/2.
Nadas — integra — prepositure de Saag p. X.
Thewlgyes — Thurcis — capituli Strigoniensis p. VI.
Leleed — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. VI.
Zaalka — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XXVI.
Zob — Thurcis — capituli Strigoniensis p. VIII.
Kezy — Thurcis — capituli Srigoniensis p. IIII.
Lethkes — Thurcis — eiusdem capituli — p. X.
Zethe — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XXVIII.
Kewesd — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. X.
Baytha — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. VI.
Kysewlewd — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. IIII.
Paald — Thurcis — capituli Strigoniensis p. V.
Ersekgyarmathya — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XLIIII.

Secundus processus Francisci Sypyky iudicis nobilium.
Bozok — prepositure de eadem p. XIIII.
Felsewbagyn — prepositure de eadem p. VI.
Also Bagyn — eiusdem prepositure p. VI.
Zolcz — eiusdem prepositure p. IIII.
Wnathyn — eiusdem prepositure p. V.
Felsewalsok — eiusdem prepositure p. II.
Alsoalsok — eiusdem prepositure p. II.

Kechkewarbok — eiusdem prepositure p. IIII.
Alsomladonya — eiusdem prepositure p. V.
Felsewmladonya — eiusdem prepositure p. IIII.
Chakowcz — eiusdem prepositure p. VII.
Lehothka — eiusdem prepositure p. III1/2.
(Hae 12 possessiones integre ad praeposituram Bozokiensem pertinent.)
Alsorokoncza — Thurcis — episcopi Segniensis p. VI.
Saag — Thurcis — prepositure de eadem p. X.
Felsewsypyk — integra — archiepiscopatus Strigoniensis p. VIII.
Gywrek — Thurcis — capituli Strigoniensis p. XVIII.
Bernecze — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XVIII.
Barathy — Thurcis — capituli Strigoniensis p. VIIII.
Zebeleb — capituli Strigoniensis p. XXXVIII.
Nemethy — eiusdem capituli p. XXV.
Kemencze — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XXVIII.

Tertius processus Pauli Gonda iudicis nobilium.
Kozthouchan — Thurcis — capituli Strigoniensis p. VI.
Felsewnyek — Thurcis — capituli Strigoniensis p. XVIII.
Zenorad — prepositure de Bozok p. XIII.
Leczko — eiusdem prepositure p. IIII.
Lythwa — eiusdem prepositure p. XIIII.
Therpyn — eiusdem prepositure p. VII.
Alsonyek — Thurcis — capituli Strigoniensis et nobilium p. XVIII.
Inam — Thurcis — capituli Strigoniensis p. X.
Neklyncz — Thurcis — capituli Strigoniensis p. X.
Thesmagh — Thurcis — prepositure de Saag p. XII.
Hydwegh — Thurcis — archiepiscopatus Strigoniensis p. XX.
Honth — Thurcis — eiusdem p. VII.
Dregel — archiepiscopatus Strigoniensis p. XIIII.

Quartus processus Francisci Chehy iudicis nobilium.
Wasarospaloytha — Thurcis — prepositure de Saag p. X.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XVII. kötet, 155—183. ll.

249.

1549.

Egyházi birtokok adózása Hevesvármegyében.

Regestum factum super dicam regiam circa festum Epiphaniarum Domini connumeratarum de comitatu Hewesiensi provenire debentem.

De singula porta per den. LXV exigentes, anno 1549.

Dicator Petrus litteratus de Raska.

Zalok — capituli Agriensis p. VIII, pauperes VII, nova domus I, deserte V, iudex I.

Bocz — capituli Agriensis p. VIIII, pauperes V, curia nova I, deserte IIII, iudex I.

Aranyos — capituli Agriensis p. V, pauperes IIII, nove domus II, deserte III.

Felnemeth — episcopi Agriensis p. XXXX, pauperes XX, nove IIII.

Agria et teatrum — episcopi Agriensis p. XXV, pauperes XVI, nove III.

Harangozowcha — custodis Agriensis p. VIII, pauperes VIII, deserte III.

Zem Mykloswchai — episcopi Agriensis p. IIII, pauperes IIII, nova I.

Olazwcha — episcopi Agriensis p. IIII, pauperes V, deserte III.

Chegledh — episcopi Agriensis p. X, pauperes III, nove II.

Processus Joannis Chyga iudicis nobilium.

Gyengyespyspeky — episcopi Agriensis p. V, pauperes II, deserte IIII.

Kerechyen — episcopi Agriensis p. III, pauperes V, deserte VIII.

Demyendh — episcopi Agriensis p. X, pauperes VIII, deserte III, iudex I.

Kapolna — episcopi Agriensis p. IIII, deserte II, pauperes III, nova I.

Hewes Iwan — capituli Agriensis p. VIII, pauperes VII, deserte XVI, iudex I.

Processus Stanislai Tharkany iudicis nobilium.

Thyza Nana — episcopi Agriensis p. VIIII, pauperes VII, deserte II, nove II, iudex I.

Sarwdh — episcopi Agriensis p. VI, pauperes II, nova I, deserte V.

Mezewhydweg — episcopi Agriensis, nunc noviter per modernos officiales condescensa, attamen omnes pauperes.

Magyaradh — episcopi Agriensis, noviter per modernos officiales condescensa, attamen pauperes omnino.

Porozlo — aliorum et — capituli Agriensis p. V, pauperes V, iudices II.

Tharkan — capituli Agriensis p. VII, pauperes III, ibidem molendinum p. I, curia nova I.

Abony — episcopi Agriensis p. IIII, pauperes IIII, nove domus III, ibidem molendinum — p. I.

Kys Bwda — episcopi Agriensis p. II, pauperes III, curia nova I.

Maklaar — episcopi Agriensis p. XV, pauperes X, nova I.

Nagh Thalja — episcopi Agriensis p. XXVIII, pauperes XII.

Országos Levéltár: Dicalis Conscript., XVI. kötet, 19—51. ll.

250.

1549.

Egyházi birtokok adózása Barsvármegyében.

Regestum primi subsidii unius floreni et denar. triginta comitatus Barsiensis 1549.

Comitatus Barsiensis primi subsidii 1549.

Processus Georgii Koztholyany iudicis nobilium in pertinentiis Kerezthwr domini Strigoniensis 1549.

Oppidum Kerezthwr, reverendissimi domini Strigoniensis p. XVIII solvit.

Nova Lehotha, eiusdem p. X s.

Janowa Lehotha, eiusdem p. XXII s.

Kwczwryn, eiusdem p. V s.

Zeleska, eiusdem p. XV s.

Kopronicza, eiusdem p. XXI s.

Barthosa Lehotka, eiusdem p. V½ s.

Ookewrmewcz, eiusdem p. X s.

Naghloucza, eiusdem p. XX½ s.

Priztawylk, eiusdem p. X s.

Thwrbyn, eiusdem p. XIII s.

Kysloucza, eiusdem p. VIII½ s.
Lwthille, eiusdem p. XX s.
Izthrebw, eiusdem p. XI s.
Pythelwa, eiusdem p. IIII s.
Nywolnya, eiusdem p. II½ nihil solvit, officiales percipiunt.
Clzeykew, eiusdem p. V s.
Zewlews, eiusdem p. XIIII s.
Nemethy, eiusdem p. XVI s.
Leedecz, eiusdem p. X s.
Berzencze, eiusdem p. XII. Restant fl. VII den. LX, solvit fl. VIII.

Pertinentia oppidorum Werebel et Naghsarlo.

Processus Joannis More iudicis nobilium.

Nagh Sarlo.[1] Qui Turcis mediam partem solvunt, p. XXXIII, fl. XVI½ solvit, restant fl. IIII, den. ½ c.

Damas, eiusdem Strigoniensis p. VII, fl. III½ solvit, restant fl. I, den. V.

Zenthgergh, eiusdem p. VIII, restant.
Helwen, eiusdem p. VI, fl. III, den. XV solvit, restant den. LXXV.
Wenycze, eiusdem p. II, fl. I, den. XXX solvit.

Werebel, eiusdem p. XXIII, fl. XI solvit, restant fl. III½, den. XXXXV.

Kyssarlo, eiusdem p. VIII, restant totum.
Monkad, eiusdem p. I, den. LXV solvit.
Aha, eiusdem p. VIII, fl. IIII solvit, restat fl. I, den. XX.
Theld, eiusdem p. X, fl. V solvit, fl. I½ restant.
Czyffar, eiusdem p. V combuste.
Thothfalw, eiusdem p II, fl. I solvit, den. XXX restat.
Czeke, eiusdem p. II, fl. I, den. XXX restat.
Mellek, eiusdem p. IIII, fl. II, den. LX solvit.

Pertinentia Claustri Sancti Benedicti de Juxtagron.

Processus Petri Gyepes iudicis nobilium.
Wezka, eiusdem claustri p. V.
Apathy, eiusdem p. XX.
Lehota, eiusdem p. VI.
Apathfalwa, eiusdem p. V.
Ebedecz, eiusdem p. IIII.
Thazzar, eiusdem p. XII.

[1] Innenfogva a primási birtokok mellett más kézzel ez a megjegyzés olvasható: «Turcis», a mi azt jelenti, hogy ezek felében már a töröknek adóztak.

Zelepeczen, eiusdem p. XIII.
Naghwezeken, eiusdem p. VIII.
Naghwalkocz, eiusdem p. XII.
Zenth Benedek, eiusdem p. VIII.
Kowachÿ, eiusdem p. VII.
Pezer, eiusdem p. III.
Rohosnicza, eiusdem p. VI.
Tholmach, eiusdem p. IIII.
Nemczen, eiusdem p. VIII.

Semlyer, eiusdem (Turcis mediam) p. V, fl. II1/2 den. XXV solvit, den. L restat.

Kyskalna, eiusdem (Turcis etc.) p. II1/2, fl. I den. XX solvit, restant den. XLII1/2.

Bessenyew, eiusdem (Turcis etc.) p. V, fl. II den. LX solvit.
Thayna, eiusdem (Turcis etc.) p. I nihil solvit.

De bonis universorum comitatus Barsiensis.

Welykepoly, heremitarum Elephantii p. XII.
Mankocz, heremitarum Nozthrohii p. VIII1/2.

Chathaghem (Turcis) heremitarum Nozthrohii p. VII, fl. IIII den. LV solvit.

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Dicalis Conscript., III. kötet, 881—910. ll.

251.

1549.

Egyházi birtokok adózása Beregvármegyében.

Primum subsidium comitatus Bereg 1549.
Ex isto scribatur.

Beregzas.

Wywcha magistri hospitalis por. X. solvit.
Monachorum de Zas ibidem II solvit.

Regestum super exactione primi subsidii regie Maiestatis[1] in comitatu Bereg per Georgium Mathusnay.

Beregzaz.

Hospitalis, solverunt de p. X.
Ibidem monachorum solverunt de p. II, monachi levaverunt.

[1] Haec exactio verosimiliter fit anno 1550.

Zalokà.

Prepositi de Lelez, solverunt de p. VIIII.

Regestum super exactione secundi subsidii regie Maiestatis in comitatu Bereg.

Naghmusay.

Heremitarum p. VII.

Kygyos.

Monachorum p. XXVI. Levaverunt monakii(!) pro se ipsis, iuxta continentiam litterarum ipsorum privilegialium.

Beregszász és Szalókánál az állapot ugyanaz, mint előbb.

Országos Levéltár: Dicalis Conscript. VI. kötet, 479—480, 487—537. ll.

252.

1549.

Egyházi birtokok adózása Esztergomvármegyében.

Primi et secundi subsidii regestum sexaginta quinque denariorum comitatus Strygoniensis 1549.

Comitatus Strigoniensis.

Processus Joannis Poch iudicis nobilium.

Bona reverendissimi domini Strigoniensis.

Mwsfa (!) por. 4.

Kemend por. 5.

Magyar Zewdeen por. 14.

Nemeth Zewdeen por. 13.

Wasaarhel por. 3.

Kwral por. 8.

Bwchw por. 5.

Moch, reverendissimi domini locumtenentis por. 4.

Barth, eiusdem por. 5.

Farnad, eiusdem por. 12.

Ewlwed, eiusdem por. 15.

Gyarmath, eiusdem por. 8.

(Ugyanez az állapot az év többi connumeratióinál is.)

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Dicalis Conscript., XL. kötet.

253.

1549.

Egyházi birtokok adózása Zemplénvármegyében.

Regestum secundi subsidii regie Maiestatis in congregatione Posoniensi per regnicolas ordinatum, videlicet unius floreni et triginta denariorum... per me Demetrium Ormani dicatorem in comitatu Zempliniensi... exactum, anno 1549.

Primus processus Joannis Wekey iudicis nobilium eiusdem comitatus Zempliniensis.

Bodrogkez.

Chernez.

Prepositi Leleziensis p. III.

Polyana.

Prepositi Leleziensis p. V.

Lelez.

Prepositi eiusdem p. XII.

Agard.

Prepositi Leleziensis p. IIII (et aliorum).

Zentmaria.

Episcopi Agriensis p. IIII.

Secundus processus Petri Hoporty iudicis nobilium.

Harkan.

Heremitarum de Laad p. X.

Baas.

Heremitarum de Laad p. III.

Keren.

Heremitarum de Laad p. V.

Hydwegy.

Agriensis p. XI.

Lyzka.

Prepositi Scepusiensis p. XVII 1/2.
Capituli Scepusiensis p. XVII 1/2.

Sara.

Heremitarum de Therebes p. IIII.

Olazy.

Heremitarum de Therebes p. VIII.

Quartus processus Michaelis Syska iudicis nobilium.

Papffalwa.

Plebani de Homonna p. X.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, LVI. kötet, 154—188. ll.

254.

1549.

Egyházi birtokok adózása Szatmárvármegyében.

Primum subsidium comitatus Zathmar.
Regestum comitatus Zathmar.
Primus processus Michaelis Fyzy iudicis nobilium 1549.

Rycye.

Capituli Waradiensis p. VI, pauperes 10, iudex I.

Jaank.

Capituli Waradiensis p. XXI, domus nove 3, pauperes 20, iudex I.

Gewrbed.

Vicarii de Megyes p. XII, domus nove 9, servitores 7, pauperes 14, iudex 1.

Kyshodos.

Fratrum heremitarum p. VIIII, pauperes 8, iudex 1.

Penezleg.

Fratrum heremitarum p. IIII, iudex I.

Enchench.

Hospitalis p. I, domus nova I, pauper I, iudex I.

Országos levéltár: Dicalis Conscriptio LVI. kötet, 626 köv. ll.

255.

1549.

Egyházi birtokok adózása Sopronvármegyében.

Comitatus Soproniensis. Primum subsidium 1549.
Processus Petri Zopori et Ladislai Czymber iudicum nobilium.

Horpach.

Ibidem domini prepositi Chornensis: servus I.
Ibidem plebani de eadem: inquilini IIII.

Wys.

Dominorum capitularium Jauriensium porte VIIII. Iudex I, inquilini II, combuste II, nova domus I. — Ibidem nobiles curie III.

Civitas Chepprek.

Ibidem plebani porta I, pauperes III.
Ibidem plebani minoris pauperes II, nova domus I.

Bew.

Domini cruciferi Sopronienses porte XIIII. Iudex I, inquilini IIII, domus nove II, servi II, domus deserta I.

Hymod.

Domini Jauriensis porte XXII. Iudex I, nove domus III, inquilini III.

Hewey.

Domini prepositi Chornenses porte XII. Iudex I, inquilini IIII, nove domus II.

Rakos.

Domini Jauriensis porte XVI. Iudex I, pastores III, inquilini XI, nove domus II.

Rabakewz.

Processus Francisci Dery et Benedicti Peczy iudicum nobilium.

Bandhegye.

Domini prepositi Chornensis porte III. Iudex pauper, inquilini III, pauper I.

Kereszthwr.

Ibidem prepositi Chornensis porte III. Inquilini II, nove domus II.

Chorna.

Ibidem prepositi Chornensis porte XII. Iudex I, inquilini VIII, servi V, nove domus I.

Maglocza.

Domini prepositi Chornensis porte III, inquilini III.

Bagyogh.

Domini Jauriensis porte IIII, iudex, inquilinus, nove domus II.

Zowath.

Domini Jauriensis porte III, iudex pauper, inquilini VII, nove domus II.

Sebes.

Domini prepositi Papocziensis porte V$^{1}/_{2}$, iudex $^{1}/_{2}$, inquilini VII, deserte II, domus domini I, nove domus II.

Wasarosfalw.

Domini prepositi Chornensis porta I, inquilini III.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XXXVIII. kötet, 1—60. ll.

256.

1549.

Az esztergomi érsek javairól tartott nyomozás eredménye.

Perlustratio et inquisitio in bonis domini archiepiscopi ecclesie Strigoniensis 1549.

Egregius dominus Michael Muthnoky in infirmitate et in agone mortis reverendissimi domini percepit.

Dominus Muthnoki dicit fl. 24	Sigaut solvit	fl.	25
	Scimo solvit	fl.	10
	Nasvad solvit	fl.	40
fl. 32	Wdward	fl.	35
	Gwrok	fl.	20
	Bayc	fl.	25
	Tardosked	fl.	32
	Gwtha	fl.	50
	Gwg	fl.	25
	Keer	fl.	32
nihil	Cheten	fl.	32
fl. 40	Nyarhyda	fl.	25
	Anyla	fl.	15
	Perbete solvit	fl.	20

Possessio (!) Salrlo simili modo solverunt, audivi, licet iudex et iurati non interfuerunt, quia fecerant iter versus Strigonium ad Turcas. In multis villis audivi sic exegisse et taxasse miserrimos colonos, sed propter metum Turcarum, non fuimus ausi, illuc iter facere. Tandem in omnibus possessionibus, villis et oppidis commissum est dare seu administrare proventus archiepiscopatus

ad manus egregii domini Michaelis Muthnoky vel homini eius et nemini alteri.

Extra hoc officiales in omnibus villis, oppidis et possessionibus vixerunt, quasi boni Christiani, nulli nocuerunt nullive damnum importaverunt.

Restantie equorum in bonis domini reverendissimi.

In Tardosked constant equi maiores		50
	minores equi	22
	boves	40
	vacce	15
	vacce steriles	3
	vituli	10
Vacce iuvenci que non sunt lactate		5
	vituli anni presentis	15
	tauri	2
	vituli parvi	2
Restant ibidem acervi anni presentis		4
Ibidem anni preteriti acervi		4
avene anni istius acervus		1
fruges in paratis restant sapones		45

Tandem in omnibus villis, oppidis et possessionibus proventus archiepiscopatus patent in regesto originali Sancti Alberti.

Pertinentie Kerestwr connumeratio avenarum 1549.

Nagylocia continet curias 12½.
De singulis curiis dantur quartalia 101.
Prestavlyk habet curias 5½.
De singulis dantur quartalia 8.
Trubin habet curias 14, facit quartalia 101.
Kyslocia tenet curias 6, facit quartalia 40.
Kossorin tenet curias 3, facit quartalia 24.
Slosta tenet curias 3, facit quartalia 24.
Lutila tenet curias 19, facit quartalia 125.
O Kremnika tenet curias 5, facit quartalia 48.
Pitelona tenet curias 3, facit quartalia 24.

Ista prescripta soliti sunt dare circa festa Epiphaniarum Domini, domini vero officiales coguntur accipere, qui potius Thomas Borsolo partem suam accepit, cetera restant.

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Dicalis Conscript., XL. kötet.

A 239—256. számúakat közli: IVÁNYI BÉLA.

257.

Gyulafehérvár, 1549.

A gyulafehérvári káptalan a Szengyeli Antal oltárigazgató és István gyulafehérvári plébános közt létrejött javadalomcserét jóváhagyja.

Capitulum [ecclesie Albensis Transylv.] perhibet, quod ipsum illam concambialem permutationem, quam honorabilis Antonius Zengyel, rector altaris beatorum Petri et Pauli apostolorum in ecclesia ipsorum Albensi cathedrali fundati, super dicto rectoratu suo cum honorabili et discreto magistro Stephano, plebano civitatis Albensis fecisse dinoscitur, siquidem huiusmodi concambialis permutatio pure et simpliciter ac absque simoniaca gravitate facta extitit, ratam, gratam et acceptam habens, eidem suum consensum prebuerit et assensum; et nihilominus inductum meritis et virtutibus ac litteralis scientie peritia eiusdem magistri Stephani, alias plebani civitatis Albensis..., eidem tanquam persone idonee et benemerite dictum rectoratum... authoritate iurispatronatus sui, qua fungitur, simul cum portione in possessione Lomfalva ac vado super fluvium Marus habito, domoque, vineis et terris arabilibus, aliisque pertinentiis... duxit dandum et conferendum...; quocirca universis officialibus suis committit, quatenus eidem magistro Stephano de omnibus fructibus, proventibus et emolumentis dicti rectoratus altaris respondere et responderi facere teneantur. Datum..., anno Domini 1549.

Szeredai: Notitia vet. et novi capituli eccles. Albensis Transilv., 170.

258.

Sopron, 1549 vége.

Weiss Gáspár számadása a soproni prédikátori javadalom 1548—49-iki jövedelméről.

«Caspar Weissen Raittung von wegen Herrn Predigern Beneficienn de annis 48 und 49.»

«Vermerckt, was ich Caspar Weÿss burger zw Ödenburk alls mir den den 18 Tag Junii verschinens 48 Jares durch den fursichtigen ersamen und Weysen Hern Leopoldtn Stainer diser zeit Burgermaister, das beneficiem so herrn Georgen ÿetzundt

Pfarrer bei Laszt Mihel zuegehorig gewesen sambt etlichem vasseln wein oberantwort und bevolhen worden.»

Caetera culturam vineae concernunt.

Eredetije *Sopron város levéltárában:* Lad. XXX. m.

Közli: Karácsonyi János.

259.

1549—1550 körül.

Jeccelius Simon pozsonyi plébános folyamodványa a magyar udvari kamarához, hogy követelését mielőbb egyenlítse ki.

Reverendissime domine presul gratiosissime.

Quoniam summam superioris supplicationis mee R. D. V. adhuc tenaci memoria retinet, non est cui eandem R. D. V. pluribus aures obtundam. Cum vero summa necessitas et inopia me compellit, et etiam sacellani mei sine intermissione instant, non possum silere, quin R. D. V. admonitione aliquali sollicitem, quia omnem meam substantiam ad culturam vinearum et rem domesticam exposui, nec habeo ultra, unde me et meos debeam sustentare et etiam illis satisfacere. Cum presertim R. D. V. scit, quod cum quasi per totum annum cum solutione patientiam habui et interim aliis ministris ecclesie, qui ad festum Sancti Georgii abhinc discesserunt, de propriis meis pecuniis satisfeci et aliis debitoribus de relictis bonis reverendissimi domini Strigoniensis (pie memorie) satisfactum est, quod michi minime hactenus contigit, quamvis regia Maiestas commiserit, et domini executores absque ulla dilatatione michi debitam meam pecuniam porrigerent atque darent. Supplico itaque R. D. V. humillime, eadem dignetur sua authoritate, qua in hac parte fungitur, cum dominis camerariis tractare atque illis iniungere et me quam citissime cum ista pecunia contentum reddant, alias domini sacellani et alii ministri ecclesie, quibus ego teneor vel debeo, vix manebunt, nec immerito, quia Christus dicit in evangelio Luce, X.: Quod omnis mercenarius dignus est mercede sua. Et divus Paulus I. Corinthiorum, IX.: bovi trituranti non alligabis os. Nullus equidem hoc tempore proventus aliis superest, quo laboribus vinearum et aliis necessitatibus futuris temporibus occurrere, quam R. D. V. me humillime commendo relationem gratiosam expectans.

R. D. V.

humillimus sacellanus
Simon Jeccelius
plebanus Posoniensis.

Kívül: Simonis Jeccelii plebani Posoniensis humillima supplicatio.

Más írással elintézés: De eo, quod pro ministerio ecclesie et missarum per condam reverendissimum dominum Strigoniensem disposito sacellanis servitia persolvunt.

Intelligatur a domino Muthnoky, et reverendissimus dominus Waciensis curet satisfactionem, posita ratione.

Eredetije papiron, *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. irregestr., 75. csomó.

Közli: Iványi Béla.

260.

1549.

Egyházi birtokok adózása Borsodvármegyében.

Processus Simonis Kebles iudicis nobilium.

Palkonya.

Dominorum capitularium Agriensium porte 8.

Kysfhalwd.

Dominorum capitularium Agriensium porte 3.

Kerezthwr.

Fratrum heremitarum p. 1.

Detha.

Fratrum heremitarum p. 1.

Korchy.

Fratrum heremitarum p. 1.

Processus Georgii Hegymegy iudicis nobilium.

Kwryttyan.

Fratrum heremitarum p. 7.

Galgocz.

Dominorum capitularium Agriensium p. 11.

Processus Anthonii Jardanhazy iudicis nobilium.

Chokwa.

Dominorum capitularium Agriensium por. 4.

Warkony.

Dominorum capitularium Agriensium porte 30.

Bona episcopatus Agriensis secundi subsidii 1549., videlicet ad arcem Agriensem pertinentia.

Zyrak porte 12.
Pyspeky porte 6.
Kwrth porte 4.
Zyhalom media pars porte 2.
Tharkany porte 9.
Osthoros porte 3,
Zewlecske porte 5.
Harsan porte 11.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XLVI. kötet.

Közli: Iványi Béla.

261.

Pozsony, 1550 január 15.

I. Ferdinánd király előterjesztése a pozsonyi országgyűlésen a vallás-egység érdekében.

— — — — — — — — — — — — — — —

...Cum nemini dubium sit, omnium malorum fontem et originem apud plerasque nationes religionis contemptum, neglectam quoque in diem Dei optimi maximi pietatem, et in huius locum pravos et impios invectos errores sepenumero extitisse, usque adeo, ut memorabiles ex eo clades gravesque calamitates compluribus regnis et provinciis accidisse memoria proditum sit; nec quemquam lateat, tum maxime divinam in christianos vindictam sevire cepisse, cum plerisque in locis fides et religio, que unica et sibi semper constans manet, in diversas novasque opiniones et sectas distrahi cepta est: ad avertendam summam Dei iram, eiusdemque benignitatem reconciliandam, videtur regie Maiestati illud imprimis pie paterneque, ut sepe fecit, fideles suos status et ordines regni clementer hortari, ut modum et rationem iam tandem inire inter se solerter studeant, quo sublatis erroribus heresibusque e regno evulsis, in unionem sancte ecclesie Romane cuncti redeant, compactique rursum in unum corpus, pristine ac vere religioni divinoque cultui totis animis inhereant; nam alioquin verendum est, ne omnes Maiestatis sue de eorum salute ac defensione conatus inanes cedant, nisi ipsi se ultro prebeant dignos misericordie Dei. Admonet autem Maiestas sua benigne prelatos et episcopos, quorum muneris est veram sanamque doctrinam plebem edocere atque ab impiis erroribus avocare,

ut ipsi pre ceteris rebus studeant pastorali eorum officio incumbere resarciantque diligentia et vigilantia, si quid est hactenus ab eis neglectum, ac si qui forte inter eos minus ad concionandum possunt esse idonei, vel aliis impedirentur rationibus, quominus id sibi prestare liceat, vicarios alant, concionatores et reliquos ministros in ecclesiis et diocesibus suis, viros eiusmodi, qui iuxta sanctorum patrum traditionem vicem suam supplere et muneri ipsorum rite possint facere satis. Dominos vero ac subditos, laicos cuiusvis ordinis ac status, ipsis eorum prelatis illorumque vicariis, concionatoribus et id generis ministris, in his que ad Deum spectant, subiectos esse et modis omnibus parere, religiosas personas utriusque sexus monasteriis et ecclesiis suis restituere, atque doctrinis veterum orthodoxorum patrum, ab ecclesia approbatis, preceptisque eorum sine contentione obtemperare, nec se in administrationem sacrorum ingerere, vel concionatores, preterquam ab ipsis prelatis electos et missos, audire, nedum ipsos eligere audere, quod longe abest ab eorum officio, Maiestas sua ex serio iubet; quin potius dominos et nobiles, quorum interest, omni auxilii genere, ipsis prelatis eorumque delectis et constitutis ministris ac concionatoribus ubique adesse, ut libere possint officium suum exercere; quorum quidem prelatorum et aliarum personarum ecclesiasticarum vetustos census, decimas et quosvis reditus ubique et a quibusvis integre reddi Maiestas sua opere pretium esse censet et iubet; neque admittere, pro officio suo regio, quo ecclesias Dei in iuribus suis defendere tenetur, ullo modo potest, ut de cetero quisque pro arbitratu suo, contra voluntatem prelatorum, decimas et alios ecclesie proventus pro se vindicet et occupet; ut sic deinceps, omni excusatione submota, suo quisque muneri sedulo insistat; alioquin autem Maiestas sua modis ac remediis opportunis ad ista prospicere cogeretur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek, III. 282—283.

262.

Pozsony, 1550 január 18.

Lőcse város követeinek tudósítása az 1550. évi országgyűlés vallásügyi tárgyalásairól.

Erszame Namhafftige Weysse Herrn... Weiter geben wier hiemit E. N. W. zuvernemen, das vorgestern ist der landtag angangen, unnd die landschafft Kőniglicher Majestät proposition

ausgelegt aus dem latein verstanden. Zum aller erschten hot man gehandelt von der religion, zum andern von der pawer freyheit oder Linderung der selwigen irer vorichten beschwernussen unnd kurzlich von andern sachen auch; aber daselbst is pei dem geplieben alle sachen, das die stuel oder die gesandte der Spanschaffth von der freyen stet unnd Capitel sich noch essen des selwigen tages bereden, ratschlagen, unnd als den andern tag dornoch frue im szegers siebene schrifftlich oder munedtlich vor der Landschafft ire willen, meinungen unnd beschlus am tag geben und zuverstehen geben sollen, allesampt oder jeder in peszundern. So seind wier mit den Steth auch peinander geweszen, viel geratschlaget hien und wider, wasz oder wie man reden, pey wen man auch pleiben solld, unnd gestern frue wieder mit der Landschafft zusamen gangen, so hoben etliche schrifftlich ire meinungen auffgetzeichnet, als nemlich die iber die Tona wonen, und haben eins teils pegeret das Interim, etliche guette prediger zu schicken hineinen. Seind aber 21 stuel, unnd wier allesampt, von Siebenbuergen schirpischer (?) die pei dem wort gotes pleibend, gepeth hoben, das man suplicir pei der Königlich Maiestät, das seine Maiestät die gefangenen prediger frey lossen wolle, und nach des vergangen Jars artickel gelerte leut hinein schicke, die gottes wort unnd den glauben Christi Jesu rechschaffen predigen unnd erfaren was die unsern prediger hinnen, denn wier gendencken, das die rechte worheit uns antzeigen, item entschuldigende auch sich allenthalben das an uns unnd den stuele kheine verszaimnus in dem Wal geschehen, dasz der zu forig artikel des glaubens halben. Seine Maiestät wol ernstlich bevolen den Pischofen und den Prelath, das sie den selwigen ier vocation nochkhumenen, gelerte leut und prediger hinennen verschaffen, und so man erkhent, das diese rechte leer firen, her man sie und leid man oder hold man sie, wo nit, lass man sie faren, geb wier doch ire decimas pur aus; welcher aber under den Prelath nit wolt seiner vocation nackhummen, denselwigen straf seine Maiestät. Item auf diese meinung ist der ganze adel gevalten. Der herrschafft solches mit 10 ehnlichen Edelleuten erweleth starck anzeigen lassen, iedoch freuntlichweis und nit aus hess oder neyd. Wiewol es nit allen hot solches khumen gevollen, jedoch habens szer guet genommen die Prelath und landtherrn, und gestern auch durch den herrn pischoffen von Fünffkirchen und hern Lossonczi Antal inen freuntlich ire guetwilligkeit gedanckt, und sich utcunque excusirt, die Prelath etc.

Welches wier E. N. W. so uns got (als wir nix doran zweyffeln) erhalden und mit Fried und gsund haim hellffen wird, clerlicher anzeigen wollen. Dornoch hot man gehandelt von den armen pawer stb. Prespurg am 18-ten Januarii, im 1550-sten Jar. E. N. W.

willige Diener allzeit
Daniel Tuerck
und *Jacob Goldner.*

Eredetije *Lőcse város levéltárában.* — *Fraknói:* Magyar Országgyűlési Emlékek, III. 289—290.

263.

Bécs, 1550 január 21.

Nádasdy László levele Kanizsai Orsolyához, melyben többek közt ezt írja:

Hanc eidem possum famam scribere, quod fuit quidam Hispanus dominus ditissimus iuvenis, qui, ut hic rumor est, nuper mortuus Prage cum neque uxorem, neque liberos habuisset, ferunt in testamento pauperibus, qui in novo sunt xenodochio, duas reliquisse arces, nunc autem hic omnia altaria in illius hominis honorem nigro panno obtexerant.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *N. 1.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

264.

Pozsony, 1550 jauuár 30.

Az ó-budai káptalan kiküldöttei elismerik, hogy a káptalan kincseit, a melyek mások őrizetére voltak bizva, visszakapták.

Nos capitulum ecclesie Posoniensis . . ., quod reverendus dominus Paulus Bornemyzza consiliarius sacre regie Maiestatis et prepositus ecclesie Veteris Budensis et honorabilis dominus magister Joannes de Thamasy canonicus et custos eiusdem ecclesie . . . coram nobis . . . sunt confessi . . ., quomodo egregii Thomas Warkoch olim prefectus arcis Agriensis, necnon Ladislaus Kawassy et Georgius Thorma, frater carnalis egregii condam Nicolai Thorma, universas et quaslibet res aureas, argenteas, lapides, vestes sacras, sericas, gemmata ecclesie Budensis generis diversi, que superioribus disturbiorum temporibus in arce Zonda tutioris conservationis gratia apud manus nobilis Petri de Lonyay per dominos capitula-

res... tamquam fideles deposite fuerant, ac tandem ad manus prenominatorum Thome Warkocz... utrumque devenerant, manibus eorundem Pauli prepositi et magistri Joannis canonici ac custodis... de speciali mandato regie Maiestatis plenarie assignassent. Super quidem... restitutione iidem... prepositus et... custos... prefatos universos quittos et expeditos et per omnia absolutos... reddiderunt et commiserunt coram nobis...

Eredetije hártyán. Magyar Történelmi Tár, XII. 108.

265.

Pozsony, 1550 február 1.

I. Ferdinánd király megparancsolja Gyulaffy Lászlónak, hogy a bakonybéli apátság rég elfoglalva tartott henyei birtokát János apátnak adja vissza.

Ferdinandus rex praecipit Ladislao Gyulaffy, ut possessionem Henyeiensem abbatiae de Bakonybél (iam diu ab ipso occupatam) reddet abbati Joanni.

Erredetije a *pannonhalmi főapátsági levéltárban:* c. 15. 1. C.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

266.

Kolozsvár, 1550 február 2.

A kolozsvári országgyűlésen hozott törvények 2-ik czikkelye.

Articuli tam per dominos nobiles regni Hungarie, quam dominos regnicolas trium nationum regni Transsylvaniensis in comitiis Coloswarensibus ad diem festum purificationis Marie indictis conclusi et eorum nomine Maiestati reginali exhibiti in anno Domini 1550.

— — — — — — — — — — — — — — —

2. Portam vero unam civitatis Albensis cum nos capitulo eiusdem loci possidendam dederimus, eosque fideles semper et regno et principibus pro tempore constitutis esse agnoverimus, et littere quoque privilegiales, in quibus iura libertatesque omnium nostrum continentur, eorum fidei per nos maioresque nostros sint commendate, tantaque hactenus in illis fuit integritas, ut nullus adhuc error nullaque hostilitas eorum opera in hoc regno contigerit, portaque iam illa diversis temporibus tum per pedites domini Patocsi, tum per alios ab eis occupata fuit, quemadmodum nunc quoque occupata tenetur, de quorum fide edocti sumus, ut

nec Maiestati Vestre eiusque illustrissimo filio, nec regno fideliores illis credamus esse neminem:

Supplicamus igitur Maiestati Vestre tanquam Domine Nostre Clementissime, dignetur Maiestas Vestra capitulo liberam possessionem illius porte concedere, nec de cetero hoc fieri permittere. — — — — — — — — — — — — — — —

Szilágyi: Erdélyi Országgyűlési Emlékek, I. 303. — *Veszely:* Erdélyi egyháztört. adatok, I. 164.

267.

Pozsony, 1550 február 3.

I. Ferdinánd király megerősíti Zapolyai István végrendeletét és 1499. évi pótvégrendeletét.

Confirmatio privilegiorum capituli ecclesie Scepusiensis super oppido Gewncz facta.

Anno quo supra, Posonii tertia die mensis Februarii date sunt littere privilegiales per modum libelli manu suae Maiestatis sigilloque suo secreto inpendenti communite, quibus mediantibus sua Maiestas tenorem quarundam binarum litterarum serenissimi domini quondam Wladislai regis predecessoris et soceri sui charissimi habentes in se tenorem litterarum suarum donationis et iuris sui regii ac testamentum spectabilis et magnifici Stephani de Zapolya super dispositione testamentaria confirmative, quibus mediantibus idem Wladislaus rex dictas litteras testamenti articulo infrascripto confirmavit. Imprimis quandocunque me mori contingat, commendo animam meam omnipotenti Deo, eiusque intemerate genitrici virgini Marie et omnibus sanctis eius, corpusque meum relinquo in ecclesia sancti Martini in terra Scepus in capella ad honorem assumptionis beate Marie virginis per me fundata sepeliendum. Item lego *stb.; a végrendeleti tanuk voltak:* «presentibus ibidem fratre Michaele ordinis Carthusiensis, fratribus Demetrio et Joanne ordinis sancti Francisci de observantia, Petro plebano de Karom, Bartholomeo de Kezy capellanis meis, Michaele Bodo et Thoma Thorday».

A pótvégrendelet egyik pontja: «Item oppidum meum Gewncz in comitatu Abawywariensi habitum simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet lego ecclesie sancti Martini in terra Scepus existenti, consequenterque preposito et capitulo eiusdem ecclesie pro salute animarum mee ac spectabilis

et magnifici condam domini Emerici de Zapolya comitis perpetui dicte terre Scepusiensis, alias similiter regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum fratris et item condam domine genitricis meorum charissimorum in eadem ecclesia sancti Martini sepultorum in perpetuum tenendum, possidendum pariter et habendum, ita ut venerabilis Georgius prepositus eiusdem ecclesie receptis penes se quamprimum commissariis meis, presertim autem illis, qui in partibus illis superioribus propinquiores sunt, habitaque limitatione omnium proventuum animalium eiusdem oppidi moderetur et consideret determinetque, qualia et quanta officia divina in ipsa ecclesia cum eisdem proventibus singulis diebus annuatim peragi possunt, et secundum hoc instituat officia divina ibidem perfici in perpetuum» etc. «Item tutores filiorum meorum lego principaliores reverendissimum ac reverendum et magnificum dominos Thomam archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, Georgium electum ecclesie Wesprimiensis secretarium cancellarium» etc.

Országos Levéltár: Liber Regius, II. kötet, 414. Közli: Iványi Béla.

268.

Pozsony, 1550 február 7.

I. Ferdinánd király a kartauziak tulajdonában volt, de most már megszünt menedékkövi kolostor javait a szepesi káptalannak adja.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Jazow salutem et gratiam. Cum nos ad intercessionem reverendissimi domini Nicolai Olahi, episcopi Agriensis, consiliarii et cancellarii nostri, fidelis nobis sincere dilecti, tum vero consideratis constitutionibus Posoniensibus annorum preteriti et presentis generaliter per fideles nostros predicti regni nostri Hungarie universos status et ordines conclusis et per nos confirmatis, ut scilicet bona et proventus desolatarum dirutarumque ecclesiarum, que apud manus secularium serventur, in erectionem et reformationem scholarum ac conservationem in illis eruditorum magistrorum et scholasticorum convertantur: totales possessiones Kolchwa, Arnolthfalwa, Thomasfalwa, Sonawa superiorem, Frankowa, Verner vel Bowcze[1] vocatas, item portiones possessionarias in possessionibus Rwzko

[1] Legi potest etiam: Velbowcze.

et Ganffalwa nuncupatis, circiter septuaginta sex populosas sessiones in sese continentes simul cum desertis earundem possessionum et portionum possessionariarum, pratum unum in territorio Heribowcz, molendinum in fluvio Hernat extructum et aliud molendinum desertum Lmezanczky-mlyn vocatum, cum aliquot iugeribus et pratis ibidem existentibus, allodium et iugera sexaginta in possessione Edeffalwa, decimas frugum ex oppido Quintoforo et florenos duos ex possessione Wengard singulis annis provenire debentes, vineasque duas in promontorio oppidi Lyzka omnino vineis eisdem exceptis in comitatu Scepusiensi existentes, habitas, que olim fratrum Carthusianorum claustri de Lapide Refugii in eodem comitatu constructi fuissent, sed per desolationem et destructionem, ut nobis dicitur, eiusdem monasterii apud manus fidelis magnifici Andree de Bathor comitis comitatuum Zathmar et Zabolcz, thavernici nostri, supremi dicti regni nostri Hungarie capitanei, hec omnia haberentur, ad prescriptum devoluta et redacta perhibentur, vigore aliarum litterarum nostrarum superinde confectarum capitulo montis sancti Martini ecclesie eiusdem Scepusiensis, durante beneplacito nostro, vel usque ad reformationem eiusdem monasterii, ea conditione dederimus et concesserimus, ut in eorundem bonorum proventibus et utilitatibus iuxta premissam generalem constitutionem regnicolarum nostrorum scholam ipsorum reforment, eruditosque magistros et scholasticos, qui suo tempore et ordini ecclesie decori et reipublice utilitati esse possint, interteneant. Velimus, quod idem capitulum Scepusiense in dominium eorundem bonorum et proventuum per nostrum et vestrum homines legitime faceremus introduci: fidelitati vestre harum serie committimus firmiter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente nobilis Laurentius de Gergew vel Laurentius de Sancto Andrea aut Andreas Kryghy sive Balthazar Zakacz seu Ladislaus Chorba de Gergew, aliis absentibus, homo noster ad facies prescriptorum bonorum et proventuum in dicto comitatu Scepusiensi existentium, habitorum, vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus, accedens, introducat prefatum capitulum in dominium eorundem bonorum et proventuum, statuatque eadem et eosdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisso titulo ipsis incumbente, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum capitulum in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presen-

tiam ad decimum quintum diem rationem contradictionis reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicte personali presentie nostre fideliter rescribatis. Datum Posonii, septima die Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Eredeti, papir, felette rongyolt zárópecsét nyomaival s lapszélein a jászai konvent jelentésének fogalmazatával, mely szerint nemes Szentandrási Lőrincz a konvent bizonyságának, Mihály áldozópapnak jelenlétében a szepesi káptalant a jelzett birtokokba beiktatta, kivéve a gamfalvi részjószágokat, a melyekbe való beiktatásnak többen ellenmondottak; tizenötöd napra pedig szent Antal lehmyczi klastroma karthauzi szerzeteseinek nevében Rypser Kristóf az egész beiktatásnak ellenmondott. «Datum decimo sexto die diei huiusmodi introductionis... prescriptorum, anno Domini supradicto». *Jászai országos levéltár: C. II. 30.*

Közli: Bunyitay Vincze.

269.

1550 február 8. előtt.

A nagyszombati apáczák folyamodványa I. Ferdinánd királyhoz adómentességük új megerősítéséért.

Sacratissima Maiestas regia, domine clementissime.

Orationibus nostris assiduis ac devotis pro salute ac felici rerum successu Maiestatis vestre sacre Deum optimum maximum nunquam desinimus fatigare, tamquam pro piissimo et iustissimo principe. Nam cum non parvam Maiestas vestra sacra pro conservanda et asserenda vera religione curam gerat, tum vel maxima et non multis communis animi Maiestatis vestre sacratissime sinceritas in hoc elucet, quod non solum nullis iura sua a divis regibus predecessoribus Maiestatis vestre concessa adimit, sed ea ex innata sua clementia confirmare nunquam dedignatur, id quod in nostris privilegiis nobis a divis regibus olim concessis facere non est aspernata. Confirmavit quidem sacratissima Maiestas vestra libertatem conventus nostri super exemptione et immunitate a dica colonorum nostrorum, qui non multum supra quadragenarium numerum se extendunt, sed ea tamen confirmatio et exemptio dominis consiliariis camere Hungarice Maiestatis vestre adeo non probabatur, ut neque generali Maiestatis vestre sacratissime mandato ea super re dato acquivissent, nisi ad extremum speciale mandatum a dominis aulice camere Maiestatis vestre sacre con-

siliariis ad eos ipsos datum nobis suffragatum fuisset. Ita enim obstinate urgebant ad dicam contribuendam colonos nostros, ut vehementer miraremur Maiestatis vestre sacre autoritatem et privilegiorum nostrorum confirmationem tam exigui momenti apud eos esse potuisse.

Cum autem intelligamus exigente publica regni necessitate iterum futuram a colonis exactionem, supplicamus humillime sacratissime Maiestati vestre, dignetur ob intuitum beatissime Marie virginis et Maiestatis vestre, super nostris privilegiis confirmationem datam, quando omni dubio procul, quemadmodum antea, ita et nunc impetemur et molestabimur a dominis camerariis Hungaricis Maiestatis vestre sacre exactoribusque dicarum ita nostris rebus consulere, mandatumque eiusmodi dare, quo in perpetuum nostri conventus coloni ea, qua sunt a divis regibus donati, et per Maiestatem vestram sacram libertate confirmata, uti queant et valeant, idque hoc temporis: nam nisi hoc nunc Maiestas vestra fecerit, nostramque libertatem et exemptionem serio mandato in perpetuum valituro tutabitur ac muniverit, nobis ultra nihil restabit, nisi ut de nostris libertatibus in universum desperemus. Non enim sumus eius conditionis, ut post sacratissimam Maiestatem vestram in externa regna curramus, ibique semel confirmate libertatis nostre iterationem impetremus. Imo, nisi nos nonnullorum importunitas et iniurie cogerent, extra limen egredi nos religio nostra vetaret. Quapropter sacratissime Maiestati vestre iterum atque iterum cum lachrymis supplicamus, dignetur clementer committere tale mandatum expediri, quo nos deinceps perpetuo ab eiusmodi dicarum molestiis tueri et defendere possimus. Nos pro longeva vita et felicitate Maiestatis vestre sacre Deum optimum maximum dies et noctes exorare non cessabimus.

Gratiosum Maiestatis v. s. responsum expectamus

pro sacratissima Maiestate vestra Deum
orantes humillime
Sanctimoniales de Tyrnavia.

Kívül: Supplicatio sanctimonialium de Tyrnavia.
Más kézzel: Cap. Presburg den. 8. Februarii 1550. B. D.

Egy ív papiron, *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550. febr. 10. — *Fabritius K.:* Történelmi Tár, 1881. évf., 252.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

270.

Pozsony, 1550 február 10.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a nagyszombati apáczáknak adómentesség helyett 70 forintot segítségül adjon.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusa N. sanctimonialium de Tirnavia supplicatione fusius cognoscetis, ipsas a nobis humiliter petere, ut eorum conventum in libertatibus et exemptionibus ipsis a divis regibus, precessoribus nostris, olim concessis clementer conservare dignemur. Cum autem anno superiore quadragesimo octavo in conventu hic celebrato (uti nobis constat) inter alia et hoc quoque conclusum et per status regni decretum sit, ut nemo a dice contributione non habita ratione libertatum quarumcunque liber et immunis esse debeat, quam ob causam dictarum monialium petitioni minime assentire possumus. Verum ut benignam voluntatem nostram experiantur, ipsisque tanquam pauperculis aliqua ex parte subveniatur, consentimus clementer, ut ipsis monialibus loco eleemosyne hac vice tantum septuaginta floreni Hungaricales ex proventibus camere nostre Hungarice vestre administrationis numerentur et persolvantur. Quapropter fidelitatibus vestris harum serie firmiter committimus et mandamus, ut prefatis monialibus huiusmodi septuaginta florenos Hungaricales, hac vice tantum, loco eleemosyne (sicut premissum est) ex proventibus camere nostre Hungarice vestre administrationis numerari et persolvi curetis efficiatisque. Hec est omnimoda voluntas nostra. Date in arce nostra regia Posonii, die decima Februarii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Melchior von Hoberckh
per manu propria.
E. von Gera mp.
Bta Dunant.

Kívül: R., venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehemfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550. febr. 10. – *Fabritius K.:* Történelmi Tár, 1881. évf., 254. Közli: Iványi Béla.

271.

Pozsony, 1550 február 10.

Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a pozsonyi, nagyszombati, pápai és beregszászi barátoknak meghatározott pénzösszegeket alamizsnakép osszon ki.

Ferdinandus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Volumus et committimus vobis, ut iuxta clementem concessionem nostram religiosis fratribus monasterii Posoniensis quinquaginta florenos, fratribus Tyrnaviensibus triginta duos florenos, fratribus de Papa quinquaginta florenos et fratribus de Berekzaz triginta duos florenos in elemosinam ex camere nostre Hungarice vestre administrationis proventibus persolvi et enumerari curetis, nostram in eo expressam et clementem executuri voluntatem. Date in arce nostra regia Posonii, die decima Februarii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breynner
Melchior v. Hoberckh
S. Sigmar
Bta Dunant.

Országos Levéltár: Ben. Resol., 2. kötet, fol. 234. — *Fabritius K.:* Történelmi Tár, 1881. évf., 255.

272.

Pozsony, 1550 február 12.

A pálos szerzetesek, míg csendesebb idők beköszöntével ők maguk kezelhetik, a szakácsi kolostorhoz tartozó birtokot Gondor István, Pálfya Gergely és Pálfya Mátyás nemeseknek tizenkét évre használatra átadják.

Quod venerabilis et religiosus pater, frater Georgius Illiricus, vicarius monasterii beatissime virginis Marie de Tall in totius conventus fratrum heremitarum beati Pauli primi heremite personis et nominibus cum procuratoriis litteris eiusdem ordinis coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus et retulit eo modo: quod tamdiu, donec pacatiora forent tempora, ex quo fratres heremite in monasterio beati Dominici de Zakachy

in comitatu Simigiensi existente habitare nequirent, nec curam bonorum et iurium possessionariorum vinearumque ecclesie convenienter gerere possent; considerantes longe conducibilius esse, ut alteri curam et providentiam committerent et confiderent, ne potissimum vinee inculte per desolationem in silvam redigantur; matura itaque imprimis in se deliberatione prehabita, universa bona et quelibet iura possessionaria ad prefatum monasterium beati Dominici de Zakachy pertinere debentia cum omnibus proventibus et utilitatibus quibuslibet... ad idem monasterium de iure et ab antiquo spectantibus nobilibus Stephano Gondor, Gregorio Palfya, Mathie similiter Palfya de dicta Zakachy vocatis dedissent et ad manus ipsorum assignassent, ita tamen, ut vineas dicti monasterii colere optime faciant tanquam proprias, fructusque et quaslibet utilitates earundem saltem vinearum ad duodecim annos percipere valeant, elapso vero spatio duodecim annorum, si heremite illas vineas reddi ipsis optaverint, illico remittere, ad manus ipsorum dare sint obligati, ut dum et quandocunque ipsi fratres heremite pretacta bona et iura possessionaria ab ipsis reoptare voluerint, extunc absque omni subterfugio et renitentia aliquali eisdem heremitis pure et simpliciter remittere et resignare debeant et teneantur; ubi vero in provisione bonorum ecclesie et cultura vinearum negligentes forent, extunc iidem fratres heremite ab eis bona ipsa et vineas auferendi et alteri diligentiori dandi et conferendi plenam et liberam habeant potestatis facultatem, harum nostrarum etc. Datum feria 4. post Scolastice virginis, anno 1550.

Törlésekkel és közbeszúrt részletekkel összekuszált fogalmazat. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 120.*

Közli: Bunyitay Vincze.

273.

Pozsony, 1550 február 13.

Az 1550. évi pozsonyi országgyűlés vallásügyi törvényei.

Responsio dominorum prelatorum, baronum ac nobilium aliorumque ordinum et statuum regni Hungarie ad propositionem sacre Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regie Maiestatis, domini eorum clementissimi, in conventu Posoniensi pro festo epiphaniarum Domini anno 1550. celebrato factam, una cum articulis in eodem conventu conclusis data.

— — — — — — — — — — — — — — —

(XII.) Porro quod Maiestas sua diserte simul et pie fideles suos hortari dignata est ad unionem fidei et religionis; agnoscunt in hoc quoque ordines et status regni singularem in Deum optimum maximum regie Maiestatis pietatem et in subditos clementiam arbitranturque secundum ipsam benignam paternamque sue Maiestatis admonitionem enitendum esse omnibus modis, ut sancta et catholica fides ac religio Deique optimi maximi cultus, iuxta veterem sanctorum patrum doctrinam, longo tempore per universum orbem christianum receptam atque approbatam, ubique in regno restituatur, evulsisque undique heresibus, sancte Romane et catholice ecclesie, que unica est et sibi perpetuo constans errare non potest, omnes ex omnibus ordinibus et statibus regni perpetuo adcrescant ac velut membra in unum corpus conglutinentur, ut sic vera et solida animorum coniunctio unioque in regno et exinde Dei optimi maximi misericordia in dies magis augeatur.

(XIII.) Ut autem id citius et facilius fiat, videntur secundum eandem regie Maiestatis piam adhortationem episcopi et prelati, qui vel solo etiam titulo, ut nunc sunt tempora, eam dignitatem possident, primum moribus et exemplis, deinde vera doctrina et predicatione muneri ipsorum, quantum fieri poterit, insistere atque invigilare debere, idque vel imprimis curare, ut religionem cultumque divinum sub eorum diocesibus disseminent ubique, secundum pristinam catholice ecclesie normam, gregemque sibi commissum ab erroribus et malesuadis doctoribus avocare ac tamquam ex tenebris ad lucem educere conentur piis eorum concionibus doctrinaque a sanctis patribus depromta.

Iidem etiam vicarios, archidiaconos, parochos, concionatores tales ubique curent constituere et omni studio undique conquirere, a quibus hoc idem eorum pastorale officium, ipsis episcopis vel absentibus vel legitimis aliis impedimentis prepeditis, rite peragatur, neque quicquam pretermittatur, ex quo divini cultus pristineque et vere religionis detrimentum atque inde animarum iactura consequatur.

(XIV.) Videtur autem illud apprime esse necessarium, ut quo episcopi, tum per se, tum vero per suos ad id delectos vicarios ac ceteros ministros munia ipsorum rite possint obire, cum plerique ex ipsis episcopis, a regia Maiestate tum antea, tum proximis temporibus ad id muneris electi, nondum sint a sancta sede apostolica confirmati ac proinde ad prestandum impares ea omnia, que eorum episcopali officio incumbunt; Maiestas regia dignetur primo quoque tempore precipuo aliquo

oratore suo diligenter instare et efficere apud futurum summum pontificem, ut gratuitam confirmationem episcoporum a sua Maiestate electorum in regno Hungarie necnon suffraganeorum aliquot in locis necessariis clementer elargiri et in manus sue Maiestatis expeditas bullas huiusmodi libere mittere dignetur, ut eas Maiestas sua episcopis ipsis, ad quos spectaverint, benigne distribuere, et illi hoc modo confirmati munus suum pastorale valeant postmodum liberius exercere. Constat etenim calamitosis temporibus, quibus regnum ipsum armis hostilibus diu vexatum est, episcopatuum redditus ac bona vel maiori ex parte imminuta esse, vel si qua adhuc supersunt, in usum conservandi arces finitimas vix sufficere, nedum ad quotidianas necessitates episcoporum pro dignitate satis esse posse, usque adeo, ut que olim annate pro huiusmodi confirmationibus in urbe pendi solite erant, haudquaquam vel minima ex parte hoc tempore videantur posse conflari; atque interim multa negliguntur, in quibus pietatem ac religionem pessumdari necesse est, quemadmodum hactenus ob hanc causam multis in locis contigisse res ipsa edocuit. Siquidem consecratorum episcoporum inopia, qui vel saltem ordines impertirent, presbiterorum aliorumque ministrorum ecclesie mira paucitas orbitasque in multis regni partibus est consecuta, atque hinc facilius pravis dogmatibus aditus fuit.

(XV.) Videtur autem nomine etiam ordinum et statuum regni orator aliquis ad ipsum futurum pontificem summum deligendus esse, qui non solum negotium confirmationis huiusmodi urgeat penes suam sanctitatem, verum etiam regni statu diligenter exposito, et quantis in periculis laboret Hungaria, propugnaculum totius reipublice christiane, ad confinia tuenda confirmandaque subsidium aliquod studeat cum ipso regie Maiestatis oratore, porrectis humiliter nomine totius regni precibus, a sua sanctitate aliisque Italie principibus impetrare.

(XVI.) Preterea cum nulla ratione possint episcopi munus suum rite exercere, nisi patienter audiantur ab his, ad quos docendos missi sunt, tum ipsi, tum ipsorum ad id delecti ministri, ac nisi plebs subdita parcat eorum doctrine preceptisque, desinantque hi, qui plus ceteris posse videntur, moliri aliquid contra ipsorum pios conatus, neque solum concionatores ad docendum missos libere admittant, verum etiam tueantur pro viribus: videtur modus adhibendus, ut seculares omnes sine ulla controversia aut disputatione contentioneve obedientes, ut par est, sese prebeant eorum episcopis et ad id per eos delectis ministris, in his vide-

licet, que ad Deum eiusque cultum spectant, neque contra eorum doctrinam quovis modo aut quavis ratione sese audeant efferre, sed si quid dubitatione egere aut in disputationem vocari posse ipsis vel eorum forte alicui videretur, relinquant id totum generali concilio dirimendum, in quo concilio si qua in fide et religione reformanda esse videbuntur, divina inspiratione reformatum iri sperandum est. Interim autem veteribus sancte ecclesie catholice institutis insistendum, nec cuiquam quovis pretextu ab illis quoquomodo videtur esse discedendum.

(XVII.) Ut autem episcopi ipsi et eorum ministri, archidiaconi, plebani et id genus alii rite possint exercere eorum officium, omnis querele vel tergiversationis occasione submota: videtur equum et iustum esse, ut iuxta benignam adhortationem regie Maiestatis decime et alii proventus bonaque ecclesiarum his, ad quos spectant, integre ab omnibus reddantur, neque in eas partemve illarum, invitis dominis se quisquam ingerat; supplicantque ordines et status regni sacre Maiestati, dignetur bona et proventus ecclesiarum, qui adhuc sunt sub inscriptione apud nonnullos seculares tam Hungaros, quam externos, quoscunque, clementer eliberare et prelatis ecclesiisque, ad quas ab antiquo spectant, reddere et eos, apud quos huiusmodi bona vel redditus ecclesiastici inscripti sunt, aliunde contentos fieri curare; quemadmodum ipsa Maiestas sua pro rerum ac temporum ratione sese prudenter tractatus pro eorum eliberatione facturam obtulit.

(XVIII.) Supplicant etiam in eo vehementer, ut prelaturas et alia ecclesiastica beneficia, tam maiora, quam minora, que ubivis nunc in regno vacant, necdum cuiquam a sua Maiestate collata sunt, precipue autem archiepiscopatum Strigoniensem, qui iam inde fere ab ipsis christiane religionis in Hungaria primordiis caput secundum regiam maiestatem omnium ecclesiarum in regno fuit, et ex quo religionis cultusque divini in toto regno vel minuendi vel augendi precipua semper ratio dependet, personis benemeritis et Maiestati sue gratis, minimeque externis, conferre dignetur; uti sane Maiestas sua, quamprimum fieri queat, facturam clementer obtulit, ut sic ubique facilius divinus cultus instaurari possit, neque ulla regni pars careat cura animarum sacrorumque administratione, quantum etiam turbulentis temporibus licet.

(XIX.) Dignetur etiam Maiestas sua, quemadmodum superiori anno conclusum erat, bona et proventus ecclesiarum et capitulorum conventuumque desertorum ad erectionem scholarum doctorumque virorum sustentationem sine diuturniori mora ubique converti

facere et tergiversantes authoritate sua compellere, quo sic viris doctis in regnum conductis scholisque erectis, divinus cultus et religio pristina passim celerius repullulet; quemadmodum Maiestas sua benigne se facturam obtulit.

(XX.) Episcopi etiam et alii prelati res et bona ecclesiarum suarum turbulentis his temporibus distracta perquirere et ab his, apud quos repererint, modis omnibus recuperare curent; ad quod Maiestas regia authoritate sua praesto adesse dignetur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek, III. 298—302.

274.

Pozsony, 1550 február 15.

Azon összeget, melylyel néhai Várday Pál esztergomi érsek tartozott Cataneus János orvosnak, Oláh Miklós egri püspök magára vállalja és Manlich Mihályt, a Fuggerek tisztviselőjét annak kifizetésére kéri.

Charissime Domine Manli.

Debebat reverendissimus condam dominus Paulus archiepiscopus Strigoniensis huic domino Joanni Marie Cataneo, artis medice doctori, centum et undecim florenos Hungaricos in monetis et denarios quinquaginta, quos nos in nos ipsos recepimus.

Quare rogamus vos, velitis nomine nostro ipsi domino Joanni Marie doctori, vel homini suo, hos centum et undecim florenos et quinquaginta denarios, singulum florenum per septuaginta quinque cruciferos computando, persolvere, quos nos apud vos rectificabimus.

Potes vero una cum litteris quietantie prefati Joannis Marie doctoris, vel hominis sui, qui plenum mandatum ab eo habuerit, pro vestra expeditione reservare.

Datum Posonii, quindecima die Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Nicolaus Olahus
episcopus Agriensis, cancellarius regius etc. mp.

Kívül: Domino Michaeli Manli factori Fucarorum Vienne constituto etc., amico nobis honorando.

Eredeti, a *kismartoni* főleváltárban. Fasc. M. Nr. 599. Reposit. 25.

Közli: Karácsonyi János.

275.

Bécs, 1550 február 17.

Mastrichti István orvos nyugtázza a pénzt, melyet Oláh Miklós intézkedése folytán Manlichtól, a Fuggerek tisztviselőjétől kapott.

Ego Stephanus Laureus Traiectensis, medicus physicus, fateor et recognosco presenti scriptura, me accepisse ab egregio domino Michaele Manlich factore dominorum Fogarorum Vienne constituto centum et viginti florenos Ungaricales in pecunia Germanica ex parte reverendissimi domini episcopi Agriensis Nicolai Olahi primatis et summi cancellarii regni Ungarie.

De hac summa prefata ego prefatus Stephanus etc. egregium dominum Michaelem Manlich quietum et securum facio et reddo, in signum veritatis sigillo meo a(p)posito.

Actum Vienne, anno 1550. mense Februario die 17.

Stephanus Laureus Traiectensis,
(L. S.) medicus physicus manu propria.

Kívül: 1550. febr. 17. Quietantia Stephani Laurei Traiectensis medici super perceptis ex parte reverendissimi domini episcopi Agriensis 120 flnis Hungaricalibus Michaeli Manlich data.

Eredeti, a *kismartoni* főlevéltárban. Fasc. M. Nr. 600. Rep. 25.

Közli: Karácsonyi János.

276.

Pozsony, 1550 február 24.

I. Ferdinánd király a topuszkói apátság és praedialis nemesei közt fennforgó viszály elintézésére királyi biztosokat küld ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris egregiis Petro Keglewyth de Bwsyu ac venerabili Francisco similiter Keglewyth, abbati ecclesie de Thopwzka, necnon Georgio similiter Keglewith, administratori bonorum eiusdem abbatie de Topwzka, ipsorumque officialibus presentes nostras visuris salutem et gratiam. Questi sunt Maiestati nostre per supplicationem nobiles prediales prefate abbatie de Topwzka demptis servitoribus et officialibus vestris, quomodo vos ipsos nobiles contra ipsorum privi-

legia ac libertates multis modis impediretis, molestaretis turbaretisque et opprimeretis, quosdam ex eis captivaretis, alios verberaretis ac pecora et res eorundem occuparetis in preiudicium libertatisque ipsorum derogamen manifestum, supplicantes nobis humiliter, ut eis superinde gratiose providere dictasque molestationes, turbationes et oppressiones suas aliasque differentias et controversias inter vos et ipsos nobiles ex quibuscunque causis exortas, iure mediante revideri facere dignaremur. Quorum nos humili supplicatione accepta, volentes eorundem nobilium iustis causis clementer subvenire, revisionem et rectificationem premissarum oppressionum ipsorum exponentium, fidelibus nostris reverendis Georgio Thompa Quinqueecclesiensis et Mathie Zaberdino Thininiensis ecclesiarum electis necnon magnifico Francisco de Bathyan consiliariis nostris, item egregiis Michaeli de Rawen iudici curie et regni nostri Sclavonie magistro prothonotario ac Andree Choron de Dewecher commissariis nostris ad idem regnum nostrum Sclavonie ad primum diem Maii mensis proxime venturi nostro nomine deputatis per alias litteras nostras superinde ad eos datas commisimus, fidelitati itaque vestre harum serie mandamus firmissime, quatinus dum et quando per prefatos commissarios nostros simul vel divisim requisiti fueritis, ad diem et terminum per eos vobis prefigendum coram eis comparere et ad obiecta atque propositiones prenominatorum exponentium respondere eorundemque commissariorum nostrorum revisioni et iudiciarie deliberationi modis omnibus parere et obtemperare. Interea vero temporis antedictos nobiles in eorum iuribus et libertatibus conservare debeatis neque eos ulla violentia iniuriaque aut damno afficere audeatis, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, vigesima quarta Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis mp.

Eredetije papiron, alul papirral fedett vörösviaszpecséttel. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 22. Nr. 5.

Közli: Iványi Béla.

277.

Pozsony, 1550 február 25.

I. Ferdinánd király III. Julius pápának Zaberdjei Mátyás zágrábi kanonokot a knini püspökségre bemutatja.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Julio III. divina providentia sancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo pater et domine, domine reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantie nostre continuum incrementum. Cum episcopatus ecclesie Tyniniensis in regno nostro Sclavonie legitimis pastoribus vacaverit, regio officio respectum habentes ad eruditionem sincerumque fidei catholice cultum, mores integerrimos, honestam vite conversationem aliasque preclaras virtutes fidelis nostri Mathie Zaberdinii, canonici ecclesie Zagrabiensis et archidiaconi de Bexin, authoritate iurispatronatus nostri regii, quod more precessorum nostrorum, regum Hungarie in eiusdem regni nostri Slavonie ecclesiis habemus, eundem Mathiam Zaberdinum in episcopum prefate ecclesie Tyniniensis elegimus et nominavimus. Quem Sanctitati Vestre ex debito obedientie nostre officio presentamus, rogantes eandem, velit ad profectum gregis dominici dilatationemque et propugnationem fidei catholice eidem Mathie Zaberdinio munus benedictionis sue impertiri ipsumque in ipso episcopatu Tyniniensi confirmare. In quo Sanctitas Vestra consulere dignabitur saluti gregis dominici et nobis quoque faciet rem gratam. Quam Deus optimus maximus pro incremento religionis sue sancte diu felicem et incolumem conservare dignetur. Datum Posonii, XXV. mensis Februarii MDL.

Eiusdem Sanctitatis Vestre humilis et obsequens filius:

Ferdinandus mpp.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia, II. (Zagrabiae, 1875), 8.

278.

Segesd, 1550 márczius 3.

Somogy vármegye közönségének levele Terjék Tamás kanizsai várnagyhoz hadi segítségért.

Egregie domine et amice nobis honorande salutem et nostre amicitie commendationem. Certa fama allata est ad nos, quod ipsi Thurci nituntur et volunt claustrum fratrum beati Francisci in Hederhel edificare et possidere; si autem ipsum claustrum ipsi Thurci edificaverunt, certum est, hunc comitatum Simigiensem totum occupabunt, unde etiam aliis confiniis periculum imminebit. Quare rogamus et obsecramus, vestra dominatio egregia velit milites et servitores spectabilis et magnifici domini Thome de Nadasd etc. una cum iobagionibus ipsius excitare et una cum ipsis venire, nos quoque sumus parati cum omnibus viribus nostris consurgere et ipsum claustrum demoliri ac in terram prostrare, ne ipsi Thurci amplius attentarent ipsum pro crastro (!) et fortalitio edificare. Relationem bonam a vestra dominatione egregia exspectamus eandemque feliciter valere optamus. Datum ex Seghesdh, feria secunda post dominicam Reminiscere, anno Domini 1550.

Franciscus de Pernez
vicecomes, iudices et iurati ac universitas nobilium comitatus Simigiensis.

Kívül: Egregio domino Thome Theryek prefecto castri Kanysa, domino et amico nobis honorando.

Eredetije papiron, töredékes vörösviasz zárópecséttel, *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, P. 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

279.

A Mura és Dráva közti Zeboninczen, 1550 márczius 5.

Tompa György pécsi püspök levele Nádasdy Tamáshoz a püspöki javak megvédéséért.

Spectabilis et magnifice domine, domine patrone mihi observandissime atque colendissime, servitiorum meorum humillimam commendationem. A vestra spectabili et magnifica dominatione

vestra veniam precor, quod ad eandem de itinere redeundo Posonio diverti non potui, hec est causa, quod febrim incideram, quam tamen febrim meam omnino egregio domino Ambrosio Beieci declaraveram, eumque rogaveram, quo me apud eandem excusatum habuisset, preterea beneficium episcopatus Quinqueecclesiensis, quod mihi sacratissima regia Maiestas gratiose contulit, id omnino tamen per ordinationem reverendissimi domini cancellarii regie Maiestatis ac spectabilis et magnifice dominationis vestre factum est, quam tamen benevolentiam sue reverendissime dominationis ac vestre spectabilis et magnifice dominationis apud easdem perpetuis servitiis meis promereri contendam, insuperque eadem se mihi omni suo patrocinio erga miseros ac oppressos colonos benigne obtulit. Nunc vero misi germanum meum egregium dominum Nicolaum Thompam eo ad occupandum penes litteras regie Maiestatis, possessiones illas seu villas ad episcopatum Quinqueecclesiensem spectantes, quare peto eandem tanquam dominum et patronum meum mihi semper confidentem, quia ego sine auxilio eiusdem esse non possum, in qua, dominatio vestra spectabilis et magnifica, totam spem meam post Deum locavi, dignetur egregio domino Martino de Paczal castellano et capitaneo gentium spectabilis et magnifice dominationis vestre in castro Zygeth commoranti gratiose mandare litteris suis, ut sit suo auxilio, bonaque vicinitate erga eos, videlicet colonos meos penes germanum meum in hac presenti occupatione, villamque eam, quam possidet, quiete et pacifice dimittat, nomine vocatam Wyssontam. Quam tandem Deus maximus optimus conservet feliciter usque ad longa tempora. Datum ex Zebonyncz possessione mea inter Muram et Dravam, feria quarta post diem dominicum Reminiscere, anno Domini 1550.

Eiusdem vestre s. et m. do. servitor:

Georgius Thompa
electus episcopus Quinqueecclesiensis,
prepositus Galgoncensis etc.

Ceterum rogo specta. et m. do. vestram, dignetur litteras suas scribere ad egregium dominum Clementem Zalay eidemque recommendare, quo et ipsius do. e. earum villarum in vicinatu Berzencze existentium protectionem gerat ac vicinus quam commodissimus adsit, dum necessitas postulaverit etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino Thome de Nadasd, perpetuo comiti de Fogaras, iudici curie et capitaneo

gentium levis armature in regno Hungarie regie Maiestatis etc., domino mihi observandissimo atque colendissimo.

Eredetije papiron, kívül zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, F. 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

280.

Bécs, 1550 márczius 8.

I. Ferdinánd király elismerve Horváth Ferencz zálogjogát Szarvaskő várához és a bélháromkúti apátsági birtokhoz, annak kiváltása fejében száz jobbágyot igér, mihelyt rendelkezése alá jön.

Nos Ferdinandus... Memorie commendamus..., quod nos considerantes fidelitatem et fidelia servitia fidelis nostri egregii Francisci Horwath de Petropolya, que ipse exhibuit et impendit ac in futurum exhibiturus erit, moti etiam ea consideratione, quod ipse Franciscus Horwath in dominio castri episcopatus ecclesie Agriensis Zarwaskew vocati et etiam abbatie trium fontium, que reverendissimus quondam Thomas episcopus Agriensis pro certa summa pecuniarum olim ei inscripsisset, nosque huiusmodi inscriptioni consensisse dicimur, permanere non posset, sed illis processu iuridico de iure privari deberet. His itaque respectibus eundem Franciscum Horwath de gratia nostra regia in eo duximus assecurandum et certificandum, quod ubi et quamprimum intra fines dicti regni nostri Hungarie in quocunque comitatu centum colonos quocunque nomine et titulo de iure vacare ad nostramque regiam collationem condescendere contigerit, extunc eosdem centum colonos, dum nos superinde requisiverit, eidem Francisco Horwath ipsiusque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter conferemus, imo assecuramus et certificamus etc. Datum Vienne, octava mensis Martii, anno Domini 1550.

Ferdinandus. (P. H.)

Országos Levéltár: N. R. A., fasc. 834., nro 34. — Szederkényi Nándor: Heves vármegye tört., II. (Eger, 1890), 438.

281.

Róma, 1550 márczius 9.

III. Julius pápa tudatja Fráter Györgygyel, hogy Blogussich Ágoston atya, a kit ő még elődjéhez küldött, megjelent előtte és sok dicséretet mondott működése felől. E felett örömének ad kifejezést és igéri, hogy érdemeiről nem fog megfeledkezni.

Julius papa III. intimat fratri Georgio, patrem Augustinum Blogussich, qui ad suum praedecessorem fuerat missus, coram se comparuisse et magnam laudem retulisse de laboribus eiusdem. De quo gaudium suum exprimit ac promittit, se meritorum istius nunquam esse oblitorum.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 48.

282.

Róma, 1550 márczius 9.

A pápa Blogussich Ágoston atya által Izabella királynénak is ír, biztosítván őt atyai jóindulatáról s buzdítván, hogy királyi gyermekét kellő nevelésben részesítse.

Papa per patrem Augistinum Blogussich etiam Isabellae reginae scribit, hanc tutam reddens de sua paterna benevolentia adhortansque, ut prolem regiam debite educari curet.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 49.

283.

Pozsony, 1550 márczius 11.

A kormánytanács felszólítja a nagyszombati városi biróságot, hogy Pápai András szent Istvánról nevezett esztergomi prépost pörét halassza el, a míg ennek a király parancsára Pozsonyban kell tartózkodnia.

Ad cives Tyrnavienses.

Prudentes etc. Ex venerabili domino Andrea de Papa preposito sancti Stephani de arce Strigoniensi, olim capellano reverendissimi quondam domini Strigoniensis pie memorie intelligimus certam litem per iudicem vestrum modernum adversus ipsum prepositum et quosdam fratres suos istic Tyrnavie commorantes motam esse ratione bonorum quondam Stephani Papaÿ superioribus diebus defuncti fratrisque similiter eiusdem prepositi. Cum autem ipsum prepositum iussu regie Maiestatis presentem hic Posonii esse in presentia oporteat ac propterea vacare huiusmodi liti ei non liceat, Dominationes Vestras hortamur diligenter, ut

revisionem huiusmodi cause tantisper differant, donec prefatus dominus Andreas prepositus absolutus abhinc Tyrnaviam sese conferre queat, id quod paucis post diebus futurum confidimus. Intelligunt autem alioquin Dominationes Vestre absentiam istinc ipsius prepositi damno illi esse minime debere. Valeant Dominationes Vestre feliciter. Posonii, die 11. Martii 1550.

Consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 223.

284.

Győr, 1550 márczius 13.

A győri káptalan előtt Welykei Márk szent Adalbertről nevezett győri prépost, kanonok és a győri egyháznak helytartója és általános ügyhallgatója, Kóny nevű győrmegyei faluját különösen azért, mert a római curiához kell utaznia, egy évre 100 forintért haszonbérbe adja szarvaskendi Sibrik Máténak.

Coram capitulo Jaurinensi Marcus de Welyke prepositus sancti Adalberti martiris de Jaurino, canonicus et vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis ecclesiae Jaurinensis possessionem suam nomine Kóny existentem in comitatu Jaur:nensi praesertim, quia iturus erat ad curiam Romanam, pro uno anno, locat pro florenis 100 Mattheo Sibrik.

Eredetije a *győri káptalan magánlevéltárában:* Cím, theca VIII, 551.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

285.

Kálmáncsehi, 1550 márczius 16.

Szegedi Máté kálmáncsehi lelkész levele Terjék Tamás kanizsai várnagyhoz, a melyben prédikátorul ajánlkozik Nádasdy Tamás birtokaira.

Egregio domino Thome Teryck prefecto castri Kanyssa etc., domino honorando etc.

Egregie Domine honorande, salutem obsequiique mei commendationem intimam. Licet cum Vestra Egregia Dominatio ex commissione gratiosissimi domini Thome de Nadasd erat in Zyghet, eandem tum parumper videram, sed tamen quia tum Vestra Egregia Dominatio infirmabatur, loqui cum eadem, ut ipse optabam, non erat licitum. Vestram itaque Egregiam Dominationem rogo plurimum, ut si eadem cum domino gratiosissimo erit constitutus, tunc mei faciat eidem mentionem, servitiaque mea in officio predicandi commendet. Nam cum sua magnifica

dominatio iusserit, coram sua presentia, si habuero, quo eo advehar, verbum Dei, quemadmodum est mihi divinitus patefactum, predicare ero paratus, ut voluntatem Dei de via salutis revelatam intelligat, multorumque errores de ea exortos refutet. Melius est enim, dicente Apostolo, Deo obedire, quam hominibus. Nam gratum et acceptum erit Deo, si verbum eius in sua ditione habebit hospitium. Idem statum suum per omnia fortunabit. De hoc a Vestra Egregia Dominatione per hunc presentium ostensorem relationem expecto bonam. Quod eidem, si vita erit mihi comes, reservire studebo. Ceterum Vestram Egregiam Dominationem quam felicissime valere opto. Datum ex Kalmanche, dominica Oculi, anno Domini MDL.

Mattheus Zeghedinus verbi Dei minister in Kalmanche etc.

Koller: Historia Episcopatus Quinqueecclesiarum, V. 324.

286.

Bécs, 1550 márczius 19.

I. Ferdinánd király báró Weispriach János és felesége Lunay Borbála érdemeinek elismeréséül évenként 100 forintot engedélyez a borsmonostori apátság jövedelméből a nő rokonának, Lunay Kristófnak felneveltetésére s megigéri, hogy ha később cziszterczi lesz, ő kapja meg az apátságot.

Ferdinandus etc. Recognoscimus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis diuturnis, gratis et fidelibus servitiis, que nobis et serenissime quondam principi domine Anne regine etc., conthorali nostre charissime felicis recordationis, nobilis fidelis nobis dilectus Joannes a Weispriach baro in Koblstorff et comes comitatus Soproniensis ac eius uxor nobilis devota nobis dilecta Barbara a Weispriach, nata ex familia Lunay, prefate serenissime quondam conthoralis nostre suprema magistra curie et commater cum omni modo animi nostri satisfactione prestiterunt et que in posterum etiam nobis et serenissime domui nostre Aústrie exhibere possunt, eiusdem Barbare a Weispriach ex fratre nepoti Christophoro Lunay in et super claustro seu abbatia Borsmonostra Cisterciensis ordinis, quam quum iam aliquamdiu administratore et personis regularibus vacua et destituta esset, honorabili devoto nobis dilecto Andree Michelawyth tam in spiritualibus, quam temporalibus regendam et administrandam commisimus, centum florenos Rhenenses, ad rationem sexaginta cruciferorum pro quolibet floreno computato,

ex eiusdem abbatie fructibus, redditibus et proventibus per dictum Andream Michelawyth administratorem singulis annis solvendos clementer concessimus et inscripsimus, prout etiam tenore presentium animo deliberato et ex certa nostra scientia concedimus et inscribimus, ita quidem, ut dictus Christophorus Lunay predictos centum florenos a memorato administratore de eiusdem abbatie redditibus recipere, litterarum studio operam dare, ad ecclesiasticum statum et ordinem amplectendum sese et animo et studiis suis habilem reddere et denique, quum ad legitimos etatis sue annos pervenerit, eiusdem abbatie ordinem et regulam assumere et profiteri debeat, qui si tunc ad regendam et administrandam dictam abbatiam habilis, idoneus et sufficiens repertus fuerit, nos eum ex tunc tanquam futurum prelatum et abbatem cum omni modo in spiritualibus administratione suscipiemus et admittemus, atque illam ei conferemus; quod si vero idem Christophorus Lunay professionem, regulam et normam eiusdem abbatie et ordinis, ut prefertur, assumere, sicque abbatiam ipsam acceptare renuerit vel si cesserit vel decesserit, tunc promittimus, quod eam nemini alii, quam prefato Andree Michelawyth propter ipsius fidelia nobis prestita servitia, et quod se hactenus nonnisi fideliter et diligenter in illa administranda gessit, et prout etiam in posterum se gesturum non dubitamus, clementer concedamus, atque in verum abbatem et prelatum acceptabimus harum testimonio litterarum sigilli nostri impressione munitarum et manu nostra subscriptarum mediante. Datum Vienne, die XVIIII. mensis Martii 1550.

Ex[pediatur]. R[egestrat]a.

Fogalmazat egy ív papir három oldalán. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1550. 4.*

Közli: Bunyitay Vincze.

287.

1550 márczius 20.

A zágrábi káptalan levele Nádasdy Tamáshoz, melyben Kirin lelkészt figyelmébe ajánlja.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone nobis observandissime, orationum in Domino et servitiorum nostrorum deditissimam commendationem. Veniet in conspectum s. et m. do. vestre Kyrynus presbiter, afflictam suam miseriam declaraturus, quem eidem s. et m. do. vestre commendamus, supplicamusque

humillime,, quatinus ex innata sua pietate, quam eadem s. et m. do. in omnes adflictos copiose effundere consuevit, dignetur prefato Kyryno presbitero multipliciter afflicto pro Deo primum et pro generositate clarissimi nominis s. et m. do. vestre benignum se exhibere patronum. Plura idem Kyrynus presbiter oretenus. Quam s. et m. do. vestram feliciter longa per tempora valere optamus, cui nos et obsequia nostra recommendamus. Datum vigesima Martii 1550.

Eiusdem sp. et m. do vestre

capellani deditissimi
capitulum ecclesie Zagrabiensis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie et capitaneo supremo regie Maiestatis in regno Hungarie ac comiti perpetuo terre Fogaras etc., domino et patrono nobis observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, Z. csomó.

Közli: Iványi Béla.

288.

Pozsony, 1550 márczius 21.

Pápai Pál esztergomi éneklőkanonok előbb javadalmat cserélt Kozma Péter pornai apáttal, de nem akarván felvenni a szerzetesi ruhát, tettét megbánta és ünnepiesen tiltakozik a csere ellen.

Quod venerabilis magister Paulus de Papa, cantor ecclesie Strigoniensis, nostram personaliter veniens in presentiam, per modum protestationis et revocationis nobis significare curavit in hunc modum: quod quamvis superioribus temporibus idem Paulus de Papa et venerabilis magister Petrus de Chazma, abbas[1] de Porno, in beneficiis ipsorum, videlicet cantoratu Strigoniensi et abbatia Pornensi quandam fecissent coram nobis concambialem permutationem, prefatus tamen Paulus Papay diligenti animi sui scrutinio revolvisset et animo suo deliberasset habitum monachalem minime velle assumere et neque induere, sed in suo pristino beneficio cantoratus permanere velle; ob hoc idem protestans premissam suam fassionem et concambialem permutationem omnibus via et modo, quibus potuit, cum solemni protestatione

[1] Vox «legitimus» deleta est.

revocavit, retractavit, cassavit et annichilavit coram nobis. Habita huiusmodi protestatione et revocatione presentes litteras nostras testimoniales ad petitionem et requisitionem eiusdem protestantis duximus dandas et concedendas. Datum in festo beati Benedicti abbatis, anno 1550.

Szokásos kezdete, a rövidség kedvéért, szándékosan ki van hagyva. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. cum 8., fol. 133b.*

Közli: Bunyitay Vincze.

289.

Keszthely, 1550 márczius 22.

Keglevics Péter levele Nádasdy Tamáshoz, melyben Kirin koreniczai plébános érdekében ír.

Magnifice domine et amice nobis semper plurima veneratione observandissime, post salutem et obsequiorum nostrorum debitam commendationem. Venit ad nos is honorabilis dominus Quirinus plebanus magnifice dominationis vestre de pertinentiis castri eiusdem Zthenychnyak de Karanycza presentium ostensor, sentiens nos cum vestra do. m. semper et ab antiquo bona frui familiaritate. Nobis declaravit, qualiter haberet quoddam impedimentum per officiales dominationis vestre m., supplicavit nobis quo penes eundem m. do. vestre nostras scriberemus litteras commendatitias, nam officiales eiusdem dominationis vestre m. eum ex plebania sua penitus extrudere nituntur et proventus eiusdem pro seipsis occupare, prout nobis dicit, nullo prius iuris ordine facto, ad quam plebaniam idem Quirinus presbiter plebanus dominationis vestre m. dicit se habere a prioribus dominationis vestre m. iura bona. Et verum si quid nos in eodem presbitero vitii, maleficii contra eundem excessum sentiremus, non pro eodem dominationi vestre m. scriberemus; quum autem semper cognovimus eum fore obedientem, iustum et verum ac fidelem vestre do. m., eam ob rem petimus magnificam dominationem vestram, tamquam bonum dominum et amicum nostrum, velit dicto presbitero esse misericors causa nostre antique familiaritatis; quod si autem in aliquo foret culpabilis, quod nos Deo testante ignoramus, opus est misericordie pro scelestis deprecari et in futurum meliorare, eundemque in dicta plebania conservare dignetur. Et in reliquo vestram dominationem magnificam Deus conservet in vita felici. Datum ex castro nostro Keztel, 22. martii 1550.

Petrus Keglewych de Bwsyn etc.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd locumteneti regni Hungarie necnon supremo capitaneo regie Maiestatis etc., domino et amico nobis semper observandissimo.

Eredetije papiroson, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, K. 1. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

290.

Pozsony, 1550 márczius 24.

A pozsonyi káptalan a nádori helytartó megkeresésére jelenti, hogy Várday Pál érsek a lábatlani dömés kolostor kincseit magához vette, de azokért a nagyszombati döméseket kárpótolta.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Strigoniensis Franciscus de Rewa, comes comitatus de Thwrocz necnon vacante officio regni Hungarie palatini locumtenens... Expositum est nobis in persona egregii Michaelis Mwthnoky, provisoris archiepiscopatus ecclesie Strigoniensis: qualiter, dum temporibus superioribus certe quedam res et clenodia parochialis ecclesie de Labathlan ad manus ipsius exponentis devenissent, certam partem earundem rerum et clenodiorum ecclesiasticorum reverendissimus quondam dominus Paulus de Warda, archiepiscopus istius ecclesie Strigoniensis..., dominus videlicet ipsius exponentis, ab eodem exponente abstulisset et in rationem earundem rerum et clenodiorum ecclesiasticorum idem quondam dominus archiepiscopus... religiosis fratribus ordinis sancti Dominici confessoris in claustro sancti Joannis in civitate Tyrnaviensi fundato degentibus certam solutionem fecisset; in quo negotio idem exponens... quandam attestationem celebrari facere vellet, pro eo... vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente... homo noster... inquirat et experiatur... veritatem... Datum Posonii, feria quarta proxima post dominicam Invocavit, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo. Lecta.

Papir, nyilt levél, alján kerek pecsét. Hátán a káptalan fogalmazatában:

Iuxta quarum quidem litterarum continentiam nos... una cum nobile Nicolao de Erdewhegh, homine magnificentie sue, unum ex nobis, magistrum videlicet Michaelem de Raychan, archidiaconum Thornensem, socium et concanonicum nostrum... duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis

uniformiter retulerunt eo modo: quomodo ipsi sabbatho proximo ante dominicam Oculi proxime preteritam Posonium, demum die dominico similiter sequente Tyrnaviam, consequenter ad infrascriptos testes ibidem habitantes accessissent...; qui quidem testes infrascripti iurati per omnia fassi et attestati fuissent modo et ordine infrascripto, et primo reverendus dominus Andreas de Papa prepositus sancti Stephani prothomartyris de castro Strigoniensi[1] fassus est se scivisse (?) de rebus monasterii Labathlan per egregium Nicolaum Blagay Posonium ad reverendissimum dominum Paulum de Warda archiepiscopum Strigoniensem adductas fuisse has res infrascriptas: monstrantias duas, crucem unam, calices tres cum patenis, ampullorum paria duo, sacramenti conservatoria duo, potentiana (?), turribulum (!) unum, naviculam, conservatorium thuris unum; item idem dominus prepositus sancti Stephani fassus est, se audivisse ab eodem domino reverendissimo Strigoniensi: pro illis rebus monasterii Labathlan dedisse molendinum unum claustro divi Joannis baptiste in civitate Tyrnaviensi fundato, ecclesiam item tegere et fenestras eiusdem ecclesie divi Joannis baptiste reformari fecisse. Item Dionisius coquus eiusdem reverendissimi quondam domini Strigoniensis fassus est, quod ipse redemptus fuisset de manu Thwrcorum per eundem reverendissimum dominum archiepiscopum rebus eiusdem monasterii Labathlan, videlicet uno calice et una cruce... Datum feria secunda proxima post dominicam Iudica, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Esztergomi kápt. orsz. ltára: Caps. 37. f. 6. nro. 1. Közli: BUNYITAY VINCZE.

291.

Pozsony, 1550 április 6.

A pozsonyi káptalan előtt Várday Péter panaszt emel Bebek Ferencz ellen. Testvérbátyja Várday Pál esztergomi érsek ugyanis 1549-ben neki adta Tornamegye tizedeit, s ő ezeket haszonbérbe adta Bebek Ferencznek 400 forintért. Ebből 200 forintot meg is kapott, de a másik részt, jóllehet csak 150 forintot kért, nem kapta meg s ezért az egyezséget felbontja.

In festo pasce Domini 1550.

Quod dominus egregius Petrus Warday alias de Baba in sua propria persona et nomine nostram personaliter veniens in presentiam, per modum protestationis et revocationis nobis significare curavit eo modo: quomodo reverendissimus quondam Paulus

[1] Voces: «capellanus quondam reverendissimi Pauli de Warda archiepiscopi Strigoniensis» deletae sunt.

de Warda, archiepiscopus Strigoniensis etc., frater suus carnalis decimam, anni videlicet millesimi quingentesimi quadragesimi noni de comitatu Thornensi singulis annis sibi provenire debentem, prefato Petro Warday gratiose contulerat, quam decimam idem Petrus Warday magnifico Francisco Bebek de Pelsewlcz pro summa quadringentorum florenorum vendiderat et inscripserat, cuius summe mediam partem, videlicet florenos ducentos idem Franciscus Bebek ipsi Petro Warday reddidisset et restituisset, aliam vero mediam partem, videlicet ducentos florenos, licet idem Petrus Warday saltem in centum et quinquaginta florenis persolvendis conclusisset, tali modo, ut dum et quando ipse Petrus Warday hominem vel servitorem suum cum litteris suis expeditorialibus pro illis centum et quinquaginta florenis repetendis miserit, statim, citra omnem moram et dilationem, medio illius hominis vel servitoris remittere et persolvere deberet; qui quidem Petrus Warday misso suo servitore ad eundem Franciscum Bebek pro repetendis et reportandis huiusmodi pecuniis, vacuus rediisset, idem Franciscus Bebek premissam compositionem et conclusionem violando et irritam faciendo; ob hoc ipse Petrus Warday totalem illam ordinationem et finalem deliberationem inter sese factam et habitam penitus et in toto revocasset, retractasset et annichilasset, imo revocavit, retractavit et annichilavit, prefatos florenos ducentos non persolutos integre et plenarie iam deinceps sibi solvendos postulans et cupiens.

Rendes befejezése, valamint kezdete hiányzik. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 9.* Közli: Bunyitay Vincze.

292.

Bécs, 1550 április 12.

I. Ferdinánd király Ujlaky Ferencz győri püspököt bizonytalan időre helytartójának nevezi ki, azon jogokkal ruházván fel, a melyeket az előbbi helytartók birtak.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus per presentes, quod nos perspecta iam pridem et cognita[1] fide, diligentia et[2] in rebus tractandis solertia et integritate reverendi Francisci ab Ujlak episcopi Jauriensis, consiliarii nostri fidelis[3] nobis dilecti,[4] eundem

[1] Apud Schmitth «agnita» legitur.

[2] Ibidem «diligentique»,

[3] Ibidem desideratur.

[4] Primum erat nomen Pauli de Varda, postea substitutum est in margine nomen Francisci de Ujlak.

in absentia nostra durante beneplacito nostro[1] constituimus in locumtenentem nostrum in predicto regno nostro Hungarie conditionibus infrascriptis, inprimis ut omni illa auctoritate et facultate fungatur, qua predecessorum nostrorum atque etiam nostro tempore ceteri locumtenentes ad tempus constituti usi sunt: videlicet quod habeat facultatem administrandi iustitiam preter[2] omnem appellationem; quod possit indicere conventum particularem necessitate requirente prescitu nostro[3] statibus, pro commodo nostro et illius regni nostri; quod habeat auctoritatem mandandi omnibus confinia tenentibus officialibus ceterisque fidelibus nostris in omni publica administratione; quod habeat ius conferendi personis dignis bona ad triginta duos colonos se extendentia, que in eo et non maiori numero[4] sive per notam infidelitatis, sive per defectum seminis aut alio quocunque modo ad collationem nostram legitime spectarent; quod habeat ius conferendi beneficia ecclesiastica in omnibus ecclesiis in manu nostra non existentibus et in his,[5] in quibus prelati ius patronatus non habent, exceptis tamen abbatiis preposituris que infulatis[6] et maioribus; quod habeat facultatem et plenam authoritatem omnibus resipiscentibus et ad obedientiam nostram redire volentibus, nostra in persona gratiam faciendi. In omnium igitur premissorum testimonium et robur presentes litteras nostras manu nostra et sigillo consignatas eidem Francisco ab Ujlak episcopo Jauriensi[7] duximus concedendas. Datum Vienne, duodecima die mensis Aprilis,[8] anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo,[9] regnorum nostrorum Romani vigesimo,[10] aliorum vero vigesimo quarto.[11]

Fogalmazata megvan az *Országos Levéltár* kanczelláriai osztályában: Conceptus expeditionum 1550. Nro 2. alatt, a mely eredetileg a Várday kinevezésének szövege a jegyzetben jelzett javításokkal, illetőleg betoldásokkal. Megvan a Liber regiusban a 208. lapon. *A budapesti egyetemi könyvtárban: Hevenesi-gyüjtemény,* LXXX., 247. és *Pray-gyüjtemény,* XV., 37. — Közölte a feltüntetett hibákkal *Schmitth:* Episcopi Agrienses fide diplomatum concinnati, III. (Tyrnaviae, 1768), 7. — *R. Kiss I.:* A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 395—396.

[1] Nomina Thurzó et Várday in documento non occurrunt; solum in conc. exp. inseruntur.
[2] In originali «contra».
[3] Loco «prescitu nostro» in originali «omnibus» legitur.
[4] Inde a voce «que» in margine inserebatur.
[5] Inde ab «In manu» marginalis insertio.
[6] «Infulatis et» est interlinearis additio.
[7] In originali: domino Paulo archiepiscopo.
[8] In originali: die penultima mensis Decembris.
[9] In originali: 42. [10] In originali: 12. [11] In originali: 16.

293.

Bécs, 1550 április 12.

I. Ferdinánd király rendelkezése az újhitű tanácsosok ügyében.

Et quam imprimis cure nobis sit, ut per eos consiliarios res et private nostre et regni publice tractentur, qui tum observatione recte religionis nostre commendentur, tum veterum orthodoxorum doctorum ecclesie catholice doctrinam et sententiam sequantur, non eos, qui ab unione ecclesie sacrosancte seiuncti, diversas sectas ab aliquot iam annis introduxerunt.

Ideo volumus, ut tales, si qui nunc forent (quod non credimus) vel futuri essent consiliarii nostri, prius admoneantur, ut resipiscant, quod si non fecerint, postea in consilium nostrum non admittantur; ne dum divina clementia de rebus nostris et regni bene et recte consuli velimus, concitata Dei indignatione ob reproborum sectarum professores, consilia consiliariorum nostrorum vana reddantur, et iram potius quam clementiam Dei in nos et populum provocemus.

Ut autem consiliariorum nostrorum predictorum provisiones certe sint, volumus et secundum ordinationem et instructionem nostram fidelibus camerariis nostris datam, ipsis locumtenenti nostro et predictis aliis consiliariis nostris ex proventibus nostris ad cameram nostram Hungaricam intrantibus ante alias deputationes nostras cuicunque factas vel in posterum fiendas, solutio fiat, uno hoc excepto, quod quum fidelis noster reverendissimus dominus Agriensis[1] cancellarius noster, tam in regno nostro, quam extra regnum continue ad latus nostrum versari debeat, nunquam possit expensis et provisione sua carere, ipse ante omnes alios predictos nostros consiliarios suam provisionem secundum ordinationem et commissionem nostram per prefectum et consiliarios camere nostre predicte integre semper et sine defectu habeat. Datum Vienne, duodecima die Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Egy féliv papir egyik oldalán, az eleje hiányzik, javítással és toldással. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1550. 10.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] I. e. Nicolaus Oláh.

294.

Bécs, 1550 április 16.

I. Ferdinánd király Eperjes város tanácsának meghagyja, hogy távollétében helytartójának, Ujlaky Ferencz győri püspöknek mindenben engedelmeskedjenek.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris prudentibus ac circumspectis iudici, magistro civium ac iuratis civibus civitatis nostre Eperies salutem et gratiam. Quoniam nos cognitam et perspectam habentes fidem integritatem et in administrandis rebus solertiam fidelis nostri reverendi Francisci ab Wylak episcopi ecclesie Jauriensis, eundem in hac absentia nostra locumtenentem nostrum creavimus. Mandamus itaque fidelitati vestre harum serie firmiter, ut dictum episcopum Jauriensem, quoad in istud regnum nostrum feliciter revertemur, uti nostrum locumtenentem recognoscere et observare, iudiciis ac mandatis eiusdem in rebus licitis et consuetis tanquam persone nostre obtemperare debeatis et teneamini, secus non facturi. Datum Vienne, die decima sexta mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis mp.

A pecsét alatt: Similes de domino locumtenente.

Eredetije papiroson, alul papirral fedett vörös viaszpecséttel, *Eperjes szab. kir. város levéltárában.* Közli: Iványi Béla.

295.

Lelesz, 1550 április 16.

Balázs pap a beregszászi templom Szent-Erzsébet oltárának és Kálmáncsehi Ferencz ugyanott a szentséges oltárnak igazgatói, Leleszen meghatalmazottakat állítanak.

Venerabilis magister Blasius, presbyter decanus, beate Elisabet et nobilis Franciscus de Kalmanche, sanctissimi Corporis Christi rectores altarium ecclesie Omnium Sanctorum de Beregzaz pro seipsis ac universis rectoribus altarium prefate ecclesie procuratores constituerunt feria quarta proxima post dominicam Quasimodo, anno 1550.

Leleszi országos levéltár: Prothocollum VII., 17. 1.
Közli: Bunyitay Vincze.

296.

Bécs, 1550 április 17.

A kormánytanács felsorolja azon okokat, a melyek miatt a zágrábi püspök római követségét augusztus közepére, vagy szeptemberre kell halasztani.

Quanto studio ac sollicitudine actum sit a nobis apud Maiestatem Vestram pro expeditione domini Zagrabiensis ad Urbem, Maiestas Vestra non ignorat.[1] Cognovimus hodie post discessum Vestre Maiestatis a dominis camerariis nusquam eos posse in presentia conflare pecuniam, quanta ad hanc expeditionem opus esset, atque insuper Maiestatem Vestram eis commisisse, ut donec pecunia Vestre Maiestatis in cameram proveniat, ex redditibus conflentur a nobis sumtus, quibus dominus Zagrabiensis ad iter suum proficiscatur. Hac de re ubi inter nos agi ceptum esset varieque sese difficultates offerrent, sicuti a dominis camerariis tantam hoc tempore pecuniam corradendi vel quavis ratione conficiendi, presertim quod et duo ex nobis iam discesserant: intelleximus ex ipso domino Zagrabiensi ita esse eum imparatum ad hoc iter, ut etiam si die crastino expedita esset confectaque omnis ea pecunia, quam postulat, vix tamen ante duodecim, aut quindecim dies posset discedere, quod et equi emendi et familia vestienda aliaque essent comparanda, quibus nunc plane caret et sine quibus in tali legatione pro dignitate imprimis Vestre Maiestatis obire munus suum rite non posset usque adeo, ut subducta dierum ratione comperimus ante mensem Junium pervenire ad Urbem eum non posse, futurosque tandem estivos calores, quo tempore cardinales et tota fere curia Romana exire ab Urbe solent neque interim illis absentibus vel consistoria habentur, vel de negotiis huiusmodi publicis tractatus ulli, vel ulla certa expeditio fieri per sanctissimum dominum nostrum consuevit. Hinc cepimus cogitare, trium fere mensium inanes posse sumptus evitari, si ad mensem Septembrem, vel medium Augustum domini Zagrabiensis profectio differatur, presertim accedente tanta rei pecuniarie angustia hoc tempore et interim pecunia ad expensas corradi et parari poterit. Visum est autem hac de re tota ad Maiestatem Vestram illico perscribere, ut ipsa perpensis benigne secum rationibus supradictis statuet clementer et nobis significet ac dominis camerariis, quid hac in re fieri velit, ut tempestive,

[1] Cfr. Art. XV. comitiorum anni 1550.

quod[1] ipsa iusserit, perfici queat. Gratiosum expectamus responsum. Servet etc. Vienne, die 17. Aprilis 1550.

R. Kiss I. : A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 226—227.

297.

Brünn, 1550 április 20.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a Rómába követül küldött Gregoriánczi Pál zágrábi püspök kiadásait térítse meg.

Jubet Maiestas regia pecuniam conquirere pro expensis domino reverendissimo Zagrabiensi in legationem ad urbem Romam.

Ferdinandus etc.

Reverende ac egregii fideles dilecti. Quum statuerimus, ut reverendus devotus fidelis nobis dilectus Paulus Gregoriancz electus Zagrabiensis ad summum pontificem et sanctam sedem apostolicam in certis rebus et negotiis regni nostri Hungarie sine dilatione orator proficiscatur, committimus et mandamus vobis, ut donec pecunia ad cameram nostram administretur, interim tantum pecuniarum alicunde quamprimum conflare et per anticipationem conquirere studeatis, quantum pro eius sumptibus sufficere queat, quo res et negotia hec tanti momenti propter hunc sumptuum defectum in longius tempus differri haud oporteat, sicuti tecum, Nitriensis, ex Wienna discedentes locuti sumus. In quo nostram seriam exequemini voluntatem. Datum in oppido nostro Bruna, die vigesima mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum sacre regie Maiestatis proprium
J. Jordanus.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 186.

Közli: Iványi Béla.

[1] Supra lineam in locum deleti adiectivi «cum».

298.

1550 április 21.

A borsmonostori apátság visszacsatolását a magyar birodalomhoz kéri Szomor János királyi ügyész.

Coram vobis reverendissimis, generosis, magnificis et egregiis dominis Hungaris et Germanis serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc., regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. domini nostri clementissimi commissariis, hic presentibus dominis meis observandissimis ego Joannes Zomor, director causarum sue Maiestatis et fiscalis sacre corone regni Hungarie, nomine eiusdem corone et fisci regni Hungarie consequenterque ipsius regie Maiestatis, tanquam domini et regis ac principis regni Hungarie propono: Quod cum manifestum sit, abbatiam Montis Marie Borsmonostra vocatam esse intra metas regni Hungarie et sub diocesi episcopatus Jauriensis in comitatu Soproniensi et ad reges regni Hungarie tanquam suppremos omnium prelaturarum et beneficiorum ecclesiasticorum in regno Hungarie existentium patronos et collatores pertinuisse semper et pertinere debere, neque per quempiam sufficienter probari possit eam abbatiam cum aliis castris et bonis in regno Hungarie habitis archiducatui Austrie inscriptis eidem archiducatui obligatam, annexam, vel inscriptam fuisse, sed potius constare, etiam post novissimum contractum et concordiam inter serenissimos principes condam dominos Fridericum tertium et Maximilianum imperatores, archiduces Austrie et quondam dominum Wladislaum regem Hungarie erectam, abbatiam ipsam eidem domino regi Wladislao omnem obedientiam prestitisse, iudicio eiusdem serenissimi regis Bude comparuisse, subsidia et contributiones per regnicolas constitutas ex bonis eiusdem abbatie regie Maiestati Hungarice exolutas esse. Verum superioribus annis post predictum videlicet novissimum contractúm inter iam fatos principes erectum, seremissimi principes archiduces Austrie abbatiam eam a predicto regno Hungarie nullo efficaci et legittimo iure in suam iurisdictionem vendicare satagentes, novissime egregium Georgium de Czyrak, cui abbatia eadem per serenissimum principem condam dominum Ludovicum regem Hungarie rite collata fuerat, et qui eiusdem abbatie realem usum et dominium habuerat, in dicto monasterio iam tempore moderni serenissimi principis

domini, domini Ferdinandi etc., dum adhuc non rex Hungarie, sed archidux Austrie foret, captivando et vinctum abducendo ac ex ipso monasterio eiiciendo, abbatia eadem occupata ac realiter ipsi archiducatui Austrie usurpata extitisset, que etiam nunc per prefatum dominum nostrum regem Ferdinandum ad eundem archiducatum suum Austrie in preiudicium iurium regni et corone sue Hungarice teneretur. Quare ego, tanquam director causarum prefati serenissimi principis et domini Ferdinandi, regis scilicet legittimi regni Hungarie et fiscalis corone sue Hungarice nomine publico vestras reverendissimas, generosas, magnificas et egregias dominationes peto, dignentur iuxta regni Hungarie ordinationem in proximo conventu Posoniensi pro festo epiphaniarum Domini nunc preterito presente Maiestate sua factam et per eius Maiestatem clementer approbatam ac secundum commissionem sue Maiestatis vestris reverendissimis, generosis, magnificis et egregiis dominationibus datam de proprietate eiusdem abbatie iuridicam revisionem facere et eam regno Hungarie tanquam merum et sincerum ius eiusdem regni et consequenter Maiestati regie, non tanquam archiduci Austrie, sed veluti legittimo regi Hungarie ac corone sue Hungarie reddendam, remittendam et iterato annectendam reddique et remitti ac annecti decernere. Licet autem etiam antea, dum proxime per prefatam regiam Maiestatem pro iisdem ipsis subditorum suorum utriusque nationis differentiis tollendis certi ex vestris dominationibus ab utraque parte commissarii huc transmissi fuissent, ego inter alia hac ipsa de re seu abbatia actionem certam eisdem tunc hic constitutis commissariis nomine eodem publico, tamen cum clausula, salvo iure addendi etc. presentaram, quia tamen nullam ad eam vel responsionem vel deliberationem habueram, imo domini Germani commissarii hanc in rem tunc sese ne intromittere quidem voluerant, pro eo nunc volo coram vestris reverendissimis, generosis, magnificis et egregiis dominationibus penes hanc presentem et non priorem presentatam actionem permanere.

Salvo tamen iure addendi, mutandi,
minuendi, corrigendi etc.

Kívül: Copia actionis producte d. commissar. per directorem causarum regie maiestatis et regni Hungarie super abbatia Borsmonostra 21. Aprilis anno 1550. Actio super Borsmonostra. . A .

Eredetije egy ív papiron, egyszerű egykorú másolatban. *Országos Levéltár:* Acta eccles. Cameral. fasc. 28. Nro. 14. Közli: Iványi Béla.

299.

Pozsony, 1550 április 22.

Merula Primus pozsonyi polgár elhalt testvérének, Trapezunti György veszprémi kanonoknak hagyatékából több tárgyat visszakér az eperjesi városi tanácstól.

Prudentes et circumspecti domini ac amici mei observandissimi, salutem plurimam et servitiorum meorum commendationem premissam. Fratrem meum quondam Georgium Trapezopensem, alias Carniola canonicum Vesprimiensem ac magnifici domini Martini de Kecheth regie Maiestatis magistri curie diuturnum cubicularium, Posonium versus redeundo, in Eperies et medio dominationum vestrarum ab hac luce, uti dominus Gallus Rezinus, prepositus Eursiensis asseruit, feria sexta ante dominicam Letare anno moderno[1] testatum decessisse, et inter ceteros mihi incognitos testamentarios quendam amicum nostrum communem et compatriotam nomine Bartholomeum Buthalych litteratum, testamentarium constituisse, ac eundem eodem tempore Vienne Austrie obiisse constat. Et quum ego pro pignore et assecuratione maiori, pro meo arbitratu, ratione sex thallerorum ipsi per me liquide obligatorum, de quorum meam habet expeditoriam manu mea propria scriptam et sigillo me(o) usuali roboratam hic Posonii clare iacentem, quare dominationes vestras peto instantissime, velint et dignentur pro eorum consilio prudentia et humanitate ac officio iustorum iudicum mihi commode et facile prospicere ac mea pignora infrascripta et voluntaria, videlicet annulum unum aureum, duorum florenorum Hungaricalium cum petra margaritha et litteris quattuor F. S. P. A. insignitum; item ethithem vel agiulum lapidem unum rotundum in auro uno arabico legatum et pensilem necnon lapidem unum lazurinum in colore non contemnendum insculptum, florenos duos Hungaricales valentem, hec omnia mihi charissima et excellentissima rehabere cupio, ita tamen si dominationes vestre Dei et communem iustitiam deligunt, gratiosissimi domini mei, domini Nicolai comitis a Salmis etc. amicitiam et benevolentiam considerant, ac egregii domini Georgii Verneri, regie maiestatis consiliarii, domini patronique mei vetustissimi auctoritatis rationem habere velint, et res meas iustas, a prefato Georgio ibidem testamento relictas a me perditum nisi non cupiant. Etiam si dominationes vestre nomina

[1] 1550 márczius 14.

testamentariorum et testamenti paria, de verbo ad verbum inscriptis ad me utcunque mittere velint, equum et opus salutare facient, dominationes vestras Deus una cum suis charissimis conservet feliciter, a quibus et cititis optatam cum effectu relationem expecto. Date in arce Posoniensi, Aprilis 22., anno 1550.

Servitor

Primus Merula
civis Posoniensis, domini comitis
a Salmis etc. servitor.

Kívül: Prudentibus et circumspectis viris, domino iudici N. ceterisque iuratis civibus civitatis Eperies, dominis et amicis meis observandissimis *Eperies.*

Eredetije papiron, kívül papirral fedett vörösviaszba nyomott zárópecséttel. *Eperjes szab. kir. város levéltárában.*

Közli: Iványi Béla.

300.

Brünn, 1550 április 27.

I. Ferdinánd király Gregoriánczi Pál zágrábi püspöknek Rómába követül való küldése iránt intézkedik.

Ut dominus Zagrabiensis dato viatico Romam expediatur citissime.

Ferdinandus etc.

Reverende, devote ac egregii fideles dilecti. Intelleximus ex litteris reverendi fidelis nobis dilecti electi Zagrabiensis, sibi a vobis pro viatico et sumptibus legationis sue ad urbem nullam adhuc ordinationem seu provisionem factam fuisse, se autem ad suscipiendum iter alioqui ita paratum esse, ut nullam sit admissurus moram. Qua de re cum vos expressa a nobis iam secundario acceperitis mandata, non possumus non mirari molestoque ferre animo, quod per vos tamdiu retardetur. Quapropter quia scimus tum ad negotii fructiferam Rome consequendam expeditionem, tum etiam ad evitandam diuturnam illic oratoris moram maximopere pertinere, ut quam citissime expediatur, vobis in tanti momenti re denuo firmissimeque committimus et mandamus, ut nulla dilatione interposita illum expediatis ac omnino efficere curetis, ut ad vos hac de re ulterius litteras dare non sit necesse. Nostram seriam et expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Brunna, die XXVII. mensis Aprilis, anno Domini

MDL., regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum sacre regie Maiestatis proprium
J. Jordanus etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet. 187. lap.

Közli: Iványi Béla.

301.

1550 április 29.

Osztrák kifogások a borsmonostori apátság magyar visszakapcsolása ellen.

Copia altere responsionis dominorum S. R. M. ad negotia Austriaca in Guns agende deputatorum ad replicationem domini directoris causarum regni Hungarie, concernens abbatiam Borsmonostra.

Presentate die 29. Aprilis anno et cetera 1550.

Reverendissimi, generosi, magnifici ac egregii Romanorum regie Maiestatis commissarii, domini nobis colendissimi. Quamvis dominus director causarum nostram protestationem, quam de iure et privilegiis archiducatus Austrie non preiudicandis neque ulterius nos, ac commissio serenissime regie Maiestatis in se continet, intromittendis proposuimus, non fore necessariam dicat; tamen in ea omnimodo, prout facta est et ut nobis maxime necessaria, perseveramus, sed propterea nullum modum vestris reverendissimis, generosis, magnificis ac egregiis dominationibus prescribimus, quomodo procedere debeant, cum id vestre dominationes iuxta tenorem tam Hungarice, quam Germanice commissionis pro sua prudentia, et ut illis commissum atque iniunctum est, facere sciant. Sed et si vestris dominationibus de proprietate abbatie Borsmonostra iudicare expresse commissum esset, tamen vigore talis commissionis dominus director causarum ipsam abbatiam ad regnum Hungarie spectare minime probare posset, cum aliud sit de re, que in controversiam posita est, ad iurium utriusque partis productionem iudicare, aliud rem ita esse absque controversia et sententia simpliciter asserere.

Cum ergo dominus director causarum, neque in sua actione, multo minus replicatione nullo solido fundamento, abbatiam prefatam iure proprietatis ad regnum Hungarie pertinere probaverit, et nichil horum, ex quibus hoc, quod dicit, percipi possit, produxerit, sed nudis verbis tantum id asserit, solumque toti regno

Hungarie hoc constare dicit, merito nos a sua impetitione absolvendi sumus, cum omni iure omnium nationum atque consuetudine statutum sit, quod actore non probante reus, etsi ipsi nichil probaverit, absolvi debet.

Quod autem ex nostra responsione suam assertionem palam esse dicat, hoc in ea nullo in loco demonstrare poterit, nam tota nostra responsio hoc in effectu continet. Quod si dominus director causarum etiam proprietatem abbatie ad Hungariam spectare probaret, quod hactenus non fecit, nichilominus archiducatum Austrie duplici iure hac in parte munitum esse, tam per tractatus inter serenissimos principes factos, quam per longi temporis possessionem, que, etsi nullum aliud ius pretenderemus, sola sufficeret, ut archiducatus Austrie in sua tam longa et pacifica possessione conservari deberet, prout etiam conservando petimus. Sed in quantum dominus director vult, ex articulo posterioris tractatus anni 1491. nostre responsioni inserto apparere, castrum Guns cum suis pertinentiis non proprietatis, sed inscriptionis iure ad archiducatum Austrie pertinere, non videmus, quomodo ex viva significatione vocabuli inscriptionis proprietatem ab inscriptione preparare possit, cum etiam proprietatis et omnium aliarum rerum alienatio per inscriptionem fiat, sed nos modo hac de re non contendimus, sufficit nobis castrum Guns cum suis pertinentiis et alia loca, que ante bellum regis Mathie in manibus cesaree Maiestatis fuerunt, archiducatui Austrie inscripta esse, secundum quam inscriptionem, ut ipse dominus director fatetur, nunc illa loca apud archiducatum Austrie sunt, etiam manere debent, que nostre petitionis conclusio est.

Quod autem dominus director fatendo tamen inscriptionem, neget abbatiam ipsam ex tenore articuli per nos deducti archiducatui Austrie inscriptam esse, propterea pro abbatia, ut bonum ecclesiasticum loco et terminis a ceteris bonis secularibus distinctum et separatum sit, hoc nos ex articulo posterioris tractatus per nos producto liquide constare dicimus vigore horum verborum (et alia loca, que ante bellum regis Mathie in manibus cesaree Maiestatis fuerunt), sed sic est, ut antea diximus, quod tam ipsa abbatia, quam castrum Guns in manibus cesaris Friderici fuerunt, ergo vigore horum verborum in tractatu seu inscriptione positorum archiducatui Austrie inscripta sunt, sive ipsa abbatia per se separata sit a castro Guns, sive ut pertinentia ad castrum Guns accipiatur, cum sufficiat illam in manibus cesaris Friderici fuisse et ea, que in sue Maiestatis manibus fuerunt,

archiducatui Austrie inscripta esse, preterea nos non pretendimus in ipsa abbatia aliquod vel minimum ius spirituale, sed solum ius patronatus vel advocatiam super ea, que advocatia per se nullum ius spirituale est, vel concernit, sed mere temporale seu seculare, quod semper secularibus personis competebat et adhuc competit, prout ex litteris regis Wladislai per dominum directorem cum sua replicatione productis apparet, qui eam (licet quoad archiducatum Austrie minus iuste) secularibus commisit, et posito, quod ipsa advocatia ius spirituale esset, prout non est, neque esse potest, nichilominus cesarea Maiestas etiam eius iuris habilis fuisset, et per reges Hungarie archiducatui Austrie inscribi potuisset, cum dominus director in sua actione ipse dixerit, reges Hungarie omnium prelaturarum et beneficiorum ecclesiasticorum in regno Hungarie existentium suppremos patronos et collatores esse, cum igitur constet ante inscriptionem illam abbatiam, quantum ad ius patronatus vel advocatiam attinet, in manibus cesaree Maiestatis fuisse et omnia ea loca, que in manibus sue Maiestatis fuerunt, sue Maiestati et archiducatui Austrie, ut apud eundem maneant, sive secularia seu spiritualia inscripta sint, merito et nunc apud sacram regiam Maiestatem, ut archiducem Austrie permanere debent, neque nos propterea, quod postremus tractatus in articulo per nos producto ad alium contractum seu concordiam se referat, illam concordiam producere, ut dominus director pretendit, astricti sumus. Cum intentio nostra ex solo illo articulo posterioris tractatus per nos producto satis superque fundata sit, prout supra latius deduximus, et etiam extra illum atque alium tractatum iure communi et possessione supradicta tuti sumus, in qua solum archiducatum Austrie conservari petimus, archiducatum vero Austrie in possessione abbatie seu iuris patronatus vel advocatie esse, credo omnibus patere et etiam ex actione domini directoris constare, cum ipse in ea proprietatem abbacie regno Hungarie adiudicari petit, que possessionem apud alium existere certo presupponit, et propterea ei, qui dicit et asserit, probatio incumbit, non qui negat, qui alias actore non probante, etiamsi ipse nichil probaverit, absolvendus est, et multum ad hanc rem facit, quod enumeravimus archiducum Austrie capitaneos et prefectos castri Guns, qui a tempore cesaris Friderici ad hec usque tempora abbatia ipsa seu iuribus patronatus vel advocatie super ea usi sunt, et pacificam eius possessionem habuerunt, preter quod Georgius Czyrak ante paucos annos hanc archiducum Austrie quietam possessionem vi turba-

verit (quod dominus director non negavit, nec si voluisset, negare potuisset), que vis vi est repulsa et archiducatus Austrie in sua possessione iure et legittime conservatus, quod autem hoc ita se habere simpliciter negat; si ipse antea intentionem suam super proprietatem probasset, nos archiducum Austrie possessionem probare possemus, cum vero hoc solo tuti sumus, quod ipse nichil eorum, que dixit, probaverit, ad aliam probationem nos non astringemus, nec ulla nobis hoc nomine iniungi protest. Preterea ipsemet dominus director antea possessionem abbatie apud archiducatum Austrie esse confessus est, a quo ipse vendicare intendit, que possessio etiam aliam longissimam possessionem retro presumit, et talis presumptio in antiquis sufficit. Nec hanc nostram veram possessionis assertionem dominus director nichil ad rem facere dicere poterit, etiamsi, ut ipse dicit, hoc pro temporum et rerum varietate in pace seu bello per vim vel regibus Hungarie consentientibus factum fuisset, neque ius belli hac in re archiducatui Austrie patrocinari possit, cum etiam rex Mathias multa castra et bona archiducatus Austrie possedisset, tamen facta concordia iterum restituisset, propterea solum ea archiducatui Austrie esse assignata, que in illa concordia et tractatu inscripta sunt etc. Nam respondimus, quod imo illa diuturna possessio etiam absque ullo alio adminiculo archiducatui Austrie in iure patronatus vel advocatie abbatie Borsmonostra plenum ius acquisivit, que a temporibus cesaris Friderici hucusque semper pacifica et non violenta apud archiducatum Austrie fuit, extra violentiam illam per Czyrak attentatam, neque hic regum Hungarie vel consensum vel dissensum desideramus, cum possessio per se bona fide et titulo a Friderico cesare incepta et per cesarem Maximilianum ac sacram regiam Maiestatem, regem Ferdinandum continuata sola sufficiat, neque ius belli aliter nobis hac in re subvenire volumus, nisi quantum ad veram narrationem possessionis abbatie et verificationem posterioris tractatus id deduximus, nempe cum tractatus ille clare disponat, etiam ea loca omnia in Hungaria, que antea in manibus cesaris Friderici fuerunt, vigore illius inscriptionis apud suam Maiestatem et successores, ut archiduces Austrie manere debere, cum illa abbatia antea in manibus cesareis fuerit, quod in posteriori tractatu per verba in eo posita et antea per nos adducta inscripta esse intelligantur. Item, quod etiamsi non inscripta essent, prout sunt, nichilominus tam longa subsecuta pacifica[1] possessio cum scientia et

[1] *In originali:* pafica.

pacientia regum Hungarie ad intentionem nostram obtinendam sola sufficeret, neque hoc loco producto prioris contractus inter cesarem Fridericum et regem Mathiam celebrati nobis iucumbit, cum per solum posteriorem contractum et etiam absque eo per longam possessionem, et quod dominus director suam intentionem non probaverit, satis superque fundati sumus. Quantum vero dominus director dicit, quod prescriptio inter reges et regna super rebus violenter avulsis locum non habeat, neque prescriptio in iuribus fisci regni Hungarie in quibuscunque bonis etiam intra regnum infra centum annos non currat, respondemus, dominum directorem nunquam probare posse, quod ista possessio abbatie violenta fuit, sed quieta et pacifica ab eo tempore, quo et ipsum castrum Guns ad Austriam pervenit, usque ad hec tempora sine ulla legittima interruptione, quare prescriptio in illa locum habebit. Preterea etiam secundum ius nostrum commune prescriptio contra fiscum eodem modo, ut de regno Hungarie dicitur, locum non habet, sed hoc procedit, quando privatus contra fiscum prescribere vult, et consuetudo regni Hungarie solum ligat subditos illius regni, non autem extraneos et collimitaneos principes, ut sunt archiduces Austrie. Nam tunc, quum fiscus contra fiscum et sic privilegiatus contra privilegiatum agit, ibi cessant privilegia unius et alterius, ut in simili manifeste apparet de ecclesiis. contra quas decime non prescribuntur. Et tamen ecclesia contra ecclesiam decimas prescribit, quia ut dictum est, privilegiatus contra privilegiatum privilegio suo non utitur, prout in casu nostro non vigore privilegiorum, sed via iuris communis procedi debet, quod ius commune tam in Hungaria, quam in Austria est, ut omnis actio longissimi temporis, hoc est 30 ad summum 32 annorum prescriptione tollatur. Cum itaque predicta abbatia seu ius patronatus vel advocatia super ea ultra hoc tempus apud archiducatum Austrie semper quiete et pacifice fuerit, hac sola prescriptione tuti sumus, neque alterius contractus productione indigemus, ex quibus omnibus manifestissime constat antea per nos in responsione deducta verissima esse et sacram regiam Maiestatem, ut archiducem Austrie avi proavique sui possessionem bona fide atque titulo continuasse, quam possessionem, etiamsi directoris assertio ita, ut per eum proponitur, probata esset, prout minime probata est, et abbatia intra Hungariam iaceret, minime impedire posset, nam in quocunque regno bona sita sint, si quis per tanti temporis spatium, ut premissum est, possideat, bona fide ac titulo prescribit. Titulus ex supra adductis apparet et maxime, quod contractus

ante et post quam illa abbatia per archiduces Austrie quiete possessa fuit, illa loca omnia apud archiducatum Austrie permanere debere dicit, ex quo etiam bona fides orta et ea omnia per archiduces Austrie ordine successorio transmissa et in hec usque tempora semper continuata fuit, per que iam illa omnia producta et deducta sunt, ex quibus iustus titulus et bona fides clare percipitur, nec repugnaremus, si vestris reverendissimis, generosis, magnificis ac egreggiis dominationibus a sacra regia Maiestate ita commissum esset, ut de proprietate abbatie cognosceretur, sed propter talem commissionem, ut in principio quoque dictum est, dominus director non habet intentionem suam fundatam. Imo quia eam nullo legittimo modo probavit, sed nudis tantum verbis id asserit, nos ab eius impetitione absolvendi sumus, eum non reus conventus, sed actor probare teneatur, reus vero, etsi nichil probaverit, absolvatur. Etsi dominus director nostram responsionem sane intelligeret, nichil immodeste nos ei respondisse deprehenderet, cum ipse preter debitum sui officii sacre regi Maiestati hanc gravem notam inurere voluit, quod suam Maiestatem nullo legittimo vel efficaci iure hanc abbatiam in suam iurisdictionem vendicare et usurpare dixerit, cum omnibus palam sit, suam regiam Maiestatem, ut clementissimum principem nichil iniuste, nec illegitime nec de facto usurpare vel vendicare, sed in omnibus via iuris procedere, ex quo apparet, nos modestissime respondisse et longe acerbius respondere potuisse, si moris nostri esset, acerbius in aliquem invehi. Quod ad eiectionem Georgii Czyrak attinet, ut domini directoris ordinem sequar, hoc loco pro repetitis habere volumus, ea que antea in responsione nostra hac de re deduximus. De quo facto nemo regni Hungarie nomine apud suam Maiestatem unquam egit, nec ob id negamus vigore tractatus per dominum directorem nunc citati differentias, que inter unam aut aliam provinciam, aut ipsos collimitaneos exorte sunt, eo modo, quo in tractatu continetur, agere debere et sopiri posse, sed hoc, quod nunc in controversiam per dominum directorem vocatur, antea nunquam vel petitum vel cogitatum fuit, ex quo coniici potest, predecessores regni Hungarie stante hoc tractatu nichil sibi iuris in et super hac abbatia vendicare, sed archiduces Austrie in sua quieta possessione conservare voluisse, prout antea dictum est, dominum directorem nullum legittimum actum probare posse, quod stante isto tractatu, reges Hungarie alicui unquam efficaciter possessionem istius abbatie dedissent, et abbates legittime in possessionem illius

abbatie venissent, solus Georgius Czyrak armata manu in abbatiam irruit et iterum eo modo, quo ingressus etiam eiectus est. Minime quoque archiducatui Austrie obesse possit, si abbates ex Borsmonostra in iudicio Bude comparuissent, etiamsi hoc non vi, sed voluntate fecissent, nam hac sua comparitione nichil quitquam domino suo, sub cuius dominio et tutela tunc fuerunt et adhuc sunt, in sua iurisdictione preiudicare potuissent. Nec est absurda argumentatio ab equiparatis in eo, in quo equiparatur. Scimus quidem magnam esse differentiam inter abbatem et colonum, sed in hoc tamen equiparari possunt, quod abbas subditus est sui principis, sicut colonus alicuius domini, et sicut colonus domino suo sine consensu vel facto suo nulla in re preiudicium aliquod inferre potest, ita nec abbas principi suo, cui subditus est; propterea, si etiam voluntarie Bude in iudiciis comparuissent, per hoc iurisdictioni principis sui se eximere non potuissent, nec presumendum est, hoc archiducum Austrie, vel illorum capitaneorum in castro Guns consensu factum esse, cum ipsi suo iuri derogari passi non fuissent. Proin, si dominus director consensum hac in re affirmat, illum probare tenetur. Quod vero ad exactiones attinet, dominus director probare non poterit ullas ab abbatibus, postquam abbatia ad archiducatum Austrie pervenit, solutas esse. Acceptamus insuper confessionem ipsius domini directoris, quod dicit tractatum, ut etiam verum est, continere, quod ea loca omnia, que archiducatui Austrie inscripta sunt, et in iudicialibus et aliis omnibus rebus legibus Austriacis subiacere debere, nam ex hoc etiam apparet, cum abbatia in eo tractatu, ut deduximus, comprehensa et extra illum tractatum per archiducatum Austrie longissimo tempore possessa, quod abbates iuribus Austriacis subiacere debeant. Quod etiam vestre reverendissime, generose, magnifice ac egregie dominationes sepius meminisse debent, cum de consuetudinibus et legibus regni Hungarie observandis contenditur, hoc nos in illis bonis inscriptis non ligare, sed in eis secundum leges et consuetudines archiducatus Austrie procedi debere.

Ad litteras vero adiudicatoriás per dominum directorem in transsumpto productas respondemus, ex consuetudine et iure archiducatus Austrie ad nulla transsumpta, nisi originalia ipsa producantur, procedi solere, sed si dominus director etiam originalia produceret, tamen per illa abbatiam ad Hungariam pertinere minime probaret: nam apparet ex transsumpto, quod abbates fuerunt actores, et quos convenerunt, provinciales seu regnicole Hungarie ex comitatu Soproniensi erant, unde si voluerunt

iure contra eos experiri, tenebantur hoc coram illorum iudice facere, quia omni iure actor sequitur forum rei. Preterea illa causa ante tractatum coram rege Mathia cepta erat, ideoqne etiam ibi finiri debebat, sed posito etiam, quod ipsi abbates Bude conventi et non actores fuissent, ibique comparuissent, tamen hoc, ut antea dictum est, archiducatui Austrie preiudicium aliquod inferre non potuit, sicut etsi modernus abbas in Hungaria compareret inscio capitaneo vel rege. Nos vero non exemplum, sed actum legittimum indicavimus, quod dominus Petrus Erdewdy dominum abbatem Polidorum ratione auree cuiusdam crucis anno 1522. coram regia Maiestate, tum archiduce Austrie convenerit.

Idem dicendum de litteris Wladislai. Potuerunt reges Hungari ratione istius abbatie mandare, que volebant, sed quod iure hoc fecissent, hoc negatur, nam nulli reges, postquam abbatia apud archiducatum Austrie est, ullum legittimum ius vel habuerunt, vel ullo usi sunt, sicut nec iste littere ullum effectum unquam sortite sunt, quare petimus, ut antea, nos ab impetitione domini directoris, ut minime probata, absolvi et archiducatum Austrie sua possessione predicte abbatie conservare.

Procurator fiscalis archiducatus Austrie cum sibi adiunctis, nomine S. R. M., ut archiducis Austrie.
Collationata per Gregorium Gaszpicz etc.

Kívül: 1550. Altere responsionis sive duplicationis dominorum procuratoris et fiscalis archiducatus Austrie et sibi assistentis S. R. M. ad negotia deputatorum ad replicationem directoris causarum Hungarie, concernens abbatiam Borsmonostra in Kewzegh porrecte par.

Par duplicationis super Borsmonostra.
D.

Eredetije három ív papiroson, egyszerű egykorú összehasonlított másolatban. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nro 15. Ugyanitt, ugyanezen jelzet alatt ezen másolatnak XVII. századi egyszerű másolata fekszik.

Közli: Iványi Béla.

302.

1550 május 1.

Kivonat Nádasdy Tamás és neje pöstyéni utazásának számadásából.

Introitus et exitus pecunie manibus meis Adam Deri assignate poficiscendo in thermas Pesthyeny cum domino et domina magnificis.

Expositio pecunie ad diversa necessaria per me Adam Derum.

2. die May.

Sacerdoti missam celebranti den. VIII.

Ibidem in ecclesia domino magnifico grossos decem facientes den. XL.

7. May.

Scolaribus recordantibus den. IIII.

8. May.

Scolaribus recordantibus den. IIII.

6. Junii Posonii.

Jussu domine magnifice moniali sorori domini Plagay fl. II.

11. Junii.

Eodem die moniali sorori domine magnifice, que ad Seyter venerat iussu domine magnifice, fl. III.

Eredetije papiron, hosszukás könyvalakban. *Országos Levéltár:* Nádasdy-számadások, b. csomó.

Közli: Iványi Béla.

303.

1550 május 1. körül.

Egyházi birtokok adózása Szepesvármegyében.

Regestum primi subsidii regie Maiestatis, anno Domini 1550. circa festum beatorum Philippi et Jacobi, iuxta constitutionem Posoniensem administrati et per egregium Laurentium Gergey vicecomitem exacti in comitatu Scepusiensi.

Processus Sthanislai Edesfalwsy iudicis nobilium.

Landek.

Prepositi de eadem p. X$^1/_2$.

Ibi una deserta, quia colonus aufugit tempore veris, revisa vigore articulorum per iudicem nobilium et iuratum nobilem.

Lapsa inferior.

Prepositi de Landek p. V 1/2.

Janosffalwa.

Prepositi de Landek p. IIII 1/2.

Offalw.

Fratrum Carthusiensium de Lehnecz p. XXV.

Lehnycza.

Eorundem p. VIIII.

Lesznycza.

Eorundem p. VI.

Ryhwald.

Eorundem p. VII.

Processus Joannis Chengowzky.

Thamasfalwa.

Claustri Lapidis refugii p. IIII 1/2.

Arnolthffalwa.

Eiusdem p. V.

Letonfalwa.

Prepositi et capituli Scepusiensis p. XII.

Gergew.

Capituli Scepusiensis p. III 1/2 (et aliorum).

Gewbelffalwa.

Francisci Polyankay p. III 1/2.
Capituli Scepusiensis p. II.

Mateffalwa.

Balthazari Zakach, Pauli Mariassy, Capituli Scepusiensi } p. II 1/2 — Non solita antea dicari, qui est pauperrima.

Processus Ladislai Chorba.

Namessan.

Capituli Scepusiensis p. VI 1/2.

Wythkoch.

Eiusdem p. I 1/2.

Almas.

Domini prepositi Scepusiensis p. VI.

Ibi anno proxime elapso mense Julio conflagrarunt domus undecim, ideo totidem sunt deserte. Revise iuxta articulos.

Kolbah.

Lectoris Scepusiensis p. VII.

Ragyolcz.

Capituli Scepusiensis p. V.

Felsewrepas.

Capituli Scepusiensis p. II½ (et aliorum).

Henczffalwa.

Capituli Scepusiensis p. II.

Kolynffalwa.

Plebani de Olazy p. III.

Lwchka.

Domini prepositi Scepusiensis p. III.

Országos Levéltár: Dicalis Conscr., XXXV. kötet.

Közli: Iványi Béla.

304.

Nagydemeter, 1550 május 4.

Kolozsvári Péter nagydemeteri plébános igazolja, hogy elődje tartozását lefizette az egykori beszterczei birónak.

Petrus Colosvarinus pastor Nagydemetriensis refert iudici senatuique Bistriciensi, quod praecessor suus in pastoratu dominus Christianus Pomarius fassus sit, se levasse mutuo a communitate Nagydemetriensi florenos quinquaginta, sed et persolvisse debitum istud domino quondam iudici Bistriciensi Thomae Waldorffer.

Eredeti, papirra írt levél. *Besztercze város levéltárában.*

Közli: Karácsonyi János.

305.

Nagyszeben, május 6.

Regestrum prudentis et circumspecti domini Petri Haller magistri civium Cibiniensium de universis perceptis et extradatis Septem sedium ac civitatis Cibiniensis ad annum Domini 1550. — következő kiadást tartalmazza:

Eodem die (scilicet 6. Maii) emisso domino Matthia Ponczler cum decano et plebano Cibiniensi ad visitandas ecclesias Septem sedium, expense et vectura fl. 21, d. 15.

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 232.

306.

Gyulafehérvár, 1550 május 8.

Fráter György értesítést kér Teremi Péter kolozsvári birótól Thury György megérkeztéről.

Prudens ac circumspecte amice nobis honorande.

Si Georgius Thwry iam reversus est Coloswarinum: rogamus nobis perscribere velitis.

Datum Albe Julie, feria quinta post dominicam Cantate, anno Domini 1550.

Frater Georgius
episcopus Waradiensis, thesaurarius et locumtenens etc.

Kívül: Prudenti ac circumspecto Petro Theremi, iudici Coloswariensi, amico nobis honorando.

Eredeti, negyedív papiron, zárópecsét nyomaival. — *M. T. Akadémia kézirattára: Történelem, ívrét, 194. sz.*

Közli: Bunyitay Vincze.

307.

Gyulafehérvár, 1550 május 11.

Fráter György váradi püspök, kincstárnok és helytartó levele Nádasdy Tamáshoz, melyben kéri, hogy hozzája küldött emberének, Ilosvay István váradi segédpüspöknek mindenben higyjen.

Spectabilis et magnifice domine, amice observandissime, salutem et obsequii mei commendationem. Misi ad dominationem vestram spectabilem et magnificam hunc reverendum Stephanum Ilosway episcopum Immeriensem suffraganeum et vicarium ecclesie nostre Waradiensis, per quem nonnulla dominationi vestre spectabili et magnifice de certis rebus et negotiis, que ipsa ab eo diffusius intelliget, nunciavi. Rogo igitur spectabilem et magnificam dominationem vestram, velit verbis ipsius suffraganei fidem adhibere et rebus huius regni pro suo studio consulere, quod omnibus officiis apud dominationem vestram spectabilem et magnificam promereri contendam. Deus optimus maximus dominationem vestram spectabilem et magnificam sanam et incolumem conservet. Datum Albe Julie, 11. die Maii, anno Domini 1550.

Frater Georgius
episcopus Waradiensis, thesaurarius ac locumtenens etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, perpetuo domino terre Fogaras, iudici curie regie Maiestatis et suppremo regni Hungarie capitaneo etc., domino et amico observandissimo.

Eredetije papiron, kívül zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, M. 1. csomó.

Közli: Iványi Béla.

308.

Jászó, 1550 május 15.

Bebek Ferencz és fia György Licze faluban levő birtokukat teljesen és örökre a gombaszegi pálosoknak adják.

Nos Frater Georgius Olyas prepositus et conventus ecclesie beati Joannis Baptiste de Jazow memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod magnifici domini Franciscus Bebek de Pelsewch, comes comitatus Gewmeriensis et Georgius similiter Bebek de eadem Pelsewch, filius eiusdem, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere confessi sunt et retulerunt in hunc modum: quomodo ipsi tam illa spe et devotione, quam erga beatissimam Mariam virginem, in cuius nomine ecclesia religiosorum fratrum heremitarum de Gombazegh fundata esse dinosceretur, gererent[1] (!), inducti; tum etiam volentes illis contemplativis orationibus, quibus idem fratres heremite in eadem ecclesia celestibus regnis afficiuntur, participes fieri: totalem partem ipsorum Francisci et Georgii Bebek possessionariam in possessione Lycze in comitatu Gewmeriensi existentem habitam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet... ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prefatis fratribus heremitis[2] in dicta ecclesia beate Marie virginis iugiter Deo famulantibus pro salute et refrigerio animarum suarum et divinis officiis in perpetuam elemosinam dedissent, donassent et inscripsissent, imo dederunt, donarunt et inscripserunt, coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam pleno iure et cum effectu harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum Ascensionis Domini, anno Domini 1550.

Jászai országos levéltár: Protocollum D. 4. l. — A pálosok beiktatása megtörtént 1551-ben. *U. o. Statutorum. P. IV. 78.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Erronee: gereret. [2] Erronee: heremitarum.

309.

Kőszeg, 1550 május 12.

A magyar királyi ügyigazgató válasza az osztrák főherczegség ügyészének és a kiküldött biztosoknak, a borsmonostori apátság ügyében.

Reverendissimi, generosi, magnifici et egregii domini, S. R. M. domini nostri clementissimi commissarii. Ego fiscalis et director causarum regni Hungarie nomine publico quo iam antea, ad ea que per dominum procuratorem et fiscalem archiducatus Austrie cum sibi, assistentibus, ad meam replicam in causa Borsmonostra coram vobis multis deducta et scripta sunt, dico et propono:

Quod cum omnia fere hec, que novissime producta sunt, per eosdem dominos etiam antea in eorum responsionem ad actionem meam dicta responsaque et deducta sint et per me ad ea quasi omnia satis habunde expresse et fundate replicatum existat, ita ut non multum videatur fore necessarium ampliori replicatione aut resolutione, a quibus non recedere, sed potius ea pro repetitis habere volo. Tamen, cum breviter summa intentionis seu actionis mee sit, abbatia Borsmonostra existere in regno Hungarie, et ad reges Hungarie tanquam patronos suppremos et collatores prelaturarum et beneficiorum ecclesiasticorum in regno Hungarie existentium pertinuerit semper et pertineat, nec sufficienter probari possit cum aliis castris et bonis in regno Hungarie habitis inscriptis archiducatui Austrie fuisse obligatam, annexam vel inscriptam, sed potius constare serenissimo condam domino Wladislao regi Hungarie etiam post novissimum contractum, qui inter ipsum et serenissimos condam principes et dominos Fridericum et Maximilianum imperatores, archiduces Austrie erectus fuit, obedientiam omnem prestitisse, iudicio eiusdem Bude comparuisse, subsidia et contributiones constitutas ex bonis suis Hungarice regie Maiestati exsolvisse et reliqua.

E converso autem summa responsionis prefatorum dominorum procuratoris et fiscalis archiducatus Austrie et sibi assistentium et tota vis ea existat, quod abbatia ipsa Borsmonostra non occupata sit ad archiducatum Austrie, sed eidem cum castro Kewzegh et aliis bonis in regno Hungarie adiacentibus obligatis inscripta et obligata annexaque, et non violenter, sed vigore inscriptionum condam dominorum Mathie et Wladislai regum iusto titulo, bona fide et longissimo tempore pacifice possessa sit et possideatur.

Quod igitur abbatia in regno Hungarie sit et per consequens proprietas eius ad coronam Hungarie pertineat, id ex tenore articuli contractus per ipsos dominos procuratorem et fiscalem archiducatus Austrie et sibi adstantes in responsione sua producti constat, ubi ponitur castra ibidem nominata in regno Hungarie habita, esse inscripta archiducatui Austrie cum aliis bonis.

Et quia sub ista generalitate aliorum locorum volunt complecti abbatiam eam (quod tamen facere non possunt), ex hoc satis apparet abbatiam esse in Hungaria metis et pertinere iure proprietatis ad coronam Hungarie.

Quod autem ea iure prenotate inscriptionis archiducatui Austrie non pertineat, id satis apparet ex litteris adiudicatoriis condam ipsius domini Wladislai regis, iam productis, in quibus apparet abbates adhuc condam domini Mathie et ipso decedente condam domini Wladislai regum temporibus coram eisdem regibus veluti principibus suis naturalibus et iudicibus ordinariis comparuisse et causas egisse, id quod ipsi abbates non fecissent, si vel domini Mathie, vel domini Wladislai regum temporibus fuisset ea abbatia archiducatui Austrie quovis modo annexa vel inscripta ac per imperatores seu archiduces Austrie extitisset pacifice et legittime possessa, ergo ex eisdem litteris adiudicatoriis constat et proprietatem abbacie eius ad Hungarie reges pertinere et etiam possessionem habuisse et nec cum aliis archiducatui Austrie inscriptam et annexam fore, sed postea archiduces Austrie in eam abbatiam manus suas via facti nullo legittimo iure et titulo intromisisse, quod non potest dici iusta et tuta possessio, nisi legittimo iure et titulo formetur et sic bone fidei possessio sufficienter conprobetur.

Cum igitur hec manifesta sint, non possunt asserere, quod ego nichil probaverim. Nam si quid ulterius mihi probandum fuerit, id iuxta iudiciariam deliberationem dominationum vestrarum commissariorum, si quam fecerint, me facturum offero.

Ex hiis etiam elici facile potest abbatiam veluti bona ecclesiastica separata, et que abbatia non multo minoris valoris et fructuositatis tam numero villarum et colonorum, quam etiam proventuum ubertate sit, quam aliqua arcium inscriptarum non esse inscriptam sub illa generalitate archiducatui Austrie, cum manifestum est etiam in illis arcibus et bonis secularibus inscriptis ius ecclesie Jauriensis salvum mansisse, etiam vigore contractus, prout solutio decimarum eorundem locorum etiam modo ostendit. Si igitur in illis inscriptis ius ecclesie non est inscriptum, tanto

magis abbatia ea non potest dici inscripta esse et complecti sub ea generalitate.

Quod vero dicunt, sub nomine inscriptionis complecti omnem venditionem et alienationem, etiam perennalem qualemcunque, hec assertio dominorum locum in hac re non habet. Nam palam est omnes arces archiducatui Austrie ex Hungaria nonnisi pignoratitio iure esse inscriptas, cum et alioqui ipsi reges Hungarie de dominiis corone Hungarice subiectis nichil ad aliena regna transferendi, imo ne persone quidem cuipiam extrane quitquam in regno Hungarie perpetuo conferendi habuerunt auctoritatem, prout nec alienaverunt.

Ubi autem introducunt quendam dominum Polidorum fuisse abbatem in Borsmonostra et litigasse Petrum Erdewdy cum eo ratione cuiusdam auree crucis, manifestum est illum fuisse abbatem Victorie in Carinthia et sub iurisdictione archiducatus Austrie et propterea Petrum Erdewdy debuisse forum illius tanquam rei sequi et alioqui ea actio crucis non fuit talis, ut aliquid vel de iurisdictione vel de proprietate abbatie Borsmonostra vel fundorum eius per hoc actum dici possit.

Abbates vero, qui Bude egerunt, non forum rei secuti sunt, sed cum ipsi rei essent coram dominis regibus, veluti suis iudicibus ordinariis comparverunt, prout littere adiudicatorie aperte ostendunt.

Quamvis autem domini procurator et fiscalis cum reliquis in sua tum priori, tum secunda scriptura sepius repetant idem, quod semel faciunt, quod scilicet ego nihil probaverim, quod tamen dicere non possunt, cum mea actio et omnibus palam est et etiam litteris productis ostensa et probata, tamen ipsi sunt domini procurator camere et assistentes in eo defectu, quo me arguunt. Nam ipsi usque modo nichil eorum, que in scriptis posuerunt, probarunt, sed omnia nudis verbis declaraverunt, productio autem articuli contractus, qui in alium priorem contractum, nempe domini Mathie regis se refert, (qui nisi producatur) is postremus non sufficit cum positione illius generalitatis aliorum locorum. Propterea ego peto abbatiam regno Hungarie restitui.

Salvo iure etc.

Triplicatio fiscalis et directoris causarum Hungarie, contra duplicationem seu secundam scripturam dominorum procuratoris et fiscalis archiducatus Austrie ac sibi assistentibus dominis commissariis in Kewzegh porrecta.

Kívül: 1550. — Triplicatio fiscalis et directoris causarum regni Hungarie, contra duplicationem fiscalis archiducatus Austrie, dominis commissariis in Kewzegh producta, 12. May.
Triplicatio super Borsmonostra.

E.

Eredetije két ív papiron. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nro. 16.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

310.

A Kanizsa melletti Mindszenten, 1550 május 12.

Zaberdinus Boldizsár levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt ezt írja:

Domini capitulares nulla ratione pannum acceptare voluerunt, sed solutionem decime ad festum sancti Michaelis prorogarunt offerentes se sp. et m. d. v. in omnibus servituros pannum tamen hoc saltem ratione non accepturum, ne per dominum banum ac dominum Erdewdy et ceteros etiam qui tales decimas ab eis in arendam habent, talibus pannis onerarentur. Licet fuerint tales capellani sp. et m. d. v. inter illos, qui et sex vel etiam decem portiones panni accepissent et ratione illius tandem singulos de eorum portionibus pecunia contentassent sp. et m. d. v. inservire cupientes, alii tamen obstabant allegantes, hanc panni solutionem semper in eorum decimas emersuram, puto tamen, quod pannus ipse Zagrabie divendi poterit, unde contentabuntur tandem pecunia, litteras vero eorundem dominorum capitularium misi sp. et m. d. d. v. presentibus inclusas.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, Z. csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

311.

1550 május 16.

Újabb osztrák kifogások a borsmonostori apátság magyar visszakapcsolása ellen.

Romanorum, Hungarie ac Boemie s. r. Maiestatis domini nostri gratiosissimi in oppidum Guns deputati commissarii, reverendissimi magnifici, generosi ac egregii domini observandissimi, qui ab eadem sua Maiestate regia ad negotia Austriaca, coram vestris dominationibus proponenda ordinati sunt, pro repetitis habere volunt, que antea per eos in actione ista abbatiam Borsmonostra concernentem sunt proposita, acceptando ea, que in illorum et istius cause favorem a domino directore causarum regni Hungarie dicta et que per eum expresse non negata sunt pro confessis, precipue vero quod longam et quietam possessionem predicte abbatie, in qua archiduces Austrie hactenus fuerunt et sunt, amplius non negat, sicut etiam ob evidentiam rei negare non potest.

Quod autem summa sue actionis hec sit, abbatiam Borsmonostra in regno Hungarie existere, hoc et nos non negamus, sed ex eo non sequitur, quod dominus director inferre vult, propterea hanc abbatiam ad Hungariam pertinere, cum longe plura et maiora loca intra limites regni Hungarie existant, que tamen ad archiducatum Austrie nunc spectant. Et licet reges Hungarie sint supremi patroni et collatores prelaturarum in regno existentium, tamen hoc in illis tantum prelaturis locum sibi vendicat, quarum ipsi adhuc in possessione sunt, non que per inscriptionem et longam possessionem ad alias provincias pervenerunt, illarum enim non reges Hungarie, sed hii, quibus inscripte sunt, et eas possident, supremi patroni et collatores existunt, neque per litteras adiudicatorias dominus director suam intentionem probavit, etiamsi in originali producte fuissent, nam ex illis manifeste apparet, ipsos abbates fuisse actores, non reos et propterea hii qui regno Hungarie subiecti fuerunt, merito coram suo iudice conveniendi erant. Et si abbates rei et non actores fuissent, cuius tamen contrarium in litteris illis paulo post principium continetur his verbis: ob hoc eisdem Joanne abbati et conventui actoribus id gratiose ac de plenitudine regie sue potestatis duxerat annuendum et concedendum etc. Nichilominus cum cause ille ante inscriptionem tempore regis Matthie in regno Hungarie cepte fuerant, ibi quoque finiri debeant. Preterea si etiam abbates antea

vel nunc in Hungaria convenirentur atque ibi iuri starent, insciis et non consentientibus archiducibus Austrie vel eorum capitaneis, tamen hac illorum comparitione archiducatui Austrie nichil preiudicare possent, ut antea vere deduximus, sed cum ex adiudicatoriis litteris appareat, abbates fuisse actores et non reos, nullum fundamentum dominus director sue actioni ex his litteris sumere potest, multo minus ex subsidiis vel contributionibus regni Hungarie ex hac abbatia solutis, cum nos negemus ullas exactiones per abbates ad regnum Hungarie solutas esse, toto eo tempore, quo illa abbatia apud archiducatum Austrie existit, neque dominus director contrarium unquam probare poterit. Cum igitur per predicta omnia, que dominus director adduxit, minime probatum existat, hanc abbatiam ad regnum Hungarie pertinere, et ideo suam actionem non fundatam esse, nos ab eo, ut rei actore ipso nil probante omni modo absolvendi sumus.

Ad uberiorem autem iuris archiducatus Austrie demonstrationem nos late deduximus, hanc abbatiam, de qua controvertitur, archiducatui Austrie inscriptam esse, et hoc non solum ex generalitate illorum verborum et alio loco, sed et sequentium: Que antea in manibus cesaree Maiestatis fuerunt. Nam hoc certum est, neque per dominum directorem unquam negatum, istam abbatiam ante hanc inscriptionem in manibus cesaree Maiestatis fuisse. Et cum sue Maiestati illa loca omnia, que in sue Maiestatis manibus fuerunt ante inscriptionem, ita inscripta postea sint, ut apud eandem manere debent, merito ista abbatia, que, ut dictum est, in sue Maiestatis manibus ante inscriptionem fuit, vigore istius inscriptionis etiam nunc manere debet, non obstante, quod abbatia sit bonum ecclesiasticum separatum, numero villarum et colonorum, aliis locis inscriptis non inferior, et quod ius ecclesie Jauriensis in contractu seu inscriptione in solutione decimarum salvum permansit etc. Nos enim antea vere deduximus ex ipsiusmet directoris actione, quod rex Hungarie ut supremus omnium prelaturarum et beneficiorum patronus et collator potuit ista inscribere, maxime accedente consensu suorum subditorum et regnicolarum, qui in hac inscriptione, ut ex ea apparet, intervenit, per quem potestas regia, que per dominum directorem in augustum redigitur, hac in re satis est confirmata et corroborata, neque nos iuri decimarum ecclesie Jauriensis quippiam detrahere, sed id, ut antea, etiam salvum et integrum permanere volumus, et sufficit nobis hanc abbatiam in manibus cesaris ante inscriptionem fuisse, atque ea loca omnia, que ante inscriptionem in ma-

nibus sue Maiestatis fuerunt, ut apud eandem remanere debeant, inscripta esse, etiamsi in spem illa loca nominata et proventibus ac numero colonorum aliis locis inscriptis inferiora non sint.

Quod autem verba inscriptionis etiam proprietates rerum comprehendant, hoc quoque dominus director non negat, nec negari potest, sed quod ista significatio hac in re locum non habeat, cum palam esse dicat, ea loca in inscriptione comprehensa archiducatui Austrie solum pignoris iure inscripta esse, hoc ex toto tractatu nusquam demonstrare poterit, nulla enim in ea prorsus sit mentio de aliquo pignore; sed cum verba semper in potentiori significatu sint accipienda, illorum locorum inscriptio de proprietate et nullo pignore intelligi debent. Sed utut ista se habeant, dato etiam, minime vero concesso, quod ista abbatia neque proprietatis neque pignoris iure inscripta esset, nichilominus archiduces Austrie per tam longam quietam et pacificam sine contradictione regni Hungarie de uno ad alium successive transmissam possessionem ipsius abbatie, ut in nostris scriptis deduximus, eam omni iure tam cesareo, quam Hungarico prescripsissent et hac sola prescriptione tuti essent, neque dominus director ullum factum demonstrare, minus probare poterit, per quod archiduces Austrie post erectam inscriptionem via facti nullo legittimo iure manus suas, ut ipse dicit, intromisissent, sed in pacifica possessione ipsius abbatie semper fuerunt et sunt. Et donec dominus director hanc viam facti ut actor non probaverit, nobis bonam fidem probare iniungi non poterit, que in tam longa possessione de iure presumitur, quamvis et titulum iustum per inscriptionem et ex ea manantem bone fidei possessionem satis probatam habemus, et hactenus sine contradictione in ea fuimus, prout omnes omnium archiducum Austrie capitanei in Guns nomine archiducum advocatiam super ea abbatia habuerunt, abbates coram ipsis capitaneis vel archiducibus iuri steterunt, quod ex causa, que inter dominum Petrum Erdewdy et abbatem Polidorum coram moderno s. regia Maiestate, tum ut archiduce Austrie, ratione cuiusdam auree crucis vertebatur, apparet. Nam licet ille abbas Polidorus etiam Victorie in Carinthia abbas fuerit, tum postea factus erat abbas huius abbatie Borsmonostra, et eo in Borsmonostra abbate existente prefata causa coram s. r. Maiestate cepta et finita est.

Postquam igitur dominationes vestre ex omnibus, que huic indeducta sunt clare coniicere possunt, dominum directorem actionem quidem suam super proprietate abbatie Borsmonostra pro-

posuisse, nichil autem et nec minimo quidem hanc probasse, nos vero licet absque eo, actore non probante tuti essemus, vere deduxisse hanc abbatiam archiducatui Austrie efficaciter inscriptam esse, adeoque ipsos archiduces Austrie iusto titulo et bona fide longissimo tempore quiete, pacifice sine regum Hungarie vel minima contradictione semper possedisse et adhuc possidere. Petimus nos non solum ab impetitione domini directoris causarum regni Hungarie absolvere, sed etiam archiducatum Austrie in sua inscriptione et quieta ac longa possessione conservari.

Tertia responsio Austriacorum ad negotia Austrie in Gyns proponenda deputatorum, contra dominum directorem causarum regni Hungarie ratione abbatie Borsmonostra.
Presentata die 16. May, anno etc. 50.

Eredetije egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Actorum eccles. Cameralium fasc. 68. Nro. 172.

Közli: Iványi Béla.

312.

1550 május 17.

Fráter György Farnese Sándornak. Ágoston atya április 20-ikán érkezett meg Erdélybe Rómából és azonfelül, a mik a bibornok levelében foglaltattak, sokat elmondott élőszóval is az iránta tanusított jóakaratról. Nem tudja, hogyan köszönje azt meg. Kéri, hogy tartsa meg továbbra is jóindulatában és ajánlja őt a szentatyánál. Nemsokára még bővebben fog minderről szólani a királynő hirnöke.

Frater Georgius Alexandro Farnese refert, patrem Augustinum die 20. mensis Aprilis advenisse Roma in Transsylvaniam et praeter ea, quae in litteris cardinalis continentur, viva voce quoque multum dixisse de benevolentia erga seipsum praestita. Rogat eum, ut etiam ulterius eadem benevolentia geratur erga ipsum et commendet suae Sanctitati. Brevi copiosius narrabit de his omnibus nuncius reginae.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 49.

313.

Kőszeg, 1550 május 18.

A váczi püspök folyamodványa a királyhoz, hogy a magyar udvari kamara által az esztergomi érsekség területén az istentisztelet megtartására szükséges pénzösszeget utaltassa ki.

Sacratissime rex, domine, domine clementissime.

Orationum devotarum ac perpetuorum et fidelium servitiorum meorum in gratiam Maiestatis vestre humillimam subiectionem. Cum per provinciam hanc et commissionem publicam huc discedere, Maiestatemque vestram sacratissimam accedere nequeam, et audiam Maiestatem vestram propediem istinc discessuram, dominique camerarii Hungarici de statu ac conditione spiritualis administrationis archiepiscopatus Strigoniensis, quam Maiestas vestra mihi clementissime concredidit, mecum nihil hactenus concluserint, mitto sac. Maiestati vestre his inclusum exemplum petitionis mee, quam, cum honestam esse credam, meque nihil superfluum petere, Maiestati vestre sacr. supplico humillime, dignetur ad dominos prefectos et consiliarios camere sue Hungarice per generosos et magnificos dominos prefectum ac consiliarios camere sue aulice commissionem expedire, quo tam mihi, quam aliis ecclesie ministris ea, que debebuntur, absque contentione reddantur, ne cultus divinus per rerum necessariarum defectum negligatur, et me, unde gratiam, munificentiam ac clementiam Maiestatis vestre sac. expecto, indignationem aliquam (quod Deus avertat) incurrere contingat. Servet Maiestatem vestram omnipotens Deus incolumem ac felicissimam, reddatque plurimis victoriis auctissimam. Ex Kewzegh, 18. Maii 1550.

Sacratissime Maiestatis vestre

humillimus ac devotus
sacellanus Vaciensis.

Kívül: Sacratissime regie Maiestati, domino, domino clementissimo.

Egy ív papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 május 24.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

314.

1550 május 18.

A váczi püspöknek költségelőirányzata az esztergomi érsekség kormányzására.

Ea, que Vaciensis ad generalem archiepiscopatus Strigoniensis in spiritualibus administrationem ex bonis et proventibus archiepiscopatus predicti dari ad minus cupit.

In primis necessario debebit interteneri per eum notarius sedis spiritualis et procurator fiscalis, petit ad illorum salaria fl. 100.

Item conduci debebunt duo procuratores iuris canonici periti, qui litigantium causas agant ac sint continui penes ecclesiam, quibus etiam ad minus dandi erunt fl. 100.

Quoniam istis ac aliis personis necessariis debebit dari mensa, et Vaciensis nec ex episcopatu, neque etiam ex prepositura aliquas decimas, que Posonio, aut Thyrnavie propinque sint, habet, indiget frumento ac aliis, que sustentande familie perpetuo necessaria sunt, ad quam rem curandam petit decimas possessionum Dombo, Spacza, Korompa, Jazlowcz, Bohonycz et Kathlocz in comitatu Posoniensi circa Thyrnaviam existentes, sibi in specie percipiendas ad familie alimenta et equorum pabulum assignari, que nunquam maioris, quam centum et quinquaginta florenis sunt vendite.

Item, ut possit habere fenum ac alia servitia domui ac familie sue necessaria, petit sibi assignari possessiones Waga et Zerdahel, que uno circiter miliari a Thyrnavia distant, cum eorum proventu ac servitutibus.

Item idem Vaciensis habet ex clementissima regie Maiestatis deliberatione ratione consiliariatus ordinarii in singulos dies Renensem unum, cui petit tantum addi, ut absque defalcatione ac imminutione aliqua, cum in perpetuo motu ac profectionibus esse debeat, habeat pro annuo sallario Hungaricos fl. 600.

Idem petit sibi dari in annum ducentas urnas vini.

Kívül: Exemplum petitionis d. camerariis Hungaricis per Vaciensem in negotio administrationis Strigoniensis exhibitum.

Papiron, a váczi püspöknek 1550. május 18-ikán Kőszegen kelt felségfolyamodványának melléklete. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 május 24.

Közli: Iványi Béla.

315.

1550 május 20. előtt.

Sarló, Farnad, két Szögyén és Kéménd lakosai a királyhoz folyamodnak, hogy a kilenczedeket, a melyeket a boldogult esztergomi érsek elengedett nekik, ne kelljen fizetniök.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime. Supplicatur Maiestati vestre s. in personis colonorum suorum inhabitatorum villarum Sarlo, Farnad, utraque Zeodyn et Kemend in eo humillime, quod cum Posonii etiam in comitiis s. M. r. supplicassent, ut cum dominus pie memorie Paulus de Warda propter nimiam calamitatem nonas, quibus iure omnibus annis tenerentur, illis remisisset, imo in hac re per officiales suos assecurasset, ut M. v. s. pro innata erga oppressos clementia iuxta concessionem reverendissimi domini locumtenentis nobiscum ageret, sed in eisdem comitiis nulla nobis a M. vestra s. propter astantia et assidua negotia data est relatio. Quapropter humillime obtestamur, ut propter amorem Dei optimi maximi hanc gratiam nobis largiatur, nam neque quotidianum iam habere possumus victum, ex quo illas v. s. M. dare possemus, a qua gratiosum expectatur responsum.

Eiusdem Maiestatis vestre s.

humillimi subditi et inhabitatores coloni
villarum Sarlo, Farnad, utraque
Zeodyn et Kemend.

Kívül: Supplicatio humillima colonorum inhabitatorum Sarlo, Farnad, utraque Zeodyn et Kemend.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 május 20.

316.

Bécs, 1550 május 20.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Sarló, Farnad, két Szögyén és Kéménd lakosainak a kilenczedeket engedtesse el, ha azelőtt sem fizettek.

Ferdinandus divina favente clementia Ro., Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverende ac egregii fideles nobis dilecti. Ex supplicatione

quinque villarum archiepiscopatus Strigoniensis Sarlo, Farnad, utraque Zeodyn et Kemend vocatarum presentibus inclusa cognoscetis, quid coloni ipsarum villarum humiliter a Maiestate nostra petant, quare committimus vobis firmiter, ut intellecta de huiusmodi annuentia et nonarum remissione a Michaele Mwthnoky provisore eiusdem archiepiscopatus Strigoniensis mera rei veritate, si ita ex annuentia ipsius condam archiepiscopi ipsis nonas remissas fuisse compereritis, vos quoque etiam nunc eisdem villicis ipsam nonarum remissionem observare et observari facere debeatis. Secus non facturi. Datum Vienne, vigesima Maii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus,*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendo ac egregiis Francisco Thurzo de Bethlenffalwa episcopo Nittriensi, prefecto, ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice, nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 május 20.

Közli: Iványi Béla.

317.

1550 május 20.

A pápa megengedi Oláh Miklós egri püspöknek, hogy tekintettel a magyar hitszónokok csekély számára, Kolosvári János nevű Domokos-rendi szerzetest tarthassa maga mellett, a ki, bár kérte erre elöljáróinak engedélyét nem kapta meg.

Papa concedit, Nicolaum Oláh episcopum Agriensem propter parvum concionatorum Hungarorum numerum penes se Joannem Kolosváry (erronee Colopiar scriptum) monachum ordinis sancti Dominici habere, qui, etsi rogasset, permissionem superiorum ad id non acceperat.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 49.

318.

Bécs, 1550 május 22.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Várday Pál esztergomi érsek nővérének, Potencziánának ellátásáról gondoskodjék.

Quod ex camera solvatur provisio domine Potentiane sororis reverendissimi condam archiepiscopi Strigoniensis.

Ferdinandus etc.

Reverende ac egregii fideles nobis dilecti. Veniens in conspectum Maiestatis nostre nobilis puella Potentiana de Warda, soror reverendissimi quondam Pauli de Warda, alias archiepiscopi Strigoniensis supplicavit nobis humiliter, ut cum fidelis noster egregius Michael Mwthnoky provisor archiepiscopatus Strigoniensis propter occupationes suas, quibus in administratione officii sui prepeditur Posonii continuo residere et ob id dimensum sive provisionem illam pecuniariam per prefatum Strigoniensem olim illi pro sua sustentatione assignatam et per nos etiam dari commissam non semper reddere posset, dignaremur curam administrationis sibi eiusdem provisionis vobis committere, cuius nos humili supplicatione clementer exaudita, fidelitati vestre harum serie committimus, quatinus prescriptam pecuniariam provisionem sive diurnam sive ebdomadariam eo modo et ordine, quo per prenominatum quondam Strigoniensem ordinata fuit et per dictum Michaelem Muthnoky nostro iussu hucusque administrata, vos ei reddere debeatis, secus non facturi. Datum Vienne, vigesima secunda mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
e(piscopus) Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 205.

Közli: Iványi Béla.

319.

Bécs, 1550 május 23.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség tizedeit gyüjtse össze és az ország közszükségleteire használja föl.

Ut decime archiepiscopatus colligantur.

Ferdinandus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex litteris ac responso vestro octava die presentis mensis ad nos scripto opinionem et sententiam vestram in negotio locationis decimarum archiepiscopatus Strigoniensis, causas item et rationes, quam ob rem consultum esse minime videatur cuiquam eiusmodi decimas locandas sed potius colligendas esse, satis prolixe intelleximus, que quidem sententia vestra, ut eiusmodi decime scilicet colli-

gantur, ac una cum aliis archiepiscopatus Strigoniensis redditibus publico regni nostri Hungarici commodo administrentur, nobis ex rationibus per vos abunde perscriptis clementer probatur, utque eam ipsam sic exequamini, omnino volumus et iubemus, nostram in eo expressam facturi voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima tertia die mensis Maii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberck
S. Sigmar etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol. II. kötet, 207.

Közli: Iványi Béla.

320.

Bécs, 1550 május 24.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Sbardellati Ágoston váczi püspökkel állapodjék meg az esztergomi érsekség kormányzása felől.

Ut ratione cure spiritualis archiepiscopatus Strigoniensis concordetur cum domino Vaciensi et de opinione camere Maiestas regia informetur.

Ferdinandus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum nos reverendo fideli nobis dilecto Augustino Sberdelato episcopo Vaciensi spiritualem administrationem archiepiscopatus Strigoniensis iam antea iniunxerimus, hactenus tamen cum ipso de statu et conditione huiusmodi administrationis nihil conclusum sit, volumus et comittimus vobis, ut eidem episcopo scribatis, se ad vos conferat ac postea cum eo de predicto statu ac conditione adeoque tolerabili stipendio ad beneplacitum nostrum tractetis et conveniatis. Prius tamen inclusas litteras una cum exemplo petitionis sue diligenter revideatis et nos, quidve nobis in eo statuendum et facile concedendum sit, omnino cum sententia et opinione vestra postea certiores reddatis, nostram in eo clementem executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima quarta die mensis Maii, anno etc. quinquagesimo,

regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
S. Sigmar.

Országos Levéltár: Ben. Resol. II. kötet, 196.

Közli: Iványi Béla.

321.

Wittenberg, 1550 május 25.

Melanchton Fülöp levele Ampfer Farkas selmeczbányai lelkészhez.

Venerabili viro, eruditione et virtute prestanti, domino Wolffgango Ampfer, pastori eeclesie Dei in Schemnicz, amico suo charissimo, salutem dicit. Venerande vir et amice charissime. Antequam Jacobus Argentoratensis tuam epistolam attulit, dedi nostris auditoribus isthuc proficiscentibus litteras, in quibus ostendi, me valde desiderare tuas litteras. Certe enim et de ecclesia vestra et de Te, post illud tuum iter, sepe cogitavi. Fuit autem mihi pergratum, quod senatus oppidi vestri de Te amanter et honorifice ad me scripsit. Tuum consilium valde probo, quod in ritibus, quos pastor ante Te proximus observavit, nihil mutas. Nam et crebre mutationes turbant populi invocationem, et recentem hospitem alios ritus instituere in ecclesia, que iam pie constituta est, odiosum est. Ac multo minus velim restitui abominatos ritus; presertim autem displicet mihi illa consuetudo levandi symbola, quam non fuisse talem in veteri ecclesia, certum est. Pendet autem hec questio ex aliis duabus de oblatione et mutatione panis, de quibus, si voles, scribam ad Te copiosius, cum habeam certum tabellarium. Heu quanto dolore excrucior, cum cogito horrendos abusus, qui ecclesiam pervaserunt et stabiliuntur. Sed oremus Filium Dei, ut sanet vulnera ecclesie. Bene vale et scribito ad nos sepissime. Die pentecostes, anno 1550. Witteberge.

Philippus Melanchton.

Másolat Zay Miklós gróf *zay-ugróczi levéltárában.* Cz. kéziratos könyv, 9. — *Fabó:* Monumenta Evangelicor. aug. conf. in Hungaria historia, III. 307.

322.

Bécs, 1550 május 28.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Drégely és Érsekújvár katonaságának és tisztjeinek Várday Pál elhunyt esztergomi érsek életében teljesített szolgálataiért hátralevő járandóságát utaltassa ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverende ac egregii fideles nobis dilecti. Venientes ad Maiestatem nostram fideles nostri officiales arcis Dregel et Novi Castellani, suis ceterorumque militum in eisdem locis degentium nominibus, per supplicationem suam nobis humiliter declaraverunt, quomodo salaria veterum servitiorum suorum vivente reverendissimo quondam Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi exhibitorum nondum essent ipsis persoluta, supplicantes nobis humiliter, ut eis superinde gratiose providere dignaremur. Quorum nos humili supplicatione accepta, fidelitati vestre harum serie committimus, quatinus vocato vestri in presentiam fidele nostro Michaele Mwthnoky administratore proventuum archiepiscopatus Strigoniensis eiusque in officio vicesgerente, cum eisdem de proventibus perceptis et impensis vivente predicto quondam archiepiscopo factis rationem subducere ac tandem de restantiis proventuum prefatis officialibus aliisque militibus et servitoribus eiusdem olim archiepiscopi, quibus nondum ad plenum merces servitiorum suorum esset persoluta, inter quos sunt cubicularii eius Martinus More, Andreas Dalmady, Paulus Keery et Franciscus Hencz, iuxta aliam commissionem nostram superinde ad vos datam, de restantiis proventuum vetera ipsorum servitia persolvere debeatis, secus non facturi. Datum Vienne, vigesima octava mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus mp. — *Nicolaus Olahus,*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendo Francisco Thwrzo de Bethlenffalwa episcopo Nittriensi, prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice etc., fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 május 28.

Közli: Iványi Béla.

323.

Bécs, 1550 május 31.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az érsekújvári huszárok zsoldját az esztergomi érsekség jövedelméből fizesse ki.

Ut equitibus in Castello Novo servientibus provisor solvat de proventibus archiepiscopatus.

Ferdinandus.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusa supplicatione intelligetis hussarones in Novo Castello nos pro solutione debitorum suorum humillime interpellare, volumus itaque et committimus vobis, iniungatis nostro nomine provisori proventuum archiepiscopatus Strigoniensis, ut posita cum dictis hussaronibus ratione, ipsis de debitis ac salariis suis satisfaciat, nostram in eo omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, ultima die mensis Maii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberckh
S. Sigmar etc.
B^{ta} Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol. II. kötet, 200. lap.

Közli: Iványi Béla.

324.

Bécs, 1550 junius 1.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a váczi püspöknek prágai utazása költségei fejében 40 forintot fizessen.

Ut domino Vaciensi pro expensis Pragam factis dentur floreni quadraginta.

Ferdinandus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Quoniam reverendus fidelis noster devotus Augustinus de Sbardelatis electus episcopus Vaciensis superiore elapso quadragesimo nono anno ad nos Pragam profectus, quasdam expensas fecit, volumus et committimus vobis, ut eidem Sbardelato ratione eiusmodi ex-

pensarum quadraginta floreni ex camere nostre Hungarice vestre administrationis proventibus exolvi curetis, nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, prima die mensis Junii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
S. Sigmar etc.
Bta Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol. 1550 junius 1.

Közli: Iványi Béla.

325.

Debreczen, 1550 junius 1.

Péter pap visszatartatja Tarkó Andrásnak Vecsernye Istvánnál levő követeléseit, mert Tarkó az ő pénzét elvitte és nem adta vissza.

Dominus Petrus presbyter omnia debita Andreae Tharkó, quae sunt apud Stephanum Wetsernye prohibuit propter suas pecunias, quas Andreas Tharko eidcm abstulit et non reddidit. (In festo Trinitatis).

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 218.

Közli: Zsák J. Adolf.

326.

Bécs, 1550 junius 3.

I. Ferdinánd király a Pozsonyban tartózkodó ó-budai apáczák panaszára, kik Várday Pál volt esztergomi érseket vádolják, hogy tizedeiket elvonta, a kamarát utasítja, hogy vizsgálja meg a dolgot s tegyen neki jelentést.

Ferdinandus etc.

Reverendissime, reverende et egregii fideles nobis dilecti. Exposuerunt Maiestati nostre per supplicationem suam religiose mulieres sanctimoniales Veteris" Budenses, nunc in ista civitate nostra Posoniensi degentes, quomodo reverendissimus quondam Paulus de Warda, alias archiepiscopus Strigoniensis et locumtenens noster, quasdam decimas ab ipsis sanctimonialibus occupari fecisset, quas eis non reddidisset et nunc quoque per provisorem ipsius archiepiscopatus Strigoniensis tenerentur magno suo damno et preiudicio, supplicantes nobis humiliter, ut eis superinde gratiose providere dignaremur et non pateremur iura claustri sui labe-

factari. Quarum nos humili supplicatione accepta, fidelitati vestre committimus, quatinus acceptis presentibus et premissis sic stantibus, vocatis coram vobis dictis sanctimonialibus ac etiam provisore dicti archiepiscopatus Strigoniensis, privilegia earundem sanctimonialium videre et perspicere, ac etiam testimonia partium super decimis ipsis audire et intelligere, ac tandem nobis statum dictarum decimarum fideliter perscribere debeatis, secus non facturi. Datum Vienne, tertia mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. Resol. 2. köt., fol. 212. — Közölte *Fabritius K.:* Történelmi Tár, 1881. évf., 255.

327.

1550 junius 4. előtt.

Az esztergomi káptalan folyamodványa a királyhoz, hogy a lévai udvarbirót tiltsa el az esztergomi káptalan és esztergomi Szent-István-prépostság tizedeinek háborgatásától.

Sacratissime rex, domine, domine clementissime.

Supplicat Maiestati vestre sacratissime capitulum ecclesie Strigoniensis, quomodo elapsis diebus provisor arcis Lewa Thomas Pandorffer vocatus sese ingessit in decimas non tantum capituli Strigoniensis, quantum etiam in proventus prepositi sancti Stephani. Quapropter Maiestas vestra sacratissima ex solita sua clementia erga fideles servitores suos mandatum det regium ad eundem, ne se in decimas absolute ingerat, sed eas aut iusto pretio redimat, aut capitulo et preposito predicto vel illis, quibus eas capitulum locarit, libere percipiendas iuxta constitutiones publicas dimittat, a Maiestate vestra gratum expectat responsum.

Sacratissime Maiestatis vestre
fideles servitores ac sacellani
Capitulum ecclesie Strigoniensis.

Kívül: Supplicatio capituli Strigoniensis.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 junius 4.

328.

Bécs, 1550 június 4.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy hasson oda, hogy a lévai udvarbiró az esztergomi káptalan és esztergomi Szent-István-prépostság tizedügyeibe ne avatkozzék.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Significavit nobis, sicuti ex inclusa supplicatione intelligetis capitulum Strigoniense, provisorem arcis Lewa sese non modo in decimas dicti capituli, sed et proventus prepositi ad sanctum Stephanum ingerere, humillime supplicans, uti id ipsum in posterum prohibere vellemus. Volumus itaque et committimus vobis, curetis efficiatisque penes dictum provisorem, ut dictum capitulum et prepositum in decimis ac proventibus suis in posterum preter equitatem non turbet, aut impediat, vel potius se iis ingerat, sed plane sine molestia uti, frui sinat, nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Viennensi, die quarta Junii, anno Domini MDL., regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus mp. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberckh
per manu propria.
S. Sigmar mp.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlenfalwa episcopo Nittriensi, prefecto, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 junius 4.

Közli: Iványi Béla.

329.

Kapuvár, 1550 junius 5.

Bánffy János levele Nádasdy Tamáshoz, melyben tanulmányairól ír, végül könyvek vételét kéri.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone mihi in perpetuum observandissime, servitiorum meorum perpetuorum

commendationem. Audivimus tuam dominationem magnificam iam brevi descensuram ad nos Vienna, unde magnopere gratulamus, oramusque Deum omnipotentem, ut dominationem vestram magnificam simul cum domina magnifica incolumes feliciterque nobis reducat. Ceterum gratia sit Deo optimo maximo, nos quoque in presentiarum bona fruimus valetudine, studiisque nostris diligenter operam damus, que quoniam sine libris parum feliciter succedunt, rogo do. ve. ma., quo mihi iubeat emi duos libellos, nempe Colloquia Erasmi et Apophtegmata eiusdem, quod fideli servitio reservire eidem perpetuo conabor. Deus conservet do. me. ma. in bona valetudine. Datum in arce Kapu, 5. die Junii, anno Domini 1550.

Eiusdem tue do. ma. Servitor perpetuus

Joannes Banffy etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie regie Maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo etc., domino mihi in perpetuum observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár* : Nádasdy-missilisek *B.* 1. csomó, Bánffy János levelei Nádasdy Tamáshoz.

Közli: Iványi Béla.

330.

Torda, 1550 junius 6.

Fráter György váradi püspök levele Teremy Péter kolozsvári biróhoz. — Kéri, rendeljen kocsit fráter Ambrus kolozsvári prédikátor részére, hogy prédikáczió-tartás végett idejekorán Tordára jöhessen.

Prudens et circumspecte, amice honorande, salutem.

Commisimus nos fratri Ambrosio, predicatori Colosvariensi, ut ad dominicam proxime futuram huc Thordam ad nos pro facienda concione venire debeat. Rogamus igitur, ut unum currum eidem ordinare velis, ut tempestive pro facienda concione huc venire possit, neque secus faciat.

Datum Thorde feria sexta post festum Sacratissimi Corporis Christi, anno Domini 1550.

Frater Georgius

episcopus Varadiensis, thesaurarius et locumtenens etc.

Kívül: Prudenti ac circumspecto Petro Theremy, iudici civitatis Coloswariensis, fratri charissimo.

Eredeti, egy negyedív papiron, zárópecsét nyomával. — *Magyar Tudományos Akadémia kézirattára: Történelem, ívrét, 194. sz.* Közli: Bunyitay Vincze.

331.

Bécs, 1550 junius 7.

I. Ferdinánd király levele a soproniakhoz, hogy a tizedeket ezentúl Nádasdy Tamásnak fizessék.

Ferdinandus... Hungarie rex... Prudentibus iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soproniensis... Quoniam nos ex supplicatione fidelium nostrorum statuum et ordinum regni istius nostri Hungarie ac etiam reverendissimi Francisci ab Wylak, episcopi Jauriensis ac in eodem regno nostro Hungarie locumtenentis nostri, inducti annuimus et concessimus, ut... magnificus Thomas de Nadasd... iudex curie... decimas istius civitatis nostre Soproniensis una cum aliis filialibus decimis ad illas... spectantibus ab heredibus condam Bernardi Beham olim camerarii Cremniciensis, in quorum manibus nunc ex iuscriptione... domine Marie Hungarie et Bohemie regine sororis nostre... pro certa summa pecuniarum habentur, pro eadem summa redimere... possit, idcirco... mandamus, ut postquam idem Thomas Nadasdy, deposita in ista civitate nostra Soproniensi coram nobis dictis heredibus prescripta summa inscriptionis, decimas ipsas redemerit, vos easdem ipsi Thome Nadasdy... dare... debeatis... Datum Vienne, septima mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Agriensis mp.

Egykorú másolat *Sopron város levéltárában:* Lad. I. f. II. nr. 59.
Közli: Karácsony János.

332.

Bécs, 1550 junius 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Péter pornai apátnak 20 forintnyi segélyt fizessen ki.

Ut abbati de Porno dentur in subsidium fl. 20.

Ferdinandus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Supplicavit

Maiestati nostre venerabilis atque devotus noster Petrus abbas de Porno, ut sibi dicam divi Michaelis, que ex abbatia de Porno ad cameram nostram provenit, ratione paupertatis atque inopie sue relaxare dignaremur. Tametsi vero huiusmodi petitioni propter certas causas minus annuendum esse censemus, nihilominus tamen cum devotis atque religiosis ordinibus conservandis haud impropensi simus, eidem supplicanti iam summatim et sola hac vice viginti florenos Hungaricales exolvendos et presentandos annuimus; vobis idcirco committentes atque mandantes, ut eidem nostre concessioni satisfieri et nominato abbati de Porno dictos viginti florenos Hungaricales in moneta exolvi atque reddi curetis et ordinetis, secus non facturi. Date in civitate nostra Vienna, die nona Junii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberckh
Bta Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol. II. kötet, 219.

Közli: Iványi Béla.

333.

Debreczen, 1550 junius 9.

Mózes Sebestény és Zothán Pál visszatartatják Ember Mihálynak Balázs hitszónoknál levő pénzét.

Sebasthianus Moyzes et Paulus Zothan prohibent res et pecunias Michaelis Ember apud dominum Blasium concionatorem ad flor.

(Feria tertia prox. fest. Corp. Dni.).

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 219. l.

Közli: Zsák J. Adolf.

334.

Bécs, 1550 junius 9.

Oláh Miklós egri püspök Verancsics Antalnak a szabolcsi főesperességet, egri kanonokságot s a székesegyházban levő szentkereszt-oltár javadalmát adományozza.

Nicolaus Olahus divina miseratione episcopus ecclesie Agriensis, comes perpetuus comitatus Hewesiensis ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia

Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis — — — consiliarius et in dicto regno Hungarie cancellarius etc. Tibi viro prestanti et venerabili nobis in Domino dilecto, magistro Anthonio Wrancio, preposito ecclesie Albe Julie Transsylvaniensis, salutem et favorem. Vite ac morum tuorum integritas, ingeniique pietas et excellens eruditio, quibus te ab Altissimo preditum esse, partim fidedigna commendatione, partim propria nostra experientia cognovimus, nos inducunt, ut te favore prosequamur opportuno. Quum igitur archidiaconatus de Zabolcz, cum canonicatu et rectoratu altaris sancte crucis in dicta ecclesia nostra Agriensi, per translationem reverendi domini Pauli de Gregoriancz in episcopatum ecclesie Zagrabiensis, eorundem archidiaconatus, canonicatus et rectoratus altaris ultimi, veri et legitimi possessoris, nunc de iure et de facto vacare dinoscatur, tibi eundem archidiaconatum cum canonicatu et rectoratu altaris predicti necnon eorundem prebendas tanquam persone idonee et benemerite, iurispatronatus regii et ordinaria nostra authoritatibus, quibus fungimur, dandum duximus et conferendum, recepto tamen prius a te per vicarium nostrum in spriritualibus iuramento corporali, quod nobis et successoribus nostris legitimis episcopis — — — fidelis et obediens eris etc. Datum Vienne Anstrie, nona mensis Junii, anno Domini millesimo, quingentesimo quinquagésimo.

Agriensis etc. *Mattheus Zerdaheli* m. p.
manu propria.

Eredetije a *Nemzeti Múzeumban* : 2381. fol. lat. — *Verancsics Antal:* Összes munkái, I. (Pest, 1857), 353.

335.

Pozsony, 1550 junius 13.

Egri Gergely pálos szerzetes a pozsonyi káptalan előtt vallja, hogy Miklós jenei vikárius Somlyón levő szőlőjüket 200 magyar forintért a vásárhelyi apáczáknak eladta.

Quod venerabilis et religiosus frater Gregorius de Agria, ordinis fratrum heremitarum prior generalis, in sua propria et totius ordinis beati Pauli primi heremite fratrum personis et nominibus nostram personaliter veniens in presentiam, sponte et libere est confessus et retulit in hunc modum: quod quamvis superioribus temporibus venerabilis et religiosus frater Nicolaus,

vicarius de Jeneyw[1] certis quibusdam et rationabilibus de causis et potissimum ex eo, quod in claustro ipsorum Jenyew predicto quidam prophani homines conscendissent, curamque commodam vinearum ipsorum gerere nequivissent, super quandam vineam ipsorum Nagh-Zelew vocatam, in promontorio Somlyo appellato in comitatu Wesprimiensi existentem, in portione videlicet terre sanctimonialium de Wasarhely habitam, coram incolis sessionatis Helsegh appellatis, generose ac religiose domine Marthe Cheh, priorisse ac toti conventui seu cenobio sanctimonialium de Wasarhely predicta certam fecisset fassionem, et iuxta consuetudinem promonthorii illius incole ibidem circumiacentes victimam more solito perbibissent; nichilominus idem frater Gregorius, prior generalis volens pretactam fassionem predicti fratris Nicolai corroborare firmareque et testatam reddere, prescriptam vineam Naghzelew eisdem domine Marthe priorisse ac toti conventui seu cenobio sanctimonialium de dicta Wasarhely pro ducentis florenis Hungaricalibus plene et integre per eundem fratrem Gregorium ab eisdem levatis et perceptis iure perpetuo et irrevocabiliter dedisset, vendidisset et perpetuasset tenendam, possidendam pariter et habendam, imo dedit, vendidit et perpetuavit coram nobis, assumens preterea idem frater Gregorius, prior generalis in persona totius ordinis prescripti memoratam dominam Martham Cheh priorissam ac totum conventum seu cenobium sanctimonialium de Wasarhely in pacifico et quieto dominio eiusdem vinee perpetuis semper temporibus contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos tueri, protegere et defensare cum (?) propriis suis laboribus et expensis, hoc specialiter declarato, quod si temporum in processu quispiam prefatas dominas Martham Cheh ac conventum sanctimonialium de Wasarhely in predicta vinea molestare, perturbare aut iuris ordine vel litis processu inquietare vellet et niteretur: extunc talis ante litis ingressum in aliis ducentis florenis Hungaricalibus convincatur et convictus habeatur eo facto harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Antonii confessoris, anno Domini 1550.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 115.

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Jenő.

336.

Bécs, 1550 junius 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség tizedeit bérbe venni óhajtókkal közölje a királyi végzést.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex incluso memoriali nomina quorundam, qui sibi decimas archiepiscopatus Strigoniensis et quidlibet de bonis suis locari humillime petunt, plane intelligitis. Cum autem nobis preterito mense Maio ad litteras vestras, quid nobis hac in re consultum esse visum fuit, responsum dederimus et in illo sententiam ac opinionem vestram plene approbaverimus, committimus itaque vobis, ut dictis personis, cum ab eis interpellati fueritis, resolutionem nostram indicetis, nostram in eo clementem executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, decima tertia die mensis Junii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philipp Breyner mp.
Bta *Dunant* mp.

Kívül: R., venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 junius 13.

337.

1550 junius 13.

Az esztergomi érsekség tizedeit bérbe venni óhajtók névsora.

Memoriale de supplicantibus pro decimis archiepiscopatus Strigoniensis quolibet de bonis suis:

Domina relicta quondam domini Thurzonis vel domini a Perusthhain,

Dominus Joannes Thurzo,

Dominus Nyary,

Dominus Lossonczy,

Dominus Bakytth,
Dominus Ladislaus Banffy,
Dominus Bebek,
Item Georgius Bebek petit sales in Thokay.

Egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 junius 13.

Közli: Iványi Béla.

338.

Róma, 1550 junius 21.

III. Julius pápa a váczi püspököt I. Ferdinánd király kérése folytán két évi tartamra az esztergomi érsekség adminisztrátorává nevezi ki.

Venerabili fratri moderno episcopo Vaciensi Julius III.

Venerabilis frater, salutem etc. Cum, sicut accepimus, ecclesia Strigoniensis, que de iure patronatus charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum et Ungarie regis illustris ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, esse dignoscitur, certo modo pastoris solatio ad presens destituta existat et ipsius Ferdinandi regis ac totius regni Ungarie propter maximam pro tempore archiepiscopi Strigoniensis auctoritatem et potentiam plurimum intersit, ut hiis temporibus, quibus de impressione ac violentia Turcharum eidem regno finitimorum, et qui iam maximam ipsius regni partem ocuparunt, probabiliter timendum est, eidem ecclesie de persona non solum idonea et sibi ac dicto regno fida, verum etiam sermone et opere potenti, et que populos dicti regni non solum in fide continere, sed etiam adversus eosdem Turcas animare sciat, velit et possit, apostolica authoritate provideatur, nec dictus Ferdinandus rex, super persona huiusmodi tam brevi tempore ob similium personarum in partibus penuriam deliberare valeat, et propterea, dum super hoc cogitat et deliberat, cupiat, ut interim cura regimen et administratio dicte ecclesie alicui catholico antistiti authoritate nostra committatur. Nos piam et laudabilem ipsius Ferdinandi regis in his intentionem plurimum in Domino commendantes, ne pendente deliberatione huiusmodi dicta ecclesia in spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineat, dicti Ferdinandi regis in hac parte supplicationibus inclinati, te, qui etiam preposituram eiusdem ecclesie ex dispensatione apostolica obtines et in illis partibus resides, ac pro hiis, quibus polles, prudentia, probitate et rerum gerendarum usu prefato Ferdinando regi gratus et acceptus existis, ac de quo

nos ob premissa etiam in Domino confidimus, eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus huiusmodi administratorem ad biennium a data presentium computando dumtaxat et interim, donec per dictum Ferdinandum regem persone idonee nobis et apostolice sedi ad eandem ecclesiam presentate fuerit (!), alienatio bonorum mobilium necnon pretiosorum mobilium mense dicte ecclesie sibi penitus interdicta, dicta auctoritate tenore presentium constituimus et deputamus, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus, ut prefertur, dicto tantum durante biennio committendo, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod durante biennio huiusmodi propterea cura ecclesie Waciensis, cui tu preesse dignosceris, nullatenus negligatur, quodque fructus, redditus et proventus ecclesie Strigoniensis eiusmodi, qui debitis et consuetis supportatis oneribus ac solutis debitis per archiepiscopum defunctum contractis necnon deductis ducentum ducatis auri de camera per te etiam propria authoritate annuatim interea ratione administrationis huiusmodi percipiendi superfuerint, in arcium ad dicte ecclesie mensam pertinentium ac fortalitiorum limitropherum ipsius regni pro ecclesie et regni predictorum ab ipsis Turcis necessaria et toti reipublice christiane proficua defensione, instauratione et alias pro ecclesie et illius bonorum ac regni huiusmodi preservatione iuxta providam per te desuper de consensu dicti Ferdinandi regis facienda provisione exponantur et erogentur, et quod infra dictum biennium idem Ferdinandus rex ad dictam ecclesiam Strigoniensem personam idoneam nobis et dicte sedi presentare omnino teneatur; alioquin dicto biennio elapso administratio per nos tibi commissa huiusmodi eo ipso cesset, ac de dicta ecclesia per nos et sedem predictam libere provideri possit. Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 21. Junii anno MDL.

Institum fuit pro parte dicti serenissimi regis, et serenitas sua fuit contenta sub hac forma.

M. Cardinalus Crependus.

Eredetije egy ív papiron, a m. kir. udvari kamara részére készült, egykorú bár, de hibás másolatban. A czímben az «episcopo *Varcidensi*» már hibás és «*Vaciensi*»-nek olvasandó. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral., fasc. 4. Nr. 29. jelzet alatt. — V. ö. *Kollányi Ferencz:* Regesták a római és pármai levéltárakból, 49.

Közli: Iványi Béla.

339.

Lincz, 1550 junius 23.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Kecseti Mártonnak Pozsonyban az érseki palotában adjanak szállást.

Ut domino Kechety detur hospitium in domo archiepiscopatus Strigoniensis.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum etc., Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Supplicavit nobis fidelis noster magnificus Martinus de Kechet, magister curie nostre, ut in domo archiepiscopatus Strigoniensis Posonii habita ei hospitium dari iuberemus, ex quo Posonii ei residendum esset. Quare volumus et vobis committimus, ut si episcopus Vaciensis in ea domo, sicuti hactenus, vult hospitari, in eo casu partem unam domus eiusdem, si vero non vult, totam domum prefato Martino Kechety pro hospitio dare debeatis. Curet tamen ipse, ne domus ipsa desoletur. Aliud ne feceritis. Datum Lyncii, vigesima tertia Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus,*
e(piscopus) Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. 276.

Közli: Iványi Béla.

340.

Kapuvár, 1550 junius 23.

Nádasdy László Nádasdy Tamástól Szentírást kér.

Spectabilis ac magnifice domine, domine mihi imperpetuum observandissime, servitiorum meorum perpetuorum commendationem. Quod tua mag. do. tum comparverit alium iterum eruditorem, tum quod libellos per eum iussit mihi una cum aliis meis commilitonibus charissimis emi, immortales ago vestre do. mag. gratias, attamen, quod magis desiderabam, illis potiri nequivi, nempe biblia, cuius lectio meum animum magis, ut opinor, erudire ac informare religiose potuisset, quamvis ne isto quidem beneficio vestre mag. do. dignatus me unquam fuissem, sed tamen cum altera vice eadem nobis omnibus libros aliquando iubebit coemi, oro vestram do., ut dignetur mihi biblia solvere, cui rei

vestre do. meis perpetuis servitiis pro eiusdem erga me beneficiis satisfacere usque conabor. Sin minus, Deus maximus optimus referat gratiam. Quod reliquum est, nos ex divino fato perbelle valemus, verum dominus preceptor noster clarissimus (quod mihi valde est molestum) male se nunc habet, tamen spero iam Deo volente in dies magis ac magis convalesciturum. Deus etiam vestram mag. do. conservet, simul cum domina magnifica incolumem. Datum ex Kapu, 9. calendas Julii, anno Domini 1550.

Eiusdem vestre mag. do.

servitor obsequentissimus
Ladislaus Nadasdi.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curiė regie Maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo, domino mihi imperpetuum observandissimo.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-levéltár *N.* 1. csomó.

Közli: Iványi Béla.

341.

Pozsony, 1550 junius 25.

Terebezdi János szent Ferencz-rendi barát a pozsonyi káptalan előtt bizonyítja, hogy Pekry Lajos, az általa a segesdi klastromból elvitt értéktárgyakért 1000 magyar forintot három részletben kárpótláskép lefizetett.

Nos capitulum ecclesie Posoniėnsis memorie commendamus pėr presentes, quod religiosus frater Joannes de Therebezd, ordinis fratrum Minorum beati Francisci confessoris in claustro ad honorem beatissime virginis Marie in hac civitate Posoniensi fundato degens, in reverendi fratris Gregorii de Zegedino, eiusdem ordinis fratrum Minorum in Hungaria ministri generalis ac totius ordinis eorundem fratrum Minorum beati Francisci confessoris persona et nomine coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere est confessus et retulit in hunc modum: quod magnificus dominus Ludovicus Pekry de Petrowyna, comes comitatus Lyptowyensis, ratione et pretextu ablationis quarundam rerum argentearum deauratarum claustri eorundem fratrum Minorum in oppido Segusd vocato, in comitatu Simigiensi existenti, constructi[1] necnon pro iudiciorum oneribus et expensis ac damnis

[1] Sequentes voces: «ad summam centum et nonaginta novem marcarum et duorum lothonum se extendentium» deletae sunt.

quibuslibet dictis fratribus[1] in toto mille florenorum hungaricalium in paratis pecuniis, quos vigore aliarum litterarum serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi regis etc., domini nostri clementissimi superinde confectarum, in tribus terminis, videlicet in festo purificationis beatissime virginis Marie, deinde vero in festo beati Georgii martyris, ultimo vero in festo nativitatis beati Joannis Baptiste preteritis coram nobis deponere debebat, memoratis fratribus plenarie et integre persolvisset et deposuisset, imo persolvit et deposuit nostri in presentia; ob hoc ipse frater Joannes nomine et in persona totius ordinis prefatorum fratrum Minorum eundem dominum Ludovicum Pekry de et super premissis omnibus, ablatione videlicet rerum aurearum et argentearum, penaque calumnie ac oneribus facti minoris potentie in pretactis litteris obligatoriis regiis clarius contentis et specificatis ac aliorum iudiciorum oneribus et expensis quoque et damnis et depositione totius summe pretactorum mille florenorum quietum et expeditum reddidisset, prout reddidit liberum et modis omnibus absolutum nostri in presentia harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria quarta proxima post predictum festum nativitatis beati Joannis Baptiste, anno 1550.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 7. et 8., fol. 141.

Közli: Bunyitay Vincze.

342.

Bécs, 1550 junius 27.

Verancsics Antal Nádasdy Tamásnak írja, hogy hir szerint a pápát megmérgezték.

Heri legi litteras capellani reverendissimi domini cancellarii datas 21. instantis mensis Lincii, quibus scribit mortuum esse pontificem veneno a cardinalibus ministrato, idque late per aulam vulgari. Hoc novum hic valde est novum, ideoque non adeo tenendum, donec maiore authore confirmetur. Volui tamen, quod primum hunc rumorem v. m. d. scire.

Országos Levéltár: Nádasdy-levelek *U. V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

[1] Vox: «illatis» excidit.

343.

Pozsony, 1550 junius 28.

Ujlaky Ferencz győri püspök és királyi helytartó fölszólítja a szepesieket, kiváltkép Lomniczai Horváth Jánost és Jakab olaszii plébánost, hogy Péterváradi Balázs szepesi prépost tizedei ügyében a jászai konvent előtt vallomást tegyenek és a lajstromokat adják át.

Franciscus ab Wylak, episcopus ecclesie Jauriensis, locique eiusdem comes perpetuus ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi... regis... locumtenens universis et singulis... cuiuscunque status, ordinis et conditionis hominibus in comitatu Scepusiensi ubivis constitutis et commorantibus presentes visuris, signanter vero egregio domino Joanni Horwath de Lomnicza, olim preposito Scepusiensi, et honorabili magistro Jacobo, plebano oppidi Olazy, salutem cum favore. Exponitur nobis in persona reverendi domini Blasii de Waradinopetri, prepositi ecclesie Scepusiensis, consiliarii regie Maiestatis: quomodo proventus dicte prepositure sue et nominatim decime ad eandem iure pertinentes hiis et superiorum annorum disturbiis per nonnullas personas seculares distracte essent et alienate, quarum quidem decimarum et proventuum distractio et indebita usurpatio vobis et cuique vestrum liquido constaret, rationes etiam seu regesta huiusmodi proventuum apud manus vestras extare dicerentur. Super quibus, cum idem dominus exponens fassione et testimonio vestro, regestrorum etiam veterum restitutione plurimum se indigere afferat, et iniustum sit decimas ac proventus ecclesiasticos per manus secularium personarum usurpari, abstrahi et quomodocunque alienari: propterea dominationes vestras et vestrum quemlibet harum serie hortamur et requirimus, vobis et cuique vestrum sub onere sedecim marcarum gravis ponderis firmiter committimus et mandamus, ut dum et quando simul vel divisim cum presentibus fueritis requisiti vel aliquis vestrum requisitus fuerit, statim in presentiam testimonii honorabilis conventus ecclesie de Jazow, quod per ipsum ad hoc transmitti volumus, accedere, ibique ad fidem vestram Deo debitam fidelitatemque prefato domino nostro regi observandam, quitquid vobis de prescriptorum proventuum prepositure Scepusiensis proventibus (!) et decimis distractis, indebite per aliquos usurpatis aut occupatis constat, odio et favore omni postposito, dicere, fateri et referre, rationes etiam seu regesta eorundem proventuum, si que apud manus vestras sunt, reddere

et restituere, aut si apud alienas manus ipsa haberi scitis, indicare et significare, preterea universos et singulos proventus eiusdem de vestri medio, iuxta continentias articulorum et decreta regni, exsolvere debeatis et teneamini; super qua quidem fassione et attestatione vestra litteras tandem ipsi domino exponenti per dictum conventum de Jazow dari volumus communi iustitia observata. Secus pena sub premissa non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, die vigesima octava mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Eredeti, papir, alján a püspök-helytartó pecsétjével s a lap szélein és hátán a konvent jelentésének fogalmazatával. E szerint Dwnawycza-várában (Dunajecz) Horváth János azt vallotta, hogy ő nála számadás vagy regesta nem maradt; annyit tud, hogy Késmárk városa fizetett évenként a szepesi prépostnak 9 forintot, de ő azt is elengedte. — Jakab olaszii plébános: a mit tud, azt rendben elmondja majd a prépostnak. Tudja azt is, hogy a regesták kinél vannak, igyekszik is visszaszerezni azokat. — László szepesi kanonok vallja: a regestákat azonnal Várallyai Szaniszló püspök-prépost halála után Nechkey Ferencz vikáriusnak és Tamás éneklő-kanonoknak átadta György szepesi plébános jelenlétében, ki azt nem is tagadta. — *Jászai országos levéltár: SSS. 27.*

Közli: Bunyitay Vincze.

344.

Róma, 1550 julius 1.

II. Julius pápa az egri püspököt megbizza, hogy Kápolnai Bornemissza Farkas és felesége vitás házassági ügyében itélkezzék.

Julius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri episcopo Agriensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquestus est nobis dilectus filius nobilis vir Woffgangus (!) Bornemyza de Kapolna domicellus in Varadiensi seu alia civitate aut diocesi commorans, quod venerabilis frater noster Georgius episcopus Varadiensis dictum Woffgangum et nobilem mulierem Sophiam Zerechen domicellam, quominus in matrimonio inter eos, nullo eis obsistente canonice impedimento et alias legitime contracto, pacifice et quiete permanere dictumque matrimonium suum debitum inter eos sortiatur effectum, impedire et ipsis mutuam cohabitationem minis et terroribus prohibere temere et de facto presumpsit et nixus fuit hactenus et nititur ac presumit. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hincinde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreveris, ab eodem episcopo auctoritate nostra et ab aliis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Rome apud

sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo quinquagesimo, kalendis Julii, pontificatus nostri anno primo.

Alul a hajtáson: R. de Cuppis.

Kívül: P. Draco prothonotarius. Joannes Martelli.

Eredetije déli hártyán, melyről az ólompecsét elveszett, a m. kir. *Országos Levéltárban:* Act. Eccl. Cameral. fasc. 72. Nr. 88.

Közli: Iványi Béla.

345.

Szklabinya, 1550 julius 2.

Révay Ferencz nádori helytartó vizsgálatra küldi ki az esztergomi káptalant, igaz-e, hogy Bedegi Nyáry János elfoglalta a trencsénmegyei bélai birtok azon részét, a mely azelőtt a varini plébánia-egyházé volt, de a melyet három évvel ezelőtt Zedleczi Kozthka Miklós a Pongrácz-családnak átadott.

Franciscus Révay locumtenens palatini committit capitulo Strigoniensi, ut inquirat, utrum Johannes Nyáry de Bedeg totalem possessionem parochialis ecclesiae in oppido exponentis (Gasparis Pongracz de Zenthmyklos) Waryn vocato in comitatu Trenchiniensi existente exstructae, Béla vocatam, quam ante tres annos Nicolaus Kozthka de Zedlecz tradidit familiae Pongraciensi, occupavit.

Az esztergomi káptalan cz évi átíratából. Ennek eredetije a *gróf Pongrácz-család levéltárában.*

Közli: Karácsonyi János.

346.

Pozsony, 1550 julius 2.

Ujlaky Ferencz győri püspök és királyi helytartó Eperjes város tanácsának meghagyja, hogy Revellesi Balduin beregszászi lelkésznek a náluk elhunyt Trapezunti György veszprémi kanonok javaiból járó 19 forint 60 dénárnyi tartozást fizessék meg.

Franciscus ab Wylak, episcopus ecclesie Jauriensis locique eiusdem comes perpetuus ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. locumtenens etc. Prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis civibus civitatis Eperyes salutem cum favore. Expositum est nobis in persona reverendi domini Balduini de Revelles, archipresbiteri Beregzaziensis, qualiter superioribus mensibus idem exponens venerabili olim magistro Georgio Trapezopeo canonico ecclesie Vesprimiensis pro quibusdam rebus eidem exponenti Vienne coemptis triginta duos florenos Hun-

garicos credidisset et assignasset. Cum itaque idem quondam magister Georgius prescripta debita ipsius exponentis persolvere neglexerit et ex partibus Transsylvanis Posonium versus proficiscendo in eadem civitate vestra demortuus sit, dictoque exponenti florenos decem et novem Hungaricos ac denarios quadraginta debitor manserit, pro eo harum serie hortamur vos et nihilominus auctoritate regie Maiestatis, qua fungimur, comittimus vobis, quatinus acceptis presentibus predictam pecuniarum restantiam, ex rebus ipsius olim magistri Georgii apud manus vestras habitis, memorato exponenti absque ulla dilatione una cum damnis et expensis in hac re factis satisfacere debeatis et teneamini, iure et iustitia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, in festo visitationis beatissime virginis Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Lecta.

Eredetije papiron, alul a helytartó-püspöknek papirral fedett vörösviasz pecsétjével, *Eperjes szabad kir. város levéltárában.*

Közli: Iványi Béla.

347.

1550 julius 3.

Poky Gáspár, Salamonfalvi Gróf Bernát és társaiknak panasza Kliszi András, a borsmonostori apátság kezelője ellen.

Actio sive querella egregiorum Caspari de Pok et Bernardi Groff de Salamonfalwa et aliorum fratrum eorundem contra honorabilem dominum Andream de Klyz administratorem abbatie Borsmonostra.

Reverendissimi etc. Prefati nobiles contra et adversus abbatem, administratorem videlicet Borsmonostra coram vestris dominationibus observandissimis dicunt et proponunt, quod licet totale predium Boroszaka vocatum, in comitatu Sproniensi existens habitum fuerit hereditarium prefatorum Caspari Poky et Bernardi Groff et fratrum suorum et per eorundem predecessores tentum et possessum, denique temporibus serenissimorum condam dominorum primum Mathie et ultimo Ladislai regum in iudicio iure obtentum et vigore ipsarum litterarum adiudicatoriarum pure restatutum pariter et per predecessores ipsorum post restatutionem possessum extiterit, tamen venerabilis condam Zakarias abbas dicte ecclesie Borsmonostra in anno Domini 1506.

transacto preterito ipsum predium Boroszaka una cum omnibus pertinentiis suis ad ipsam abbatiam Borsmonostra occupasset occupatumque tenuisset et ab eodem tempore hactenus idem predium ad ipsam abbatiam tentum et possessum est, ac fructus et utilitates eiusdem percepti sunt, prout per modernum administratorem abbatie ipsius, dominum Andream Klyz occupatum tenetur, fructusque et utilitates percipiuntur, vi et potentia mediante etiam modo, in quibus ipsis querulantibus et predecessoribus ipsorum, salva pena violentie a tempore huiusmodi occupationis plusquam 20 millia florenorum auri damnum illatum foret. Unde petunt iidem querulantes dictum predium ex integro iuxta contenta litterarum suarum adiudicatoriarum pariter et exinde restatutoriarum sibi ipsis una cum pertinentiis et metarum distinctionibus et a tanto tempore etc.

Kívül: Copia querelle nobilium Poky et Bernardy Groff. — Presentata 3. die Julii, anno 50.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nr. 17.

Közli: Iványi Béla.

348.

Pozsony, 1550 julius 3.

Perneszith levele Nádasdy Tamáshoz a borsmonostori apátság peres ügyének megkezdéséről.

Hodie tertius dies est, quod cause agitari ceperunt, licet adhuc desunt duo ex commissariis Germanorum; de proprietate abbatie nondum quicquam statuerunt, ceterum ad ea, que contigerunt per actus potentiarios inter officiales de Lewka et colonos abbatie, cogimur respondere, hodie respondimus in scriptis, iam nescio, si fecerint exceptionem, vel non, et utrum nobis necesse erit replicationem facere, nec ne, dominus Beyczy satis diligenter vigilat ad omnia.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *P.* 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

349.

Róma, 1550 julius 4.

Bornemissza Pál veszprémi püspök és Oláh Miklós egri püspök pápai megerősítése.

Apud sanctum Petrum Rome, die Veneris, 4. Julii 1550.

Eodem (reverendissimo Maffeo) referente (in consistorio Julius pp. III.) providit ecclesie Vesprimiensi tunc per obitum bone memorie Thome Zalazar (!) olim episcopi Vesprimiensis extra Romanam curiam defuncti vacanti de persona domini Pauli de Bornemiza, presbyteri Quinqueecclesiensis diocesis ipsumque illi in episcopum prefecit pastorem, curam etc. committendo, et cum clausulis opportunis et consuetis, absolvens etc.

Item providit ecclesie Agriensi tunc per obitum bone memorie Francisci de Frangebanibus (!) olim episcopi Agriensis extra Romanam curiam defuncti vacanti de persona domini Nicolai Olah clerici Transsylvaniensis diocesis...

A *vatikáni könyvtárban: Barber.* XXXVI. 15., fol. 52. és 52. t.

Közli: Lukcsics József.

350.

1550 julius 4.

Az e napon megtartott consistoriumban a pápa, tekintettel arra, hogy az egyházmegyék legnagyobb részben a török által elfoglaltattak, az egri, pécsi, veszprémi, váczi, nyitrai, knini és zágrábi püspökségeket a saját rendelkezéséből betöltötte, nem lévén tudomása a király kinevezési avagy kijelölési jogáról. A consistorium egyúttal elhatározta, hogy mivel a püspököktől súlyos terheket kíván egyházuk megvédelmezése, a megerősítésért fizetendő díjak ezúttal elengedtessenek nekik. Úgyszintén azt is határozatba hozta a consistorium, hogy Magyarország királya és rendei megintessenek, miszerint a jövőben csak olyanok vehessék birtokba az érseki és püspöki egyházakat, a kiket a szentszék nevezett ki.

In consistorio hac die habito papa, cum dioeceses maxima parte a Turcis occupatae fuissent, episcopatus Agriensem, Quinqueecclesiensem, Vesprimiensem, Vaciensem, Nitriensem, Tininiensem et Zagrabiensem propria auctoritate contulit, nescius iuris nominandi vel designandi regis. Consistorium simul decrevit, ab episcopis, quibus defensio ecclesiarum gravia onera imponit, taxas bullarum nunc non debere solvi. Item decrevit quoque consistorium, regem et ordines statusque Hungariae admoneri, ut deinceps solum ii possent ecclesias metropolitanas et episcopales possidere, qui a sede apostolica fuerint nominati.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 50.

351.

1550 julius 5.

A borsmonostori apátság ügyében végzés Csemetey Mihály ellen.

Super exceptione domini administratoris de Borsmonostra contra Michaelem Chemethe deliberatum est: Michaelem Chemethe teneri genealogiam suam producere, quantum ad medietatem legati, quantum vero ad aliam medietatem predii specificet annum facte occupationis.

Deliberata quinta die Julii anno 1550.

Kívül: deliberatio.

Eredetije papirszeleten. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameralia. fasc. 28. Nr. 22.

Közli: Iványi Béla.

352.

1550 julius 8.

Kliszi András borsmonostori kormányzó válaszol Poky Gáspár és Gróf Bernát panaszára Száka birtokügyében.

Sacratissime regie Maiestatis domini commissarii dignissimi, reverendissimi, generosi, egregii et nobiles observandissimi.

Ad querelam nobilium Gaspari de Pok et Bernardii Groff dicit administrator monasterii Borsmonostra, sese respondere non teneri, quia ultra legitimum perscriptionis tempus predium Zaka ad monasterium pertinuit, eiusque possessionem pacifice monasterium tenuit, quod si respondere ulterius teneretur, litteris metalibus et sufficientibus probationibus suffultus esset. Petit igitur administrator, sese ab impetitione illa absolvi cum refusione expensarum.

Kívül: Responsio administratoris de Borsmonostra ad querellam nobilium de Pok etc. ratione predii Zaka, presentata 8. Julii 1550.

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Cameral. eccl. 28. cs., 18. sz. — *Kovács I.:* A borsmonostori apátság története, (Sopron, 1910), 286—287.

353.

Róma, 1550 julius 8.

Gregoriánczi Pál zágrábi püspök levele Nádasdy Tamáshoz, a melyben Bornemissza Farkas házassági ügyéről, majd saját helyzetéről küld Rómából értesítést.

Spectabilis et magnifice domine et patrone colendissime, orationum et servitiorum commendationem. Voluntas et iussio vestre spectabilis et magnifice dominationis michi semper acceptissima omnibusque viribus adimplenda futura est.

Itaque in negotio domini Wolffgangi Bornemyza, pro quo mihi eadem vestra spectabilis et magnifica dominatio scribit, processi omni, qua potui, diligentia. Alius modus remedii inventus non est pro matrimonio illo alias legitime contracto, per dominum fratrem Georgium episcopum Varadiensem non turbando, quam ut turbatio hec cognoscatur iuridice, unde sanctissimus dominus noster tamen delegavit iudicem cause, reverendissimum videlicet dominum episcopum Agriensem, qui auctoritate sue sanctitatis, vocatis partibus, cognoscat hanc, que allegatur, turbationem et molestationem sew impeditionem, ipsosque turbatores compescat. Nam alioquin dicit audiri debere etiam aliam partem. Ipse igitur dominus Bornemyza, opus est, ut cum his litteris pape mox conveniat reverendissimum dominum Agriensem, qui legitime occupatus causam deinde ipsam demandet per litteras suas solemnes patentes vicario suo cognoscendam, et quod iudicatum fuerit, faciet observari appellatione remota. Iudicem aliquem inferiorem delegare noluit, propter excellentiam persone episcopalis, tamen non opus est, ut ipse reverendissimus dominus Agriensis personaliter causam examinet, sed semper talia delegantur postea, sew subdelegantur potius vicario generali etc.

Ego necdum sum expeditus, qualescunque intercedant commendationes, unum est necessarium, sine quo hic nichil potestis facere, relaxatio tamen annatarum facta est speciali pontificis maximi benevolentia et liberalitate ac magna et incredibili diligentia optimi et consummatissimi viri domini cardinalis Maphei, de nostris Ungaris certe optime meriti. Iam spero litteram expeditoriam, antea tamen evacuandus est loculus.

Pro litteris domini Bornemyze singulis computatis impendi aureum Ungaricum 1 et parum plus, quem aureum idem dominus Bornemyza dabit factori meo Posoniensi Stephano Zabo, ad necessitates domus.

Nil novi, nisi omnino futurum est concilium Tridenti. Ibi postea omnia meliora.

Vestram spectabilem et magnificam dominationem felicissime valere opto. Rome, 8. Julii, 1550.

Servitor deditissimus
Paulus,
episcopus Zagrabiensis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd iudici curie regie Maiestatis etc., domino et patrono colendissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek Z. csomó.

Közli: Iványi Béla.

354.

Pozsony, 1550 julius 9

A helytartótanács megparancsolja Serédy Györgynek, hogy az elhalt bátyja, Gáspár által elfoglalt két birtokot a váradi káptalannak haladéktalanul adja vissza.

Ad Georgium Seredy etc.

Magnifice Domine etc. Non ignorat Dominatio Vestra sacram regiam Maiestatem et antea domino quondam Gasparo fratri suo defuncto et proxime eidem Dominationi Vestre per litteras serio mandasse, ut duas possessiones capituli Waradiensis multo ante tempore per ipsum dominum quondam Gasparum occupatas dicto capitulo reddat. Cum autem ex internuntio dicti capituli huc misso intelligamus Dominationem Vestram nondum eas possessiones restituisse, eandem hortamur diligenter, regio etiam nomine authoritateque requirimus, ut sine ulla dilatatione dictas duas possessiones prefato capitulo libere velit dimittere et mandato regie Maiestatis pareat, ne si secus faceret, in indignationem aliquam incurrat regie Maiestatis. Valeat etc. Posonii, die 9. Julii 1550.

Locumtenens, capitaneus generalis
et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 247—248.

355.

Pozsony, 1550 julius 12.

A helytartótanács Homonnai Drugeth Imre és Gábor panaszára kijelenti, hogy Báthory András és Perényi Gábor kötelességükből kifolyólag akadályozták meg őket, hogy Barkó várát magánuton, saját erejükön visszafoglalják, mert azért van igazságszolgáltatás, hogy minden egyéni erőszakoskodást feleslegessé tegyen. Ha valami sérelmük van, keressék orvoslását jogos uton.

Ad dominos Emericum et Gabrielem Drugeth de Homona.

Magnifici domini etc. Intelleximus ea, que Dominationes Vestre utrique nostram per litteras suas proximas significarunt, de iis, que adversus ipsas per gentes dominorum Bathorÿ[1] ac Perenÿ[2] certorumque aliorum ex instinctu domini Martini Kechetÿ facta esse affirmant. Nobis (uti antea Dominationes Vestre ex litteris nostris intelligere potuerant), obsidio arcis Barko vehementer displicuerat, quippe que obsidio sine expressa permissione sacre Maiestatis, domini nostri clementissimi adeoque inscia Maiestate sua nobisque omnibus inconsultis[3] nequaquam a Dominationibus Vestris quavis ratione attentari debuisset ac proinde non potuit dominus Bathorÿ officio suo deesse curandi solutionem eius obsidionis, quacunque posset ratione. Que autem[4] consecuta postmodum sint a gentibus illis in curia et oppido Dominationum Vestrarum, non possunt similiter nobis non esse molesta, si modo ita, ut Dominationes Vestre scribunt, gesta sunt. Cum autem nulla ratione cuiquam liceat fideli aut subdito regie Maiestatis privata auctoritate adversus quempiam fidelem similiter sue Maiestatis quovis praetextu per vim aggredi, sed ob id iura constituta sint, ut omni vi privata semota iustitia ubique suum locum obtineat, neque quisquam regie[5] autoritati se opponat, Dominationes Vestras hortamur ac regio nomine autoritateque eiusdem committimus, ut quoquo pacto res gesta sit, ab omni prorsus violentia, vel insultu adversus dominum Martinum Kecsethÿ aut alium quempiam abstineant agantque et requirant iure, si quid iniurie, aut damni pretendunt sibi per quemquam[6] esse illatum. Neque enim iuris iustitieque administratio cuiquam est defutura, vim autem privatam cuique inferri quacunque

[1] Andreas. [2] Gabriel. [3] In originali «inconsultibus». [4] Deletum est «consecut». [5] Una quaedam vox est deleta. [6] Deletum «quempiam».

ratione haudquaquam nobis licet cuiquam permittere.[1] Valeant etc. Posonii, die 12. Julii 1550.

Locumtenens et capitaneus generalis regie Maiestatis.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 248—249.

356.

Augsburg, 1550 julius 14.

I. Ferdinánd király a magyar udvari kamarát értesíti Sbardellati Ágoston váczi püspöknek az esztergomi érsekség kormányzójává történt kinevezéséről.

De commissa administratione spirituali et temporali archiepiscopatus Strigoniensis domino episcopo Vaciensi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Transmittimus vobis cum presentibus inclusum breve apostolicum eiusque descriptum exemplum, una cum litteris nostris earumque exemplo, ratione spiritualis ac temporalis administrationis ecclesie Strigoniensis, quam nuper reverendo fideli nostro devoto Augustino Sbardelato electo episcopo Vaciensi clementer concredidimus, sicuti prolixe intelligetis, ac volumus et committimus vobis, ut dictum breve apostolicum, litteras nostras eidem Sbardelato quamprimum consignetis, simul et curam adhibeatis et animadvertatis, ut huic muneri et iniuncte ac concredite functioni spirituali et temporali fideliter et diligenter incumbat, presit et satisfaciat; temporalia autem iuxta antea a nobis prescriptum modum et ordinem dirigantur et administrentur. Quam ob rem iniungimus vobis, ut eidem etiam in temporalibus negotiis, que iussu nostro ad vos semper deferet, consilio, opinione et deliberatione vestra adiumento sitis, difficiliora, si que emerserint, semper ad nos referentes, resolutionem nostram desuper expectetis, ut iuxta sanctissimi domini nostri pape iussionem omnia in temporalibus de nostro consensu in destinatos pios usus convertantur. Nostram in eo clementem et expressam executuri voluntatem. Datum in nostra ac sacri imperii civitate Augusta, die decima quarta Julii,

[1] Cfr. R. Kiss I., l. c., 238—239.

anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Melchior von Hoberckh
S. Sigmar.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 282.

Közli: Iványi Béla.

357.

Torda, 1550 julius 17.

Báthay Máté kanonok és ugocsai főesperes Nádasdy Tamás oltalmát kéri, hogy az ugocsai főesperesség jövedelmét megkapja.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone gratiosissime, servitiorum meorum paratissimam exhibitionem. Inter omnes alios mortales video solam vestram spectabilem et magnificam dominationem, ad quam nunc in mea necessitate confugere possim. Ex litteris reginalis Maiestatis etc. presentibus inclusis intelliget vestra s. m. do., quomodo eadem Maiestas reginalis conferre dignata est mihi archidiaconatum Ugochensem, cuius dominium pro maiori parte spectabilis et magnificus dominus Andreas de Bathor etc. possidet, alias vero partes dominus Johannes Pereny etc. ac domina relicta condam magnifici domini Homonnay aut Dragffy, a quibus proventum mei archidiaconatus Vgochensis expectare deberem, et quia ipsi a serenissimo principe etc. rege Ferdinando pendere et illud dominium ipsorum tenere videntur, pro eo vestre s. m. do. duxi per presentes supplicando et supplico confidentissime laborando, velit et dignetur pro me apud Maiestatem regiam, ut litteras preceptorias dare non dedignaretur ad personas prefatas (prout diebus superioribus et Georgius quidam Fabius ad archidiaconatum suum Zathmariensem medio certorum dominorum pro se ab eodem serenissimo principe obtinuit) mihi quoque servitori vestre s. m. do., qui in servitio usque ad regnum et imperium imperatoris Turcarum cum spectabili et magnifico domino fratre vestre s. m. do. domino Maylad ire non dubitavi et in aliis locis et temporibus tam ad vestram s. m. do., quam ad alios in legationis officio fidelia prestare servitia exhibere studui cum constantia fidelitatis, quod aliorum quoque iudicio relinquendum duco. Quare dominationem vestram magnificam iterum atque iterum confidentissime adire

veritus non sum, cogitans benignitatem vestre s. m. do. erga ignotos etiam ita et in tantum affectam, ut ignotis quoque subvenire velit eadem vestra s. m. do. et subvenire affectet, ne scilicet proventibus mei archidiaconatus Ugochensis per prefatos dominos et dominam relictam quovis modo privarer, sed illi proventus mei exolverentur, nam ex illis omnia officia divina in ecclesiam Albensem Transsilvaniensem ad gloriam Dei peraguntur et solent peragi. Quod si vestra s. m. do., ut spero et opto, laborare voluerit pro me servitore suo, in perpetuum eidem v. s. m. do. reservire studebo, de quibus meis negotiis plura dicent vestre s. m. do. et presentium ostensores, medio quorum et gratiosissimam expecto ab eadem v. s. m. do. relationem. Quam Deus altissimus felicissime optimeque conservet. Ex oppido Thordensi, feria quinta proxima post divisionis Apostolorum, anno Domini 1550.

E. V. S. M. do. servitor perpetuus

Mattheus Bathay,

canonicus et archidiaconus Vgochensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino Thome de Nadasd, libero domino terre Fogaras, comiti comitatus Castriferrei, iudici curie serenissimi principis et domini Ferdinandi regis etc., domino et patrono gratiosissimo.

Eredetije papiron, kívül zárópecsét nyomával, m. kir. *Országos Levéltár:* Act. Eccles. Cameral. fasc. 56. Nr. 10.

Közli: Iványi Béla.

358.

1550 július 18. előtt.

Az esztergomi káptalan folyamodványa a királyhoz, hogy számukra az esztergomi érsekség jövedelméből a magyar udvari kamara által utaltassa ki a negyedeket.

Sacratissime rex, domine domine clementissime.

Notum est Maiestati vestre sacratissime, quomodo elapsis diebus ex solita sua clementia et benignitate litteras preceptorias dominis camerariis Hungaricis dedit, ut quarte aliquibus dominis, ut cantori, custodi dicte ecclesie Strigoniensis etc., archidiaconis Comaroniensi, Zolliensi, Saswariensi, Thornensi et canonicis ecclesie sancti Georgii de Viridi Campo Strigoniensi, item rectoribus altaris sancte Catherine virginis et capelle corporis Christi ex

decimis ad mensam archiepiscopalem spectantibus reddantur. Cum tamen adhuc domini camerarii nihil fecerunt, dignetur Maiestas vestra sacratissima quartas huiusmodi ipsis, quorum sunt, clementissime restituendas mandare, ne misse votive ac alia officia divina per harum retentionem negligantur. Committat igitur Maiestas vestra sacratissima magnificis dominis camerariis aulicis, ut precipiant dominis camerariis Hungaricis, ut quarte iste dominis canonicis ecclesie Strigoniensis reddantur. A Maiestate vestra sacratissima gratum expectant responsum

Maiestatis vestre sacratissime

humillimi et fideles sacellani

Capitulum ecclesie Strigoniensis.

Kívül: Supplicatio capituli ecclesie Strigoniensis pro quartis reddendis.

Egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 jul. 18.

359.

Augsburg, 1550 julius 18.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az esztergomi káptalannak adassa ki az esztergomi érsekség jövedelméből a szokásos negyedeket.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Etsi vobis vigesima octava die elapsi mensis Maii iniunxerimus, curare deberetis, ut capitulo Strigoniensi quarte in quibusdam decimis, sicuti ab antiquo, imposterum etiam redderentur, ab eodem tamen capitulo eadem de re perquam humillime iam iterum interpellati sumus, propterea scilicet, quod superioribus mandatis nostris adhuc satisfactum non esse dicant, sicuti ex supplicatione hiis adiuncta cognoscetis. Volumus itaque et committimus vobis, si eiusmodi commissioni nostre hactenus per vos obtemperatum non est, ut adhuc quamprimum ei satisfaciatis, nec ullo pacto negotium differatis; si autem forsan causas haberetis, cur idipsum fieri non posset, aut deberet, nos de eo statim informetis, ne capitulum toties frustra sumptibus supervacaneis nos interpellare cogantur, nostram in eo clementem et omnimodam exequuturi voluntatem. Datum in nostra et sacri imperii civitate Augusta Vindelicorum,

die decima octava Julii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberckh,
per manu propria.
S. Sigmar mp.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehemfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár*: Ben. Resol. 1550 julius 18.

Közli: Iványi Béla.

360.

Róma, 1550 julius 20.

Toledoi János bibornok bizonyítja, hogy III. Julias pápa parancsára Gregoriánczi Pál választott zágrábi püspököt Rómában püspökké szentelte föl.

Joannes Toletanus cardinalis testimonium dat de consecratione episcopali episcopi electi Zagrabiensis Pauli de Gregoriancz iussu pape Julii III. Romae facto.

Másolat a *szombathelyi káptalan levéltárában*: Minutae antiquae, 4.

Közli: Karácsonyi János.

361.

Brassó, 1550 julius 21.

Fuchs János halála.

«Eodem anno (1550.), den 21. Iuly. Ist in Gott verschieden H. Johannes Fuchs, welcher in seinem Richter Ampt grossen Fleiss angewendet, damit die wahre Religion und Gottes Wort gefördert werden, und gelehrte Leute lieb und werth gehalten. Gott verleyhe ihm eine fröhliche Aufferstehung. Amen.»

Ostermayer krónikája. — *Kemény:* Deutsche Fundgruben, 38.

—

«Hoc anno die 21. Julii obiit dominus Johannes Fuchsius senior, vir pius et promotor pure evangelii doctrine unus omninm strenuissimus.»

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardinum, I. 57.

362.

Pozsony, 1550 julius 24.

Ujlaky Ferencz győri püspök és királyi helytartó előtt Révay Ferencz nádori helytartó panaszt tesz, hogy a meszlényi lakosok nem akarják teljesíteni azon kötelességeket, melyekkel a győri püspökség szombathelyi (Sabariensis) várához tartoznak, nevezetesen a tizedeket nem adták meg, noha csak hadi jobbágyai a győri egyháznak, és magukat valódi nemeseknek hirdetik. A győri püspökség szombathelyi várát és tartozékait a püspökség üresedése idején Ferdinánd zálogosította el nagyságos Laki Bakyth Pál és Péter uraknak. Bakyth Péter pedig 1549. vége felé tovább zálogosította a Révay-családnak. — A helytartó a meszlényi lakosokat a királyi törvényszék elé idézi.

Coram Francisco de Ujlak episcopo Jauriensi et locumtenente regis Franciscus Révay locumtenens palatini accusat incolas Meszlenyienses, quod nolunt praestare servitia, quibus ad arcem episcopatus Jauriensis Sabariensem tenentur, nominatim decimas non persolvunt, quia se nobiles iactant, quamvis tantum «prediales sunt ecclesie Jauriensis». Castrum Sabariense episcopatus Jauriensis eiusque pertinentias vacante sede episcopali Ferdinandus I. rex impignoravit magnificis dominis Paulo et Petro Bakyth de Lak. Petrus Bakyth autem fine a. 1549. familiae Révay in pignus cessit. — Locumtenens incolas Meszlenyienses in praesentiam tribunalis regis citari iubet.

Eredetije a *vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában:* Litteralia instrumenta, f. 99., nr. 5.

Közli: Karácsoyi János.

363.

Bécs, 1550 augusztus 5.

I. Ferdinánd király a borsmonostori apátság kezelőjének meghagyja, hogy ezentúl Teufel Kristóf kőszegi várparancsnokot oltalmazójául tekintse.

Wir Ferdinand von Gottes genaden Römischer, zu Hungern unnd Behaim etc. Künig, Infant in Hiszpanien, Ertzhertzog zu Osterreich, Hertzog zu Burgundi, Steyr, Khärundtn, Crain unnd Wierttemberg etc., Grave zu Tirol etc. Empietten dem Ersamen geistlichen unnserm lieben andechtigen N., dem administrator des Closters sannd Mareinperg unnser gnad unnd verkhunnden dir, das sich unnser getreuer lieber Cristoff Teufl mit dem Edln unnserm lieben getrewen Hannsn von Weispriach freyherrn zu Khoblstorff unnserm Rat umb den phandschilling so er auf unnserm Schlosz unnd Herrschafft Gynnsz gehabt mit unnserm genadigisten zuegeben vorglichen hat, auf solhes wir gedachtem Teufl dasselb unnser Schlosz unnd herrschafft Gynnsz sambt seiner ein unnd zuegehorung, Satz unnd phanndsweis verschriben. Dem-

nach ist unnser Beuelch da du nun hinfuran vorbenennten Teufl als Satz unnd phannd Inhaber bemelter unnser herrschafft Gynns an unnser stat fur deinen Vogt erkhennest eerest unnd haltest. Unnd ime sonnst alles das thuest, so dir gebürt unnd von alter heer khumben ist. Enntgegen hat er von unns in Beuelch dir unnd deinen Gotshausz auch alle gebürliche hilff Schutz unnd beystannd von unnsern wegen zuerzaigen. Wolten wir dir gnediger Maynung nit verhaltn unnd du thuest daran unnsern willen unnd Beuelch. Geben in unnser Stat Wienn, am fünftn tag Augusti, anno etc. im fünftzigistn, unnseren Reiche des Romischen im Zwaintzigisten, unnd der anndern im vierundzwaintzigisten.

Commissio domini regis in consilio camere

M. G. V. Leopoldstarf,
Cantzler.

G. H. V. Thannhausen mp.
Hanns von Kharling,
manu propria.
B. Piller,
manu propria.
Stephan Sweinham,
manu propria.

Eredetije egy ív papiron, melynek hátlapjára pecsét van nyomva, a m. kir. *Országos Levéltárban :* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nr. 44. jelzet alatt.

Közli : Iványi Béla.

364.

Pozsony, 1550 augusztus 7.

A helytartótanács kéri a királyt, hogy a turóczi prépostságot váltassa ki Muthnoky Miklós kezéből Várday Tamás részére, a ki Várday Pál halála után kénytelen volt tanulmányait félbeszakítva hazajönni és most minden segély nélkül nyomorban él.

Sacratissime Rex etc. Constat Maiestati vestre sacratissime reverendissimum quondam dominum Paulum archiepiscopum Strigoniensem, locumtenentem vestre Maiestatis pie [memorie] prepositurам de Thwrocz, quam ipsi aliquot annos ante obitum suum de manibus domini locumtenentis palatinalis pecunia egregii Michaelis Mwthnoký provisoris Strigoniensis redemit, a vestra Maiestate post mortem venerabilis quondam Urielis Maýthený prepositi Thome de Warda, nepoti suo impetrasse. Cum igitur defuncto eodem domino locumtenente Thomas nepos a gymnasio

Patavino, ubi aliquot annos bonis litteris operam dedit, coactus est reverti et nunc hic in summa fere inopia vivat, nusquam videlicet bona ulla habens, unde se[1] alat, tantum abest, ut redimende prepositure predicte de manibus Mwthnoky par esse queat; qua supplicatione eiusdem Thome, que quidem nobis pia et digna[2] visa est, quam Maiestati vestre proponamus, visum est nobis presentes nostras humiles interponere apud vestram Maiestatem, ut consideratis diuturnis et fidelibus servitiis prefati quondam domini locumtenentis, considerata paupertate tum huius, tum ceterorum fratrum illius, quodque ex publica constitutione ecclesie omnes de manibus laicis videntur esse redimende, dignetur Maiestas vestra sacratissima prepositura ipsam de Thurocz a prefato Mwthnokÿ redimi iubere, decima videlicet aliqua archiepiscopatus Strigoniensis illi assignata, unde ipse pecuniam suam recipiat, ut sic et ecclesia illa manibus prepositi sui assignata divino cultui restituatur, et is, qui nunc, ut premisimus, quotidiano etiam victu caret, Deo imprimis, deinde Maiestati vestre, postremo est[3] patrie in ecclesia sua servire possit. Servet etc. Posonii, die 7. Augusti, anno 1550.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában. 279.

365.

1550 augusztus 8.

A pápa értesíti I. Ferdinándot, hogy Gregoriánczi Pál zágrábi püspök által kézbesített levélben foglalt kérését, bár nem az ő, hanem a bibornokkollegium jogköréhez tartozik, teljesíti, a mint ezt Gregoriánczi Pál részletesebben közölni fogja. Hasonló tartalmú levelet intéz a pápa Magyarország rendeihez is.

Papa Ferdinando I. scribit, se preces huius in litteris per Paulum de Gregoriancz episcopum latis contentas, etsi non ad seipsum, sed ad collegium cardinalium spectaverint, adimplere, quemadmodum haec Paulus de Gregoriancz copiosius intimabit. Similem epistolam mittit papa etiam ordinibus Hungariae.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 50.

366.

1550 augusztus 9.

A pápa áthelyezvén Divinio Albert modrusi püspököt a vegliai székbe, helyébe Gherardi Lőrinczet nevezi ki s addig is, mig részére a brevéket kiállítják,

[1] Deletum «allat». [2] Additio. [3] Pro «et».

hogy az üresedésből az egyházra hátrány ne származzék, ezen írat erejével a püspökségbe behelyezi. Eljárásáról ugyanekkor azon kéréssel értesíti I. Ferdinándot, járjon kezére az új püspöknek és állítsa ki a maga részéről is a szükséges íratokat.

Papa, Albertum Divinio episcopum Modrusiensem ad sedem ecclesiae Vegliensis transferens, in eius locum nominat Laurentium Gherardi, cui etiam tamdiu, dum bullae conficerentur, ne ecclesia propter vacantiam detrimentum caperet, vi huius scripturae episcopatum confert. De agendi ratione simul Ferdinandum I. certiorem reddit rogans, ut episcopo moderno velit adiutorium praestare et necessaria documenta confici curare.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 50.

367.

Pozsony, 1550 augusztus 9.

Eodem die ad capitulum Strigoniense mandatum, ut decimas in bonis nobilium comitatus Barsiensis nemini alteri, quam ipsis nobilibus locare iuxta politicas constitutiones etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 286.

368.

Augsburg. 1550 augusztus 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a nagyszombati döméseknek malmát ezeknek adja vissza.

Ut molendinum quoddam per quondam dominum Strigoniensem fratribus Dominicanis de Tyrnavia concessum, eis restituatur, durante beneplacito regie Maiestatis.

Ferdinandus etc.

Reverende et egregii fideles nobis dilecti. Ex supplicatione religiosi viri fratris Joannis predicatoris claustri et civitatis nostre Tyrnaviensis intelleximus molendinum illud, quod reverendissimus quondam Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis vita sua durante ad sustentationem fratrum Dominicanorum in eodem claustro Tyrnaviensi commorantium contulisset, quodque nos eis reddendum vobis coram commisissemus, vos ipsis nondum remisisse. Quare fidelitati vestre firmiter committimus, quatinus secundum priorem nostram commissionem dictum molendinum prefatis fratribus Tyrnawiensibus, durante nostro beneplacito, remittere et eisdem pacifice possidendum relinquere debeatis. Secus non

facturi. Datum Auguste Vindelicorum, decima tertia mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* e(piscopus) Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., II. kötet, 245. lap.

Közli: Iványi Béla.

369.

Lelesz, 1550 augusztus 14,

András és Antal oroszvégi (munkácsi) pálos szerzetesek kijelentik Bódy György leleszi prépost előtt, hogy szent Miklós püspök tiszteletére épült monostoruk azon iratait, melyek először Drágffy János birtokában voltak, most pedig Báthory Annánál, előbb Drágffy Gáspár, majd Drugeth Antal nejénél voltak, megkapták.

Nos Georgius Body prepositus et conventus ecclesie Sancte Crucis de Lelez memorie commendamus per presentes, quod religiosi fratres Andreas et Anthonius nominibus et in personis reverendi et religiosi fratris Ladislai episcopi ac aliorum cunctorum fratrum ordinis beati Pauli heremite in claustro eorum in honorem beati Nicolai episcopi extructo, prope possessionem Orozwegh vocatam, in comitatu Maromorusiensi existente fundato degentium, nostram personaliter venientes in presentiam, sponte et libere per eosdem confessum extitit, pariter et relatum in hunc modum: quod quamvis superioribus disturbiorum annis quamplurime littere et litteraria instrumenta, puta privilegiales, fassionales et alia factum predicti claustri et pertinentiarum ac bonorum eiusdem tangentes et concernentes ad manus magnifici quondam domini Joannis Dragffy de Beltewk tunc supervivente, ipsoque divino iudicio ex hoc seculo emigrante, tandem ad manus generose et magnifice domine Anne Bathory de Somlyo, alias quondam Gaspari similiter Dragffy de eadem Beltewk, nunc vero Anthonii Drwgeth de Homonna, magnificorum dominorum relicte devenissent; ipsis itaque fratribus, nomine et in persona totius ordinis, apud eandem dominam Annam Bathory pretextu reacquisitionis et restitutionis earundem litterarum et litteralium instrumentorum sepius intercedentibus, eadem domina Anna Bathory tum eorum legitimis supplicationibus, tum etiam pietate in religionem ipsorum inducta, prescriptas litteras et litteralia instrumenta, factum predicti claustri eiusque bonorum tangentia et concernentia, que videlicet apud manus iam fate domine Anne maximis laboribus recquisite,

reperte, atque habite extitissent, prefatis fratri Ladislao episcopo et ceteris fratribus eiusdem ordinis plenarie et integre restituisset et resignasset; unde iidem fratres Andreas, Anthonius nominibus et in personis prefatorum fratris Ladislai episcopi et totius ordinis prescripti memoratam dominam Annam Bathory de et super premissa restitutione et resignatione prescriptarum litterarum et litteralium eorundem instrumentorum quittam reddidissent et modis omnibus absolutam commisissent, imo reddiderunt et commiserunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in vigilia festi assumptionis Virginis gloriosissime, anno 1550.

Leleszi országos levéltár: Prothocollon, VII. 59*b* l.

Közli: Bunyitay Vincze.

370.

Sopron, 1550 augusztus 19.

A soproni szent Ferenczrendiek kérik a Bődi Dénestől tett alapítvány évi kamatainak kiadatását.

Reverendissimi, spectabiles... domini, Supplicatur eisdem in personis religiosorum fratrum Minorum observantie beati Francisci in claustro hic Soprony fundato[1] degentium qualiter in anno 1467. elapso nobilis quondam Dionisius de Bewd pro refrigerio anime sue[2] et predecessorum suorum hic Soprony coram magistro civium, iudice et iuratis civibus tunc superviventibus quinquaginta florenos in puro auro sub ea conditione deposuisset, ut predicti cives vel alter eorum, qui dictam summam pre manibus habuerit, quolibet anno semper successivis temporibus singulos quinque aureos pro interesse dictis fratribus supplicantibus solvere debuissent.[3] Quos quidem quinque aureos usque ad annum Domini 1546 prefati cives Sopronienses integre et absque defectu dictis fratribus et predecessoribus ipsorum supplicantium dedissent et administrassent. Expost tamen usque in presentem annum ex huiusmodi summa ipsis fratribus supplicantibus prefati cives Sopronienses nihil penitus solvissent... Quare petunt... dicti fratres, dignentur D(ominationes) V(estre)... egestatem et paupertatem fratrum supplicantium perpendere ac partes suas apud

[1] In originali erronee: fundati.
[2] In originali erronee: animi sui.
[3] In originali erronee: debuisse.

dictos cives... interponere, ut de reservata summula pecunie eisdem fratribus... satisfacere et in futurum... pensionem quinque aureorum ad quemlibet annum... solvere velint.

Kívül: Presentate 19. Augusti anno 50.

A magyar kir. kamarához intézett jelentésnek egykorú másolata *Sopron város levéltárában*: Lad. 1. et A. f. 2. Nro. 1.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

371.

1550 augusztus 19.

A borsmonostori apátság kormányzója óvást emel Nádasdy Tamás eljárása ellen.

Reverendissimi et magnifici domini.

Contra spectabilem et magnificum dominum comitem Thomam de Nadasd 11. mensis Julii nuper preteriti actionem suam lucidius declaratam coram dominationibus vestris administrator proposuit, que tum statim procuratori eiusdem domini comitis assignata est, sed quoniam hebdomada iam preterita d. vestre aliquoties convenerunt, certeque partes sua scripta produxerunt, procurator autem domini comitis responsionem super actione administratoris hucusque proponere neglexit, cum tamen presens fecit, petit igitur administrator iuxta deliberationem dominationum vestrarum eo, quod terminum neglexit, non amplius cum responsione sua non admitti, sed super actione administratoris proposita in contumaciam, prout iuris ordo dictat, pronunciari pari modo et de nobilibus Poky, Bernardo Grof et Josa Mesterhazy, qui similiter neglexerunt.

Kívül: Copia petitionis administratoris, ne procurator domini comitis iam admittatur ad responsionem, quia terminum neglexit etc.

Presentata die 19. Augusti 1550.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Acta Eccl. Cameral. fasc. 68. Nro. 173.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

372.

1550 augusztus 19.

Kliszi András borsmonostori kormányzó visszaköveteli az apátság számára Sopron vármegyében a tizedek huszadát és Hidegség, Homok, Lampertfölde s Dág elfoglalt birtokokat.

Sacratissime regie Maiestatis domini commissarii dignissimi, reverendissimi, generosi, magnifici, egregii et nobiles domini observandissimi, administrator abbatie Borsmonostora dicit, ante hoc tempus non potuisse bene habere informationem, quomodo et per quos certi redditus et quedam possessiones ipsius abbatie, vi et potestate mediante, ab ipsa abbatia occupata detinentur, de quibus ipsa abbatia habet litteras sufficientes. Nunc autem intellexit per reverendissimum dominum episcopum Jauriensem detineri vicesimam omnium decimarum in comitatu Sopronienśi, item per spectabilem et magnificum dominum comitem Thomam de Nadasd duas possessiones Hydeghssygh ac Homuk vocatas et terram Lamperti dictam in eodem comitatu, item per cives Soprontenses unam possessionem Dag vocatam in dicto comitatu Sopronienśi. Petit igitur administrator, velint Dominationes Vestre ipsam vicesimam decimarum ac possessiones prefatas et terram Lamperti iterum ipsi abbatie reddi et restitui facere; vicesima autem decimarum occupata est tempore Mathie regis, Hydeghssygh et Homuk tempore Sigismundii regis, similiter et Dagh, quedam particula tempore Sigismundi regis, postea successu temporis tota.

Kívül: Actio administratoris de Borsmonostora pro vicesima decimarum et possessionibus Hydeghssygh, Homuk, terra Lamperti ac possessione Dagh, *presentata die 19. Augusti, anno 1550.* (más írással).

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Cam. eccl., 28. cs., 21. sz. — *Kovács I.:* A borsmonostori apátság története, 287—288.

373.

Pozsony, 1550 augusztus 21.

A helytartótanács ismételten felszólítja Serédy Györgyöt, hogy a bátori egyezség értelmében adjon vissza a váradi káptalannak két birtokot.

Ad Gregorium Seredÿ.

Magnifice etc. Accepimus responsum Magnificentie Vestre ad litteras nostras super possessionibus duabus capituli Wara-

diensis.[1] Antea quoque intelligere potuit Magnificentia Vestra Maiestatem regiam obtulisse ac plane constituisse ea omnia observare ac per fideles suos observari facere pro parte sua, que superiori anno in tractatibus conventus de Bathor per commissarios sue Maiestatis conclusa fuerunt; ac proinde cum inter alia expresse hoc conclusum sit in illis tractatibus, ut possessiones due predicte omnino restituantur capitulo Waradiensi, Dominationem Vestram hortamur ac regio nomine authoritateque requirimus diligenter, ut possessiones ipsas absque ulteriori mora reddat capitulo neque expectet hac in re aliam a regia Maiestate deliberationem, quam eam, quam semel fecit, quamque observari velle domino Waradiensi iam aliquoties Maiestas sua confirmavit. Alioquin autem veremur, ne per hoc Magnificentia Vestra indignationem incidat sue Maiestatis. Valeat etc. Posonii, die 21. Augusti 1550.

Locumtenens, capitaneus generalis et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 287.

374.

Sárvár, 1550 augusztus 25.

Nádasdy Tamás országbíró levele Maylád Istvánhoz, melyben többek közt ezt írja:

«Pro litteris a sanctissimo domino nostro et a serenissimo rege Gallie impetrandis erimus solliciti, non dubitamus nos voti compotes futuros. Nova alia non habemus, caesar cum filio et Maiestas regia, dominus noster clementissimus, sunt Auguste, tractatur de conservatione et tranquillitate Christiane reipublice ac religione».

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *N.* 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

[1] Cfr. supra epistolam dd. 9. Julii, nro 354., pag. 380.

375.

1550 augusztus 26.

Kliszi András borsmonostori kormányzó pervesztes Nádasdy Tamás és Márton, valamint Harting Lőrincz ellen indított keresetében.

Super actione administratoris de Borsmonostra contra magnificum dominum comitem Thomam de Nadasd, Martinum Nadasdi et Laurentium Heringh.

Ex quo dominus abbas in replicatione sua dicit, quod anno 1547. circa festum sancti Laurentii, quo Marcus Megyer una cum ceteris colonis domini comitis invasissent domum Jacobi Bosithko, dominus comes Thomas de Nadasd non habebat dominum arcis Leuka et villarum illi castro pertinentium; et ita mutavit actionem.

Fuit deliberatum, quod et illa actio, quoad illud tempus et invasionem pretensam, sit nulla et cassata.

Quod vero ad incendium patratum circa diem duodecimum Octobris, et alia in actione contenta, fuit deliberatum, quod administrator probet intentionem suam, reservata domino comiti et aliis in actione contentis contraria probatione.

26. Augusti, anno 1550.

Nicolaus Schöener
secretarius.

Kívül: Deliberatio contra magnificum dominum comitem Thomam Martinumque Nadasdy et Laurentium Heringh pro invasione Malomhaza.

Eredetije az *Országos Levéltárban:* Cam. eccl., 28. cs., 91. sz. — *Kovács I.:* A borsmonostori apátság története, 288—289.

376.

Augsburg, 1550 augusztus 27.

Köves András óbudai prépost levele Nádasdy Tamáshoz, a kit arra kér, hogy a veszprémi püspökkel támadt összekülönbözését igazítsa el.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone observandissime confidentissimeque. Sevitiorum meorum perpetuam commendationem. Perscripsi superioribus diebus ad spectabilem magnificam dominationem vestram, ut mecum agat reverendis-

simus dominus episcopus Vesprimiensis ex parte seminaturarum in Comar a meis demessarum, et quia mihi incertum est, an littere ille mee spectabili magnifice dominationi vestre reddite sint, iterum totam rem ab ovo repetendam duxi, in qua hoc de me velim eadem sentire dignetur, me ipsas seminaturas non ulla nocendi cupiditate demeti fecisse, nisi hisce rationibus ad hoc inductum esse, ut haberem, unde castellum evacuatissimum et hostibus proximum hoc periculoso tempore intertenere possim, in quo quid relictum sit, eius copiam in scriptis spectabilis magnifica dominatio vestra pre manibus habet, precibus etiam multorum mercenariorum in castello relictorum, quibus idem dominus episcopus Vesprimiensis non solvisset, ad hoc ipsum sum inductus, huc et alia multa ac non parvi ponderis negotia accedunt, nam neque possessionem Perezlen vocatam in comitatu Nitriensi existentem contra deliberationem coram multis dominis communiter habitam una cum eius pertinentiis debito termino, hoc est in festo ascensionis Domini, verum sex septimanis post, interim omnes redditus tollens, mihi remisit, ita tamen, ut etiam nunc curiam nobilitarem in eadem Perezlen habitam ipse possideat et seminaturarum ibidem existentium a colonis de consuetudine et eorum propriis granis factarum maiorem partem cuidam mulieri in eadem curia relicte dederit. In Comar fl. $1^{1}/_{2}{}^{c}$, qui in festo Penthecostes solvi debebant, mihi ipse ante legittimum tempus pro se levavit et vineam quandam valoris centum florenorum prepositure Veteris Budensis a quodam nobile perpetuo legatam in promontorio possessionis Beke habitam a prepositura alienando, tantum florenis 45 vendidit eosdemque pro se retinuit. Tantis igitur damnis, ne dicam iniuriis etiam circumventus et contra compositionem ab ipso domino episcopo Vesprimiensi affectus facere non potui, quin, ut dixi, urgentibus necessitatibus castelli vel saltem ipsas seminaturas retinerem, verum eo res rediit, ut idem dominus episcopus non meminiscens compositionis, pro seminaturarum ipsarum perceptione, mihi litteris suis ad reverendissimum dominum meum, dominum episcopum Agriensem etc. datis, plus equo irascatur et minitetur, licetque se pro his me in ius citaturum, vel colonos meos arestaturum, a quibus ipsarum seminaturarum pretium usque ad ultimum quadrantem extorqueat.

Ego non tam ab iniuriis ultro citroque inferendis, quam etiam a litigandi negotio facile absens et sacerdos existens carere velim, quare spectabilem magnificam dominationem vestram suppliciter oro, dignetur pro sua prudentia inter ipsum dominum episco-

pum Vesprimiensem et me in predictis differentiis eum modum invenire, ut quicquid différentiarum inter nos est, citra ullum iuris molestissimum strepitum componatur, vel si id vel factu difficillimum foret, vel ita fieri debere sp. m. do. vestre sorderet, quid superinde mihi porro agendum sit, edocere dignetur. Optarem tamen rem omnem, si quid fieri possit, bona compositione transigere, preter litteras protectionales regie Maiestatis scio etiam, vel ex sua humanitate spectabilem magnificam dominationem vestram mei curam agere non dedignari, quicquid igitur in meam defensionem laboris susceperit, si vixero, studebo eidem reservire, quem spectabilis magnifica dominatio vestra sentiet perpetuo sibi deditissimum servitorem et capellanum, quam Christus precor conservet longe felicissimam ad nestorero annos. Ex Augusta, 27. Augusti 1550.

Eiusdem spectabilis ac magnifice dominationis vestre

servitor et capellanus perpetuus
Andreas de Kewes
prepositus Vetero Budensis.

Kívül: Spectabili et magnifico domino domino Thome de Nadasd comiti perpetuo terre Fogaras, iudici curie et consiliario regie Maiestatis Romanorum ac supremo regni Hungarie capitaneo etc., domino et patrono meo observandissimo confidentissimoque.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Acta eccles. fasc. 41. Nro. 8.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

377.

1550 augusztus 27.

Csemetey Mihály panasza a borsmonostori apátság kezelője ellen az enyedi birtok miatt.

Super querela Michaelis Chiemethei contra administratorem monasterii de Borsmonostra concernente medietatem predii Enyed alias legatam et inscriptam monasterio de Borsmonostra fuit deliberatum, quod Michael Chiemethei probare debeat sufficientem genealogiam et inscriptionem medietatis predii, resservata tamen administratori contraria probatione.

Quo vero ad occupationem residui medii predii pretensam fuit deliberatum, quod Michael Chiemethei probare debeat occupationem prefatam, reservato tamen administratori iure propo-

nendi in utroque articulo prescriptionem, eo faciendi probationem suam controversam.

Qua probatione facta, domini deliberabunt de prescriptione allegata per dominum administratorem in utroque articulo.

27. Augusti, anno (15)50.

Nicolaus Rihemer
secretarius m. p.

Kívül más írással: Deliberatio super genealogia Chemethey.

Egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Eccl. cameral. fasc. 28. Nro 22.

Közli: Iványi Béla.

378.

Pozsony, 1550 augusztus 28.

Kamonczy Gergely egri kanonok a pannonhalmi apátságtól neki átengedett pozsonyi vámot öregsége miatt gondozni nem tudván, annak beszedését Péterváradi Balázs szepesi prépost, Kisseryeni Ferencz és Káromi Sebestyén kamarai tisztviselőkre bizza.

In festo beati Augustini, anno 1550.

Quod venerabilis magister Gregorius de Kamancz, rector altaris beatissime Virginis in Galgocz et canonicus ecclesie Agriensis, coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere est confessus et retulit eo modo: quomodo ipse maturo et sano consilio inductus, ex quo iam etate senili sentiret se dietim gravari, nequiretque iam suis negotiis privatis commode prospicere, ob hoc totalem suam portionem de tributo thelonii, hic Posonii[1] per conventum ecclesie beati Martini sacri montis Pannonie concessi et obligati, sibi magistro Gregorio provenire debentem ac alia negotia... ad reverendum dominum Blasium de Petriwaradino, prepositum Zepusiensem et egregium Franciscum de Kysseryen, magistrum rationum et consiliarium regie Maiestatis, Sebastianum de Karom secretarium camere regie et Ladislaum litteratum de Mosocz confidisset et commisisset, imo confidit et commisit nostri in presentia tali modo, ut ipsi universos proventus dicti Gregorii Kamanczy, de thelonio prescripto quoad portionem suam provenire debentes, secure et libere percipere, ad se levare, ac quelibet facta et negotia universa eiusdem Gre-

[1] Voces: «vadi per Danubium habiti» deletae sunt.

gorii Kamanczy possint gerere et perficere, contradictione et inhibitione ac alia quavis reluctatione quorumpiam non obstante.

Egy papirszeleten, melynek hátán egy másik fogalmazat szerint ugyanazon Kamonczy Gergely kéri a pozsonyi káptalant néhai Szegedi Czebe Máté végrendeletének átírására; feltünő, hogy úgy itt, mint a fentebbi fogalmazatban a kanonokságnál az Agriensis szó eleje javítva van, mintha először Nitriensis lett volna. — *Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum: 7. et 8., fol. 143. mellett.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

379.

1550 augusztus 29.

Poky Gáspár és Gróf Bernát válasza a borsmonostori apátság kezelőjének feleletére.

Reverendissimi, generosi, magnifici et egregii domini sacre regie Maiestatis commissarii, domini observandissimi. Nobiles Gaspar Poky et Bernardus Grof responsione administratoris abbatie de Borsmonostra intellecta replicant:

Ubi in causa eorum in facto predii Zaka in comitatu Sproniensi existentis idem administrator prescriptionem incurrisse allegat et ex eo ulterius respondere non teneri, immo tenetur et ulterius respondere, cum prescriptio in presenti causa minime potuit intervenire, cum littere adiudicatorie serenissimi regis Wladislai sint emanate Bude anno salutis 1498., deinde executionales sive restatutorie illius sententie anno sequenti, scilicet anno salutis 1499., abbatia vero avulsa est ab Hungaria in Austriam aliquandiu post illud tempus, publica vero constitutio propter seditiones et disturbia, que fuerint, in causis omnium ex prescriptione ademit annos 15, sic itaque eisdem 15 annis ademptis nec usque, nec usque inpresentiarum intervenisset et prescriptio, cum etiam eadem abbatia a tempore sui avulsionis iuribus et legibus Hungaricis neque ditioni Hungarice paruit, sed Austrie et neque actoribus licuit causam iam in sede serenissimi regis Hungarie definitam coram dominis iudicibus Austriacis tanquam alienis prosequi, et cum inter duo regna sive provincias aliquis cum iuribus hereditariis vi raptis alteri regnorum, sive principum applicatur, per huiusmodi applicationem in bonis vi raptis, tum vero propter non celebrationem iudiciorum inter provincias prescribi nemo potest, propterea prescriptio per administratorem allegata locum non habet, neque debet admitti; dato, sed non concesso, id per dominationes vestras observandissimas prescriptis admitteretur,

habent actores et aliud genus defensionis, qua prescriptionen non intervenisse tuebuntur, ad superflua tantummodo non compellantur, petunt actores vestras dominationes observandissimas, administratorem in causa ulterius ad respondendum compelli vel contra eum diffinitivam sententiam pronunciare iuxta litteras adiudicatorias, quas vestris dominationibus observandissimis in specie cum presentibus producunt.

Kívül: Debebat dici replicatio.

Responsio egregiorum Gaspari Poky et Bernardi Grof ad replicationem administratoris.

Debebat dici ad responsionem.

Presentata 29. Augusti 1550.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 28. Nro. 19.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

380.

1550 augusztus 30.

Poky Gáspár és Gróf Bernát perbeli válasza a borsmonostori apátság kezelőjének a Borosszáka puszta miatt folyó ügyben tett kifogásaira.

Reverendissimi, generosi, magnifici et egregii domini sacre regie Maiestatis commissarii, domini observandissimi.

Gaspar Poky et Bernardus Groff, replicatione administratoris abbatie Borsmonostra, ratione predii Boroszaka accepta respondent: Quantum ad causas administratoris cum aliis habitas attinet, quoniam ipsi illum nec assecurare nec absolvere possunt et neque volunt aut tenentur, ipse viderit, quibus rationibus causas suas in occasione prescriptionis, quam aliter contra alios defendere possit et debebit, tamen actores, ut replicatione eorum dixerunt et modo dicunt in causa eorum allegationem prescriptionis locum non habere, tamen quia post restatutionem predii eorum, dum abbatia ad archiducatum Austrie utcunque est avulsa, idem predium est occupatum, nec licuit actoribus in causa istorum bonorum in regno Hungarie existentium coram aliquo iudice extraneo iure agere. Nam si abbatia ea non fuisset avulsa a iurisdictione Hungarica, actores non tacuissent coram eorum iudice, ibi principalis causa fuerat determinata, etiam pro ista violenta reoccupatione iure procedere, preterea licet accedat et hoc, quod iuxta constitutionem publicam conventus Novizoliensis ex annis prescriptionum quindecim anni et aliquot menses sint dedicti, ut ea sola

constitutione a prescriptione actores essent satis tuti. Tamen prout etiam in replicatione actores ipsi significaverunt, etiam aliter esse tutos a prescriptionis allegatione, et si non essent necessarii, tamen pro tollidis omnibus subterfugiis ipsius administratoris producunt has binas litteras prohibitas, quarum vigore de iure regni Hungarie precaveri solet, ne quispiam in suis iuribus per prescriptionis tempus damnum patiatur, ubi autem administrator negat predium actorum quondam Zachariam abbatem occupasse, hoc non potest negare contra litteras actorum adiudicatorias et restatutorias, que infallibiles sunt semper et irretractabiles, ut autem prout litteras actorum adiudicatorias iam preexhibitas monasterio non minus facere, cum in illis metis quorundam locorum contineantur adactores, de illis nihil tantummodo restituant vestre dominationes observandissime, predium actorum iuxta litteras eorundem iam preexhibitas vestrarum dominationum observare actores auxilium implorant.

Alul: Replicatio nobilium Gasparis Poky et Bernardi Groff ad exceptionem administratoris de Borsmonostra occasione predii Boroszaka.

Presentata die 30. Augusti 1550.

Eredetije papirlapon. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nro, 19.

Közli: Iványi Béla.

381.

1550 augusztus 30.

A borsmonostori apátság kezelőjének válasza Poky Gáspár ellen.

Sacratissime etc.

Reverendissime etc. Si dominationes vestre nolunt admittere prescriptionem in causa nobilium Caspari Poky et Bernardi Grof ratione predii Zaka, petit administrator protestando sollemniter, ne propter similia impedimenta, que ipsi proposuerunt, etiam abbatia Borsmonostra in suis iuribus quibuscunque prescriptionem habeat, ubi autem prefati nobiles in actione sua posuerant per Zakariam abbatem in anno Domini 1506. vi occupatam fuisse, id administrator omnino negat, sed semper monasterium possedisse, de litteris autem adiudicatoriis serenissimi regis Wladislai dicit administrator, illas litteras non minus favere monasterio, quam ipsis nobilibus prefatis, quia et in eis continentur mete possessionum Malomhaza, Zaka et Baran, que mete ipsam Zaka in-

cludunt, ad quas videndas et reambulandas nunc cum eodem labore dominationes vestre accedere velint, et occulata revisio informabit ac docebit; postea et administrator sua iura ac privilegia presentabit, et tandem dominationes vestre faciant id, quod iuris erit.

Kívül: Copia responsionis ad replicationem Poky etc.

Presentata 30 Augusti 1550.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 28. Nro. 20.

Közli: Iványi Béla.

382.

1550 augusztus 30.

A borsmonostori apátság gálosházi birtokának vitás ügyében Bejczi Ambrus ügyész II. Ulászló királynak két adománylevelére hivatkozik.

Reverendissime, generosi, magnifici et egregii domini, sacre regie Maiestatis commissarii, domini observandissimi.

Cum in quadam causa ratione et pretextu possessionis Ghalashaza vocate in comitatu Sproniensi existentis habite honorabilis magister Andreas administrator abbatie de Borsmonostora tanquam actor contra et adversus egregium Laurentium Zyrnyk veluti in causam attractum, idem administrator in stabilimentum sue actionis coram vestris dominationibus observandissimis in iudicio quasdam quaternas litteras exhibuisset, quarum due serenissimi quondam principis et domini, domini Wladislai Dei gratia regis Hungarie et Bohemie etc. felicis memorie, una videlicet earum evocatoria anno Domini 1495. Bude feria tertia proxima post festum Ascensionis Domini tunc proxime preterita,[1] altera iudicialis eiusdem serenissimi regis Wladislai in processu cause eiusdem in octavis festi beati Michaelis archangeli in anno Domini 1498. Bude celebratis emanate,[2] ex quibus quidem binis litteris manifestissime apparet, abbatem ipsum subditum fuisse serenissimi regis et regni Hungarie, cum eedem utreque littere post inscriptionem locorum et transactionem inter serenissimos principes pro anno Domini 1491. factam et stabilitam sunt emanate, eundemque abbatem et conventum post ipsam transactionem Budam in presentia sui principis tanquam fidelis et subiectus

[1] 1495 junius 2.
[2] 1498 október 6.

regis Hungarie venisse et causas egisse. De quarum quidem ambarum litterarum copiam per v. do. concessam ego Ambrosius de Beycz fiscalis substitutus iterum in causa principali super proprietate prescripte abbatie coram vestris dominationibus observandissimis reproduco et pro reproductis habere volo, super premissis omnibus protestando, petoque per vestras dominationes eadem paria cum presentibus ad acta ipsius cause poni et per vestras dominationes observandissimas in eisdem actis cause presentem meam propositionem et reproductionem consignare.

Kívül: Anno 1550. 30. Augusti.

Propositio et productio parium quarundam litterarum fiscalis regni Hungarie in causa proprietatis abbatie Borsmonostra producta Sopronii per Beyczy.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Acta eccl. Cameral. fasc. 68. Nro. 174.

Közli: Iványi Béla.

383.

Augsburg, 1550 szeptember 2.

I. Ferdinánd király Schreiber Farkas deák követelésének megfizetését, a melyet az elhunyt esztergomi érsek tartozása miatt támasztott, elrendeli.

De cognoscendo debito quondam Wolfgangi Schraiber, quo debuisse dominum Strigoniensem pretendit.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverendi, devoti, fideles dilecti. Cum a nobis antea vobis iniunctum sit, ut consignatis debitis nuper demortui archiepiscopi Strigoniensis nos de iis certiores reddere deberetis. Jam autem fidelis noster Wolfgangus litteratus, interpres Hungaricus nobis indicaverit, eundem archiepiscopum sibi de summa mille centum et octodecim florenorum Hungaricalium debitorem mansisse, iuxta litteras obligationales eiusdem quondam Strigoniensis, nosque de persolutione eiusmodi pecuniarum summe perquam humillime interpellaverit. Volumus et committimus vobis, ut de eo debito, prout necessitas postulare videbitur, clare et certo inquiratis ac postea, si id ipsum liquidum esse deprehenderitis, curetis efficiatisque, ut idem litteratus una cum aliis creditoribus de eo contentetur. Nostram in eo expressam exequuturi voluntatem. Date in nostra ac sacri Romani imperii civitate Augusta, die secunda

Septembris, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, ceterorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberck
S. Sigmar.

Kívül: Reverendis, devotis Francisco Thurzoni de Betthlenfalwa episcopo Nittriensi, camere nostre Hungarice prefecto, Augustino de Sbardellatis electo episcopo Vaciensi consiliario nostro ac ceteris debitorum quondam demortui archiepiscopi Strigoniensis commissariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Benignae resolut., II. kötet, 279.

Közli: Iványi Béla.

384.

1550 szeptember 3.

Melanchthon levele a protestantizmus terjedéséről Magyarországon.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bude in Pannonia ecclesia puram evangelii vocem audit magna frequentia, et habet Halyconia. Idem fit in multis aliis Pannonie urbibus.

Melanchthonis: Opera a «Corpus Reformatorum»-ban, VII. 655. — *Századok,* 1874. 182.

385.

Augsburg, 1550 szeptember 6.

I. Ferdinánd király az esztergomi érsekség kormányzásának módozatait a magyar udvari kamara számára tüzetesebben előírja.

Ut camera intelligat finaliter certam voluntatem regiam circa administrationem et curam proventuum archiepiscopatus Strigoniensis una cum superintendente reverendissimo domino Sbardellato episcopo Vaciensi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, devote ac egregii fideles dilecti. Reddite fuerunt nobis littere vestre, quibus nobis ad ea respondistis, que vobis proxime preteritis diebus de administratione temporali archiepis-

copatus Strigoniensis, vigore brevis a sancta sede apostolica concessi fienda significaveramus. Ex quo quidem responso vestro facile cognovimus, a vobis mentem et voluntatem in ea re nostram non recte fuisse intellectam. Quapropter sensum dictarum litterarum nostrarum et intentionem nostram clarius exprimentes, vobis denuo significamus, cum, sicuti ab exemplo dicti brevis apostolici ad vos transmisso cognoscere potuistis, summus sancte Romane et universalis ecclesie pontifex, dominus noster reverendissimus, nobis petentibus paterne et benigne concesserit, ut fructus, redditus et proventus archiepiscopatus Strigoniensis in regni nostri Hungarie contra christiani nominis hostes Turcas defensionem locorumque finitimorum fortificationem exponantur et erogentur, atque ob id utriusque, spiritualis videlicet et temporalis administrationis curam reverendo, devoto, nobis dilecto Augustino de Sbardelatis electo episcopo Vaciensi, consiliario nostro, quoad temporalia tamen de consensu nostro gerendam commiserit, quemadmodum ex tenore dicti brevis videre licet; idcirco mentem et voluntatem nostram fuisse et nunc esse, ut temporalis administratio, iuxta antea a nobis praescriptum modum et ordinem, a vobis et ipso simul peragatur et memoratus electus Vaciensis sit in temporali vel seculari ista administratione tanquam superintendens, qui una vobiscum ad omnia, ut scilicet per officiales iam constitutos et deputatos recte gerantur et administrentur, animadvertentiam suam habeat. Et si vel penes officiales, aut alioqui defectum aliquem animadverterit et intellexerit, talem defectum, et quicquid huc pertinere existimaverit, ad vos referat, et tunc demum vos adhibito eius quoque presentia et consilio de oportuno et convenienti remedio provideatis. Si qua vero difficiliora et maioris momenti, quam ut a vobis sive prescitu nostro immutari, vel cognosci debeant, emerserint, ea ad nos perscribatis ac deliberationem nostram desuper expectetis, quo sic iuxta concessionem apostolicam, tam spiritualis per eum, quam temporalis administratio de nostro consensu per eius superintendentiam et presentiam una vobiscum iuxta datam a nobis formam et instructionem eo rectius maiorique cum fructu et utilitate fiat, cum igitur per hec premissa in ordinatione et modo de exigendis, levandis et percipiendis redditibus et introitibus predictis aliisque temporalibus administrandis vobis antea prescripto nihil immutaverimus, prout etiam nunc non immutamus, sed tantum prefatum electum Vaciensem, veluti superintendentem, ut predictum est, constituimus et vobis in temporali administratione peragenda adiungimus, prout

ex exemplo litterarum nostrarum ad eum directarum hisce adiuncto clarius intelligetis, vobis ideo gratiose committimus et volumus, ut etiam in iis, que referet, adhibito eius consilio et presentia una cum ipso fidelis et diligentis administrationis curam geratis atque sepefatos redditus et proventus iuxta priorem ordinationem nostram exigi et in destinatos a nobis usus converti faciatis, et ubi dictus Vaciensis aliquos defectus a se cognitos ad vestram notitiam deduxerit, communi consilio de oportuno remedio diligenter prospiciatis, difficiliora tamen et magis importantia, uti diximus, ad resolutionem et deliberationem nostram semper reiicientes. In quo nostram expressam et bene gratam executuri estis voluntatem. Datum in nostra et imperiali civitate Augusta Vindelicorum, die sexta mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberck
S. Sigmar mp.

Országos Levéltár: Benign. resol., II. kötet, 251—252.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

386.

Gálosháza, 1550 szeptember 19.

Hyrnyk Lőrincz levele Nádasdy Tamáshoz arról, hogy a borsmonostori apátság kezelője részéről zaklatásokat szenved.

Spectabilis et magnifice domine... Notum eidem vestre sp. et magnifice do. facio, quoniam administrator abbatie de Borsmonostra domum et curiam meam nobilitarem ac piscinam superiorem a me coram dominis commissariis requirit et dictus administrator abbatie prescripte me hac de causa plurimum molestat ac perturbat et inquietat. Hodie fui Sopronii, et dominus Beycy mihi firmiter commisit, uti in revisione causarum prescriptarum Sopronii continue interesse debeam... etc. Datum ex hedibus (!) meis Galoshaza, 19. Septembris 1550.

Servitor perpetuus
Laurentius Hyrnyk etc.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *H.* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

387.

1550 szeptember 19.

A borsmonostori apátság kezelőjének felelete Nádasdy Tamás tanuinak vallomására a lebniki birtok ügyében.

Sacratissime regie Maiestatis domini commissarii dignissimi.

Reverendissimi, generosi, magnifici, egregii et nobiles domini observandissimi. Ad fassionem testium pro parte domini comitis Thome de Nadasd, contra administratorem de Borsmonostra productorum ac fatentium predium Lybnyk nunc desolatum et alia loca in fine territorii Kethel et Lazthay superioris contentiosa et per administratorem ostensa, in usu fuisse dominis et possessoribus arcis Lewka ac eorum subditis, similiter in territorio Malomhaza, ubi millium secatum est et avena, ac inter viam euntem in Wud et viam publicam venientem de Sopronio, ad hoc dicit administrator, etsi verum esset, quod usi fuissent, nullo tamen iure proprietatis usi sunt, sicut et nunc utuntur, sed vi et potentia mediante, nec propter talem violentum usum in illis locis pignorandi vel damnificandi erant subditi monasterii, quia usus contra litteras metales locum non habet, contra quas nulla currere potest prescriptio, etiam secundum iura regni Hungarie. Administrator quoque probavit in illis locis monasterium et subditos eius semper usum habuisse et ultra usum hic producit testimonium proprietatis, videlicet transsumptum litterarum metalium sub sigillo capituli Jauriensis super monasterio et eiusdem possessionibus Kethel, olim Mainhart dicta, Laczthay inferioris, Ykechcz, nunc Malomhaza vocate, Zaka et Baran ac aliis in eisdem litteris continentibus, similiter et de libertatibus ipsis litteris conscriptis. Item producit litteras super possessione seu predio Lybnyk vocato, et per eundem administratorem ostenso. Item producit litteras metales super possessione superioris Laczthay. Item producit litteras super molendino in Pwlla cum protestatione propter abrasionis dictionis Borsmonostra.

Cum itaque non solum hominum testimonia, sed etiam scripture autentice tam clara et manifesta monasterium habeat propugnacula ac testimonia, petit administrator obnixe, dignentur dominationes vestre providere, ne monasterium iustis suis iuribus spolietur, et ne in futurum subditi monasterii intra metas eiusdem monasterii suarumque possessionum damnificentur. De damnis quoque illatis et expensis factis ac violentiis, ut fieret satisfactio,

petit etiam administrator se et subditos monasterii absolvi ab impetitione propter sex boves, et si quid aliud esset, Laurentii Hernyk, quos boves dominus Christoforus Theufel pro pena iuridice Laurentio Hernyk imposita in possessione monasterii Myske vocata sine scitu administratoris accipere fecit et cum hiis sese ac monasterium cum eius pertinentiis vestris dominationibus administrator unice commendat.

Kívül: Contra fassionem testium pro parte domini comitis administrator non solum hominum testimonia, sed et privilegia ac litteras metales producit.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *N.* 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

388.

Augsburg, 1550 szeptember 20.

I. Ferdinánd király a pozsonyi városi tanácsot utasítja, hogy a heiligenkreuzi monostornak adják vissza pozsonyi házát és prácsai birtokát.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Hungarie etc., infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis nostre Posoniensis salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in persona religiosi fratris Conradi abbatis monasterii Sancte Crucis in archiducatu nostro Austrie fundati, quomodo nos domum seu curiam ipsius monasterii inter muros istius civitatis Posoniensis nostre habitam necnon possessionem Pracsan vocatam in comitatu Posoniensi existentem similiter ad idem monasterium Sancte Crucis de iure et ab antiquo pertinentem, per certos annos possedissetis, fructusque et utilitates earum in usum vestrum percepissetis neque hactenus remittere voluissetis magno ipsius exponentis damno et iniuria iuriumque predicti claustri sui derogamine non leve: supplicans nobis humiliter, uti ei superinde gratiose providere dignaremur et non pateremur iura et bona prefati claustri a se alienari. Cum autem non liceat, nec nos velimus bona illa, que ad laudem Dei ministrorumque eius sustentationem ecclesiis a piis fundatoribus sunt dicata, ab eis alienari et in usus prophanos converti: supplicatione dicti exponentis exaudita fidelitatique vestre harum serie mandamus firmissime, quatenus acceptis presentibus et premissis, sicut nobis relatum est, stantibus et se habentibus prescriptam

domum seu curiam ac possessionem Pracsam per vos modo premisso, ut dicitur, occupatam memorato exponenti vel homini sui per eum ad id deputato et per consequens ad prescriptum suum monasterium remittere et resignare debeatis et teneamini, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Austrie (sic loco: Auguste) Vindelicorum, 20. Septembris anno 1550.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* episcopus Agriensis.

Eredetije két példányban papiron, egyszerű másolatban, mely mellett Róbert Károly királynak 1317-ben a heiligenkreuzi kolostor számára adott privilegiumából kimásolt néhány pont fekszik. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 47. Nro. 2. jelzet alatt.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

389.

Pozsony, 1550 szeptember 20.

Ujlaky Ferencz győri püspök levele Nádasdy Tamáshoz, a melyben jelenti, hogy a kisjenei és vecsei nemesek, noha nem kötelesek, hadba mennek.

Spectabilis et magnifice domine et amice observandissime, salutem et obsequiorum nostrorum commendationem. Quamvis isti nobiles ecclesie nostre de possessionibus Kysjenew et Weche non sint astricti, ut in expeditionem ullam proficiscantur, cum ad ecclesiam servire cogantur et pecunias quoque exercituandi quotannis nobis persolvant, nihilominus tamen commisimus eis, ut qui ex eis poterunt, et ipsi isthuc vadant et penes magnificentiam vestram, si qua in re poterunt, serviant.

Magnificentiam vestram valere optamus feliciter. Posonii, de 20. Septembris 1550.

Spectabilis et magnifice dominationis vestre

servitor *Jauriensis.*

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, perpetuo terre Fogaras ac comitatus Castriferrei comiti, iudici curie regie Maiestatis et supremo regni capitaneo etc., domino et amico observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *M. V.* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

390.

Lövöld, 1550 szeptember 21.

Péter lövöldi kartauzi perjel Nádasdy Tamást értesíti, hogy nemsokára Pápán felkeresi.

Spectabilis ac magnifice domine, domine et fautor gratiosissime, orationes in domino Jesu humillimas. Quorundam relatio me fefellit, qui aiebant vestram spectabilem magnificam dominationem hodie ad noctem Papam venire, et eatenus distuleram meum eo adventum ad futuram feriam tertiam, quo die, si Deus vitam dederit, summo mane itineri me submittam, nova, que sunt, eidem narraturus. Interim eadem v. s. et m. d. dignetur hanc dilationem pie indulgere, nam pauculam familiam, quam habeo, huc illuc ad negotia diversa emisi. Deus maximus conservet eam felicissime. Ex Leweld, in festo divi Mathei ewangeliste 1550.

Frater Petrus
prior fratrum Carthusiensium.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie ac consiliario regie Maiestatis ac supremo regni Hungarie capitaneo etc., domino et fautori suo gratiosissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, C. csomó. Közli: Iványi Béla.

391.

Pannonhalma, 1550 szeptember 22.

Csanádi János pannonhalmi főapát levele Nádasdy Tamáshoz, melyben kéri, hogy hozzája küldött embereinek, János deáknak és Szabó Lázárnak mindenben higyjen.

Spectabilis et magnifice domine nobis observandissime, suffragiorum et servitiorum meorum commendationem premissam. Misimus ad magnificentiam vestram egregios Joannem litteratum et Lazarum Zabo familiarem nostrum in certis nostris arduis negotiis ecclesiam et castrum nostrum concernentibus, rogantes diligenter dominationem vestram spectabilem, dignetur eorundem verbis, ut nostris, fidem prestare indubiam. Quam feliciter valere cupimus. Ex conventu nostro, vigesima secunda die Septembrís, anno etc. 50.

Joannes de Chanad
abbas sancti Martini Sacri Montis etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome de Nadasd, comiti comitatus Castriferrei, regie maiestatis consiliario et iudici curie etc., domino nobis et patrono observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: Iványi Béla.

392.

Sopron, 1550 szeptember 23.

Bornemissza Pál veszprémi püspök levele Nádasdy Tamáshoz, a kit arra kér, hogy a törököktől sanyargatott veszprémieket ne kényszerítse külön hadviselésre.

Spectabilis ac magnifice domine, domine ac amice observandissime, salutem et servitiorum commendationem. Rogarunt me magna cum instantia coloni pertinentiarum arcis Vesprimiensis, sub ditione Turcica iam dudum existentes, ut ad s. et magnificam dominationem vestram pro eis scriberem, rogando et Dei amore apud eandem instando, ne eos ad quodcunque bellum cogeret, qui alioqui sub protestate Turcarum essent, modoque cum curribus et iumentis ipsorum ad Pestam civitatem coacti fuissent, essentque modo illic, nisi malit eos cum liberis ipsorum per Turchas in perpetuam captivitatem rapi eorumque edes in cineres redigi, pro qua re magnificentie vestre supplicarem ex animo (uti ex officio deberem), nisi scirem magis eandem, quam me intelligere, quid ad suum officium pertineat, confido enim vel absque mea petitione, id in re mea facturum semper, que salva sua dignitate facere poterit, relinquo igitur hanc curam meorum afflictorum colonorum vestre s. et magnifice dominationi, ipsa pro sua prudentia prospiciat, quid pro salute illorum sibi faciundum sit salutare et Deo magis gratum; nihil enim unquam ab amicis petere volo, nisi iusta, honesta ac possibilia. Deus magnificentiam vestram servet cum suis omnibus incolumem. Futura ebdomada hinc nos rebus confectis utcunque discedemus, ego Posonium, illic adventum domini Zagrabiensis expectaturus, a quo cumprimum Dei adiutorio consecrationem accepero, Symeghum officio meo invigilaturus veniam. Sopronii, XXIII. Septembris, anno Domini 1550.

Servitor
Vesprimiensis sua manu.

Kívül: Spectabili ac magnifico domino comiti Thome de Nadasd, perpetuo terre Fogaras domino, iudici curie regie Maiestatis ac regni supremo capitaneo etc., domino ac amico observandissimo.

Eredetije papiro, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *B.* 3. csomó.

Közli: Iványi Béla.

393.

Pápócz, 1550 szeptember 23.

Ujlaki Dénes pápóczi perjel Nádasdy Tamásnak vadhúst küld.

Spectabilis et magnifice domine, domine mihi plurimum observandissime, salutem et mearum orationum perpetuam humillimam commendationem. Feria secunda post festum Mathei apostoli ex Dei voluntate paupertas unam nigram feram comperierant, quam ad aquam saltare fecerant et ibidem cum pixide occiderunt, quam feram nigram vestre m. do. transmisi. Igitur peto vestram m. do., quatenus velit m. do. a me grato accipere animo, et Deus optimus maximusque vestre m. do. cum sanitate concedat consumere, et si vestram m. do. cum melioribus donis potuissem videre, utique vidissem vestram m. do. et in reliquo vestram m. feliciter valere opto. Datum in Papocz, 23. Septembris, anno Domini 1550.

Frater Dionisius de Wylak
prior claustri Papocziensis, capellanus
vestre m. etc.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome Nadasdi, comiti Castriferrei, iudici curie regie Maiestatis et supremo regni Hungarie capitaneo, domino mihi observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *M. V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

394.

Sopron, 1550 szeptember 24.

Bornemissza Pál veszprémi püspök és királyi tanácsos levele Nádasdy Tamáshoz, melyben a Veszprém melletti németvölgyi nemesek és az ő jobbágyai ügyében ír.

Spectabilis et magnifice domine ac amice nobis observandissime, salutem et servitiorum commendationem. Presentium exhibitores, nobiles in Nemethwolgh, territorio videlicet Wesprimiensi inhabitantes et sub ditione et potestate Turcharum degentes, idem nobis querulose affirmant, quod coloni nostri in territorio Wesprimiensi existentes, de quorum isdem negotiis heri ad m. v. mea manu scripsi, quod videlicet si ad bellum viritim cum ceteris nobilibus cogentur, Turci eorum habitationes cum omnibus bonis mobilibus eorundem, in cineres procul dubio redigent, uxores et liberos ipsorum in perpetuam captivitatem abducendo, quamobrem illos cum presentibus litteris nostris ad m. v. misimus, ut quid in ea re statuendum sit, pro sua summa rerum gerendarum prudentia prospicere Dei causa velit, quod m. v. pro nostris servitiis omnia iusta et honesta libenter facturam, non dubitamus, quam feliciter valere optamus. Datum Sopronii, vigesima quarta Septembris, anno Domini 1550.

Paulus Bornemyzza
episcopus ecclesie Wesprimiensis ac consiliarius regie Maiestatis etc. manu sua.

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, perpetuo domino terre Fogaras, iudici curie regie Maiestatis, suppremo regni capitaneo etc., domino et amico nobis observandissimo.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *B.* 3. csomó.
Közli : Iványi Béla.

395.

Eger, 1550 szeptember 26.

Verancsics Antal Oláh Miklós egri püspököt értesíti Egerbe jöttéről s az ottani állapotokról.

Scito me iam Agriam incolumem pervenisse nulloque vel periculo itineris vexatum vel incommodo. Ubi a prefectis tuis humaniter, a canonicis fraterne exceptus, archidiaconatum IIII. idus

Septembris[1] feliciter occupavi. Domum meam inveni desolatam, hiantem ruinis, possessam milite, oppressamque fere ad culmen fimo equino. Cui purgande instaurandeque addixi non mediocrem et curam et pecuniam, multis aliis de suo et de crastino desperantibus. Proventus habeo satis tenues propter belli vicinitatem, quo non Agriensis tractus solum, sed iam, ut videmus, et Hungaria et Transsylvania tota adeo succensa est, ut inducie, que quinquennales erant, vix legitimum finem assequentur. Porro et hic et ubique per omnes comitatus tanto spiritu omnis ordo, omnis status, omnis conditio, omnis etas, omne denique pectus in arma ruit et manus hostem petit, ut huius motus initia maximum quoddam bellum in Turcas polliceri videantur. etc. XXVI. Septembris 1550. Agrie.

Verancsics Antal: Összes munkái, VII. (Pest, 1865), 106.

396.

Lövöld, 1550 szeptember 27.

Péter lövöldi kartauzi perjel levele Nádasdy Tamáshoz: «spectabilis et magnifice etc... orationes in domino Jesu humillimas. En misimus quinnarios nostros. Est quidam veteranus servitor vestre spectabilis et magnifice dominationis, Michael Aykay, qui habet fratrem suum Stephanum similiter Aykay debilem et plerumque in podagra laborantem»; kéri tehát, hogy a jelenlegi hadjáratban való részvétel alól Aykay Mihályt, hogy beteg fivére, István segítségére lehessen, mentse föl.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: Iványi Béla.

397.

Eger, 1550 szeptember 28.

Verancsics Antal Oláh Miklós egri püspöknek ír az egri állapotokról.

Postquam a me de statu et de iucunditate genii Agriensis scire desideras, nihil sane iucundi est, quod ad te id temporis scribere possum. Minimam partem pristine faciei non habet reliquam. Omnia sunt horrida, omnia squallida, omnia mesta, omnia, quam erant, longe alia, omnia martialium hominum licentia deformata. Et ne de metu populorum quicquam dicam, ita tamen sese

[1] 1550 szeptember 10.

omnes demiserunt et destituere, ut qui vix crastinum sibi polliceantur. Quocunque obtutum vertis, quocunque ingrederis, iniurie, ruine, miles, metus, rapine, discrimina desperatis occurrunt. In arce tectum palatii episcopalis, fenestre quedam, et una dumtaxat camera, que angustior habetur, expleta est, toto operi plurima desunt, templo fere omnia, si tectum excepero, quod iam finitur. Reliqua eius incrementa in propugnaculum conferuntur, quod e regione occidentis et capituli ex lapidibus campanilium erigitur, opus quidem firmum, insigne et tutelare futurum toti arci ex ea parte magis, quam dici possit. Absoluta est et culina, forma et magnitudine non incelebri, et domus quedam pede plano posita non sine et genio commendabili et prospectu. Reliqua omnia occupant propugnacula, munitiones, machine, instrumenta bellica, ruinarum cumuli, stabula, militum case et stationes, et id genus infinita, adeo ut huc, si id temporis veneris, maiori usui erit tibi cassis quam mitra, gladius quam pedum, thorax quam pallium, clypeus quam stola. Ages enim proprie castrensem, non Agriensem episcopum. Speranda tamen sunt cuncta meliora, si Zolnocchium tuebimur, et expeditionis huius exitus votis respondebit. Ipse me hic tamdiu continebo, quamdiu tibi aliud de rebus meis videbitur statuendum, tametsi libentius eo loci esse vellem, quo tu esses, ut potius tibi, quam otio meo inservirem. Igitur tuum erit precipere, meum iussa capessere. Vale. XXVIII. Septembris 1550. Agrie.

Verancsics Antal: Összes munkái, VII. 114—115.

398.

1550 szeptember 29.

Melanchthon levele a protestantizmus terjedéséről Magyarországon.

— — — — — — — — — — — — — — —

Vox evangelii in Hungaria late propagatur, et in ipsa Buda frequens ecclesia est, que incorruptam vocem evangelii audit.

Melanchthonis Opera, id. kiad., VII. 665. — *Századok,* 1874. 182.

399.

Lövöld, 1550 szeptember 30.

Péter lövöldi kartauzi perjel levele Nádasdy Tamáshoz, melyben írja, hogy «Bigas, quas dominus Senyey parare fecerat, en per hunc Matheum Dara-

bos Papam misimus, qui in possessione nostra Kysleweld est predialis noster et satis pauperrimus»; kéri, hogy úgy ezt, mint pedig Pál nevű fivérét a jelenlegi hadjáratban való részvétel alól mentse föl.

Rongált papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, C. csomó.

Közli: Iványi Béla.

400.

Augsburg, 1550 október 3.

I. Ferdinánd király köszönetet mond III. Julius pápának, hogy követét, Gregoriánczi Pál zágrábi püspököt, kegyesen fogadta és óhajtásait teljesítette.

Beatissimo in Christo patri et domino, domino Julio tertio divina providentia sancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici, domino nostro reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine Reverendissime. Post humilem nostri commendationem filialis observantie nostre continuum incrementum. Quanta clementia paterna Sanctitas Vestra in omnibus rebus, quas ab ipsa devote optaveramus, usa fuerit, et quam benigne in his omnibus annuendis nobis responderit, satis abunde declaravit nobis reverendus Paulus episcopus Zagrabiensis, fidelis consiliarius noster. Quanto autem negotia ipsa, que a Sanctitate Vestra consequuti sumus, graviora erant maiorisque ponderis et difficultatis, tanto et habemus et agimus Sanctitati Vestre gratias uberiores, rogantes eandem humilibus, quibus possumus, precibus, dignetur Sanctitas Vestra eodem, quo hactenus, favore et paterna pietate etiam in posterum, tam in nostris quam subditorum nostrorum rebus ac negotiis emergendis, benevolam et clementem se prestare. Quod a Sanctitate Vestra et ab ista sancta sede apostolica omnibus, quibus possumus, obsequiis nostris cumulate promereri contendemus. Et eandem pro incremento religionis nostre sacrosancte diu felicissimam valere optamus. Datum Auguste Vindelicorum, tertia die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestre humilis et obsequens filius

Ferdinandus mp.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum merid., II. 8.

401.

Stenicsnyák vára, 1550 október 8.

Zaberdjei Boldizsár levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt ezt írja:

Dominus banus dederat ad me quasdam litteras paulo ante ratione huius prebende capelle istius supra oppidum Stenychnyak fundate, quam videlicet sp. et m. d. vestra ad meam supplicationem cuidam Joanni presbitero contulerat, ego respondi me laborasse apud m. d. v. pro conferendo illi tali beneficio, nec decere mihi impugnare priorem meam supplicationem apud spectabilem et m. d. v., litteras autem domini bani mitto eidem presentibus inclusas.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *Z.* csomó.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

402.

Pozsony, 1550 október 9.

A helytartótanács felszólítja Ebersdorfert, hogy a jogtalanul elfogott Tordai Pétert engedje szabadon.

Ad dominum de Eberstorff.

Generose ac magnifice domine etc. Expositum est nobis in persona circumspecti Petri litterati de Thorda pro revisione cuiusdam differentie inter ipsum[1] ac nobilem Emericum Nagh, waÿwodam nazadistarum, mote superioribus diebus a nobis locumtenente sue Maiestatis mandatum ad egregium dominum Franciscum Desewffÿ capitaneum eiusdem Maiestatis regie fuisse impetratum, discussaque tandem per eum causa prefata pro eiusdem evidentiori testimonio certa regesta et testimonia quorundam mercatorum Viennensium sub sigillo iudicis Viennensis producenda dicto Petro litterato iuridice fuisse deliberatum. Qui quidem cum pro huiusmodi testimonio cum litteris domini Desewffÿ iudicem Viennensem requisivisset, nulla testimonia absente parte adversa iuxta legem et consuetudinem civitatis se cuiquam concedi posse iudex ipse affirmavit. Quod responsum dum idem Petrus litteratus ad ipsum Desewftÿ reportasset per eundem, qui

[1] Deletum «ab una».

una cum eodem responso ad Dominationem Vestram[1] Comoromium[2] fuisset missus, idem iussu Eiusdem absque ulteriori cause prefate discussione in carcerem dicitur ibidem esse coniectus. Cum igitur premissis sic se habentibus indignum nobis esse videatur, ut quisquam contra iustitiam opprimatur, Dominationem Vestram rogamus, velit causa iustitie et equitatis illum liberum iubere dimittere ac finalem usque eiusdem differentie iuridicam determinationem predictam causam in suo processu ventillandam relinquere, ne ille possit conqueri contra equitatem oppressum se ante[3] iuris processum fuisse. Dominationem Vestram magnificam feliciter valere optamus. Posonii, die 9. Octobris 1550.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 294—295.

403.

Győr, 1550 október 11.

A győri káptalan levele Nádasdy Tamáshoz, melyben kéri, hogy a nemeseknek, továbbá a jobbágyok egyötöd részének a szegénység és az élelmiszerek nagy hiánya miatt engedje meg, hogy «habeant potestatem recedendi a bello, ne penitus in ipsa eorum vita modis omnibus deficiant et opprimantur».

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-levelek, G. csomó.

Közli: Iványi Béla.

404.

Augsburg, 1550 október 10.

I. Ferdinánd király a Hagymási Kelemen hitehagyása és megnősülése következtében üresedésbe jött esztergomi olvasó-kanonokságot Verancsics Antal gyulafehérvári nagyprépostnak adományozza.

Nos Ferdinandus... Memorie commendamus..., quod nos inducti meritis, virtutibus, vite probitate ac sufficienti doctrina fidelis nostri venerabilis magistri Anthonii Wrantii, alias prepositi ecclesie Albe Julie, quibus ipse ab Altissimo insignitus apud Maiestatem nostram fidedigno testimonio meruit commendari, eundem igitur tanquam personam idoneam et benemeritam, ad dignitatem lectoratus ac canonicatus cum prebenda ei annexa in ecclesia Strigoniensi, nunc ex eo de iure vacantes, quod magister

[1] Deletum «fuerat». [2] Deletum «comar». [3] Deletum «iuris».

Clemens de Hagymas presbiter, eorundem lectoratus, canonicatus et prebende verus, ultimus et immediatus possessor, ductus heretica pravitate, heresi Lutherane adhesisse, abnegataque professione sua et ordinis sacerdotalis, uxorem duxisse et clam in consortium hereticorum se contulisse dicitur, authoritate iuris patronatus nostri regii duximus eligendum, nominandum et presentandum etc. Datum in nostra et sacri Romani imperii civitate Augusta Vindelicorum, decima die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quarto.

Ferdinandus m. p. *Nicolaus Olahus,*
episcopus Agriensis etc. m. p.

Eredetije a *Nemzeti Múzeumban:* 1542. fol. lat. — *Verancsics Antal:* Összes munkái, I. (Pest, 1857), 355.

405.

Pozsony, 1550 október 15.

Ujlaky Ferencz győri püspök és királyi helytartó levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt ezt írja:

Postremo hec quoque significant nobis, ducem Mechelburgensem, qui sub Brazvicensis ducis exercitu militabat, movisse castra in Mademburgensem civitatem, cesari ob sectam Lutheranam rebellem, de qua civitate obviam prodierant sex millia hominum cum thormentis bellicis apta, inter quos acriter pugnatum. Victi Mademburgenses omnia thormenta bellica amisisse, atque ex eis tria millia hominum desiderasse, filius quoque comitis de Mansffelt, cuius pater factionis illius dux fuisset, interemptus esset.

Papiron, zárópecsét töredékével. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *U. V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

406.

Lövöld, 1550 október 20.

Péter lövöldi perjel levele Nádasdy Tamáshoz, a török előnyomulásáról.

Spectabilis ac magnifice domine, domine et fautor gratiosissime orationes in domino Jésu humillimas. Aiunt Thurcam citra Zegedinum circiter ad tria miliaria de diruto monasterio duas turres habente unam arcem construxere, cui nomen est Zewr.

Preterea nostrastes equites et pedites ceperunt concristianis nostris magna dampna inferre... etc. Ex Leweld, feria secunda post Luce ewangeliste 1550.

Frater Petrus,
inmeritus prior ibidem.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *I. J.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

407.

Augsburg, 1550 október 23.

Oláh Miklós Verancsics Antalt értesíti, hogy az esztergomi olvasókanonokságot megnyerte s magához hivja.

Binas tuas litteras accepi ante aliquot dies intra Septembrium et Octobrium kalendarum tempus ad me datas. Habeo tibi magnas gratias, quod non pretermiseris me de his rebus facere certiorem, quas ab aliis minus perspicue et copiose cognoveramus. Negotium lectoratus Strigoniensis, spero, quod brevi pro voto tuo expediam, habes enim principem tibi benignissimum, me paterne affectum, eiusque donationis litteras, quum Agria Viennam redieris, invenies apud Bonnam meum sororium. Proinde mittam hoc triduo istuc Mattheum Zerdahelinum secretarium meum in quibusdam rebus meis peculiaribus, cui te in omnibus collegam assignavi iussique, ut nihil prorsus agat sine te et consilio tuo, quemadmodum ex eodem Mattheo et ex litteris meis, quas ei ad te dedi, intelliges. Tu itaque interim, dum Mattheus advenit, tuas res familiares istic componas, quo postea confectis meis negotiis, ad me remeare possis. Vale. 23. Octobris 1550. Auguste.

Verancsics Antal: Összes munkái, VII. 145.

408.

Győr, 1550 október 25.

Tanuvallomások a veszprémvölgyi apáczák és vagyonkezelőjük, Borbély Osvát között felmerült vitás ügyben.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis, memorie commendamus per presentes, quod pro parte et in persona agilis Oswaldi Barbel exhibite fuerunt nobis et presentate quedam littere reverendissimi in Christo patris et domini, domini Francisci ab Wylak, episcopi

ecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. locumtenentis, domini et prelati nostri observandissimi, nobis in certa earundem parte auctoritate regia patenter preceptorieque sonantes et directe, quas nos honore et reverentia, quibus decuit, recepimus in hec verba:

Franciscus ab Wylak, episcopus ecclesie Jauriensis locique eiusdem comes perpetuus ac serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archiducis Austrie etc. locumtenens, amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Jauriensis salutem et amicitiam paratam cum honore. Expositum est in persona agilis Oswaldi Barbel, quomodo ipse in quadam causa, factum rerum quorundam mobilium et immobilium, pecuniarum etiam et argentariorum concernente, inter ipsum exponentem ab una, parte vero ab altera religiosas dominas sanctimoniales beate Marie virginis de valle Wesprimiensi, nunc in oppido Kermend degentes, reverendorum dominorum Petri abbatis de Leweld ac Galli prepositi de Ewrsy necnon nobilium Valentini Thalas, Emerici Keerÿ de Zenthkyralzabagya, Colomanni Chewger, Andree Keery de Wamos fassionibus et attestationibus, aliorum etiam certorum quorundam proborum et nobilium ac alterius honeste conditionis hominum comitatus Wesprimiensis pro iurium suorum defensione multum indigeret et esset necessarius, pro eo amicitiam vestram harum serie hortamur et requirimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus et Emericus Zambo de Mezewlak, aut Georgius et Ladislaus de Bekas, sive Emericus de Dereske, sive Georgius de Bewrellye, aliis absentibus homo noster ad universos attestantes reverendos Petrum abbatem et Gallum prepositum, alios etiam nobiles et ignobiles dicti comitatus Wesprimiensis, quos dictus exponens vel eius nomine procurator suus duxerit nominandos, accedendo, ab eisdem sub onere sedecim marcarum gravis ponderis, super eos, si qui forsitan ex eisdem testibus a dicenda veritate sese abstraherent, per eos, quorum interest, immediate et irremissibiliter exigendo, ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacre eius corone observandam, de hiis omnibus, de quibus dictus exponens voluerit, sciat, inquirat et experiatur meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem et tandem super huiusmodi attesta-

tione, resciteque veritatis premissorum serie litteras vestras dicto exponenti necessarias ad relationem dictorum nostri et vestri hominum modis omnibus extradare debeatis et teneamini, iurium eiusdem exponentis ad cautelam. Datum Posonii, feria quarta proxima post festum nativitatis beatissime virginis Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.[1]

Unde nos tum iustis et legittimis requisitionibus prefati domini Francisci ab Wylak, domini et prelati nostri, tum vero auctoritate ipsius regie Maiestatis, qua nobis precipiebatur, in omnibus obedire volentes, ut tenemur, iuxta continentias prescriptarum litterarum eiusdem domini et prelati nostri una cum prefato Georgio de dicta Bewralya (!) homine suo inter alios superius descriptos specificato, nostrum hominem, videlicet honorabilem magistrum Georgium de Wrbocz socium et concanonicum nostrum, nostro pro testimonio fidedignum transmisimus, qui tandem exinde ad nos reversi nobis retulerunt pariter eo modo: quomodo ipsi feria secunda proxima post festum exaltationis Sancte Crucis proxime preteritum ad claustrum sew fortalitium et conventum venerabilium et religiosorum fratrum Petri prioris et abbatis conventus ordinis Carthusiensium de Leweld in comitatu Wesprimiensi existens habitum pariter accessissent et ibidem in claustro sew fortalitio eodem venerabilem magistrum Gallum prepositum de Ewrs ac canonicum ecclesie Wesprimiensis, unum videlicet ex predictis testibus pro parte eiusdem exponentis nominatis, personaliter reperissent et ibidem ipsum hominem eiusdem domini locumtenentis, presenti ipso testimonio nostro ad conscientie sue puritatem idem Gallus prepositus de et super premissis onere sub predicto fideliter requisitus et interrogatus, idem homo eiusdem domini locumtenentis infrascriptam ab eodem Gallo preposito scivisset, inquisivisset et expertus fuisset certitudinis veritatem, et idem modo infrascripto fassus fuisset, quod cum in anno proxime transacto, circa videlicet idem festum exaltationis Sancte Crucis protunc preteritum idem magister Gallus prepositus, primus videlicet testis una cum reverendo domino Petro priore ordinis fratrum dicti claustri sew fortalitii de Leweld, ex mandato prefate Maiestatis regie domini nostri clementissimi pro certis negotiis ad prefatas religiosas dominas sanctimoniales de valle Wesprimiensi, nunc in oppido Kermend vocato degentes et ad idem oppidum erga scilicet easdem dominas venisset,

[1] 1550 szeptember 10.

illicque mandato regio ab ipsa domina abbatissa sew priorissa earundem dominarum sanctimonialium iidem Gallus prepositus et frater Petrus prior pariter ambo scrutati sciscitatique fuissent, eandemque dominam priorissam diligenter requisivissent et interrogassent, ubinam et quante essent res et bona eiusdem ecclesie beate Marie virginis et cenobii earundem dominarum sanctimonialium, videlicet pecunie, vasa aurea et argentea et relique facultates eiusdem ecclesie, tunc eadem domina abbatissa sew priorissa respondisset eisdem magistro Gallo preposito et Petro priori, quod nunc pro certo paucas admodum haberent pecunias, et si quas etiam haberent, una cum reliquis rebus et bonis eiusdem ecclesie in loco securo tutoque et secreto haberent locatas et absconditas, quas scilicet res exnunc ad lucem efferre educereque nequirent, et ultra hoc per eosdem magistrum Gallum prepositum ac fratrem Petrum priorem de Leweld eadem domina abbatissa monialium fuisset etiam requisita et interrogata, quis vel qui fuissent administratores sew collectores proventuum bonorum ipsarum dominarum et cenobii earundem, ubi ipsa domina abbatissa sew priorissa sic requisita et interrogata ad hec respondisset eisdem, quod usquemodo, inquit, egregius Emericus Thelekessy ex consensu eiusdem domine priorisse et ceterarum dominarum sanctimonialium eiusdem cenobii proventus huiusmodi in manus prefati Oswaldi Barbel famuli earum administrasset, administrarique et assignari fecisset, et quod idem etiam Oswaldus Barbel proventus huiusmodi ab ipso Emerico Thelekessy acceptos iuste integreque eisdem dominabus sanctimonialibus importasset et administrasset. Prefatus autem Petrus prior utputa testis, per eosdem dicti domini locumtenentis et nostrum homines ibidem vigore dictarum litterarum preceptoriarum de et super premissis requisitus, superinde more solito iuramentum coram ipsis deponere nec quitquam fateri testificarique voluisset, eo quod nollet ipse religioni privilegiisque ordinis sui per hoc derogari, excepto hoc, quia tandem visa intellectaque et audita fassione et attestatione eiusdem magistri Galli prepositi super premissis per eum modo premisso facta, eandem fassionem sew attestationem ipsius magistri Galli auditam et perceptam in omnibus approbasset, sicque illam fassionem suam, prout ipse testatus fuisset, veraciter factam fuisse et esse palam affirmasset. Item licet nonnulli et nostrum homines vigore dictarum litterarum preceptoriarum requisiti, certis ex causis de et super premissis coram eiusdem domini locumtenentis et nostro hominibus fateri attestarique nequierint,

tamen postea feria quinta, in festo videlicet beati Severini episcopi et confessoris proxime preterito, nobiles isti infrascripti, videlicet Petrus Posa de Zenthkyralyzabagya, Emericus Keery, Valentinus Thalas de eadem Zenthkyralyzabagya, Colomamus Chewger de Wamos, Andreas Kery de eadem Wamos comitatus Wesprimiensis coram nobis et in capitulo nostro personaliter comparuerunt ac seorsum et singillatim presentibus et audientibus dicti domini locumtenentis et nostris hominibus per eosdem iuxta vim et formam dictarum litterarum preceptoriarum, sub iuramento preinserto coram nobis confessi sunt, et quilibet eorum confessus est in hunc modum: Et primo prenotatus Petrus Posa testis iam utputa tertius fassus est et dixit, quod ipse quoque tempore condam domine Thassy priorisse eiusdem cenobii dominarum sanctimonialium officialis fuisset, ipse tamen rationem de officiolatu suo dictis dominabus sanctimonialibus reddidisset et post hoc sciret, quod idem Oswaldus Barber, tempore religiose condam domine Dorothee Thelekessy similiter priorisse et ceterarum dominarum sanctimonialium officialis earundem extitisset, officiolatumque bonorum earundem tenuisset, quodque post ipsam dominam priorissam omnibus civibus, jobagionibus et quibusvis aliis subditis earundem prefuisset et precepisset, sciret etiam, ut dum et quandocunque aliqua iudicia inter iobagiones earundem dominarum et aliorum quoque incidissent, celebrarique contigissent, extunc ipse Oswaldus Barber iudicio huiusmodi interfuisset, presedisset iudiciaque et iudiciarias deliberationes dictasset, de rebus autem et bonis prescriptis, mobilibus videlicet et immobilibus nil sibi constaret; addidit etiam idem tertius testis, quod si idem Oswaldus Barbel fuerit provisor curie vel officialis ipsarum dominarum sanctimonialium, vel ne, ignoraret. Item quartus testis nobilis Emericus Kery de dicta Zenthkyralzabadya comitatus Wesprimiensis iuratus fassus et examinatus est, dixit, quod dum et quotiescunque in possessione dictarum dominarum sanctimonialium Beren vocata aliqua iudicia celebrata fuissent, extunc prefatus Oswaldus Barbel ad ea ipsa iudicia celebranda presens interfuisset, et sciret etiam, quod si quis hominum sew causantium illic iuridice aliquo byrsagio convictus et aggravatus fuisset, extunc idem Oswaldus Barbel et solus huiusmodi birsagia ab eisdem convictis exegisset, nesciret tamen, si byrsagia ipsa eisdem dominabus sanctimonialibus restituisset, vel pro se illa reservasset, dixit etiam, se scire testis ipse, quod quodam anno elapso ipse Oswaldus Barbel tempore vindemie fuisset in dicta possessione Beren decimator vino-

rum et habuisset illic secum quendam filium suum registratorem vinorum decimalium. Tamen idem quartus testis dicit, se ignorare, si idem Osvaldus Barbel fuerit rationista sew provisor curie ipsarum dominarum sanctimonialium vel ne, preterea subiunxit etiam et addidit idem testis, se scire, quod prefatus Oswaldus Barbel per aliqua temporum spatia possessionem earundem dominarum sanctimonialium Mama vocatam ab eisdem dominabus sanctimonialibus in officiolatum apud se tenuisset et habuisset, quo titulo autem, aut quo iure tenuisset illam, se ignorare dixit. Item quintus testis nobilis Valentinus Thalas de dicta Zenthkyralzabadya dicti comitatus Wesprimiensis iuratus examinatus fassus est, se scire, quod annotatus Oswaldus Barbel predictam possessionem Mama vocatam ab eisdem dominabus sanctimonialibus in officiolatum apud se tenuisset et habuisset, scire etiam se dixisset, quod dum et quotiescunque aliqua iudicia sew iudiciarie deliberationes in possessione Beren predicta fieri et celebrari contigissent, iudicio huiusmodi idem Oswaldus Barbel illuc admonitus et accersitus fuisset et presentem fore opportuisset, si quempiam autem hominum illic birsagiari contigisset, extunc huiusmodi birsagia idem Osvaldus Barbel per se exegisset; preterea idem testis dixit, etiam se scire, quod prefatus Oswaldus Barbel illic omnibus ita percepisset, sicut prefate domine priorissa et sanctimoniales precipere consueverunt perinde, ac si eedem domine presentes ibi fuissent, de reliquis dixit se ignorare. Item sextus testis nobilis Colomannus Chewger de Wamos comitatus Wesprimiensis iuratus fassus est et dixit se scire, quod quodam tempore prefatus Oswaldus Barber fecit decimator vinorum in possessione Beren predicta constitutus, tunc ipse habuit secum quendam filium suum registratorem et aliquando iudicia aliqua ibi celebrari contigit, extunc in administrando iudicio ipse Oswaldus ibi prefuit et istic iudicia celebravit, celebrarique procuravit et alia, que voluit, fecit et illic ita mandavit, quibus opportuit, ac si prefate domine sanctimoniales mandassent, de reliquis nil se scire dixit. Item septimus et ultimus testis nobilis Andreas Keery de dicta Wamos comitatus Wesprimiensis iuratus examinatus fassus est, se scire, quod dum et quandocunque prefatus Osvaldus Barbel ad predictam possessionem ipsarum dominarum sanctimonialium Wamos vocatam in medium colonorum illic commorantium ingressus fuisset, tunc eosdem colonos allocutus fuisset, quod ipsi verbis suis ita obtemperare obedireque deberent, tamquam propriis ipsarum dominarum sanctimonialium, dominarum scilicet suarum verbis et pre-

ceptis, de reliquis nil se scire dixit. Ad quorum quidem dicti domini locumtenentis et nostri hominum relationes, tum etiam prefatorum nobilium et testium pro parte annotati exponentis coram nobis comparentium fassiones et attestationes ac presentibus, prout preassertum est, .ipsius domini locumtenentis et nostri hominibus coram nobis factas, eidem exponenti super premissis uberiorem ad cautelam duximus dandas et concedendas. Datum sabbato proximo ante festum beati Demetrii martiris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Eredetije papiron, hátlapján rányomott viaszpecsét töredékével, a m. kir. *Országos Levéltárban:* Eccles. Cameral. fasc. 47. Nr. 17. jelzet alatt. Ugyanitt ennek újabbkori egyszerű másolata, ugyanezen jelzet alatt. Közli: IVÁNYI BÉLA.

409.

Pozsony, 1550 november 4.

Merula Péter királyi titkár tisztázni törekszik magát azon vád alól, melyet Raid Margit zwingliana nő ellene emelt.

Prestantissime Domine... Ego iam hactenus omnia, ubique, omnibus modis tentavi pro mea et ipsius femine bona fama servanda, sed nihil proficere potui. Et cum res ita esse viderem, apud Posonienses iustis et rationabilibusque causis illam Margaretham Raidin et civilitatem publice et in scriptis abrenuntiare sum coactus. Id quod in omnibus, ubique, ad omnes status actionibus, scriptis et verbis suis contra meam innocentiam latratis et fulminatis, testari libere possum. Nunquam est usa, uti legitima uxor, meo titulo maritali, semper olim sui mariti titulo utendo et meum abnegando. Ipsa sibi cum suis Zwinglianis sacramentariis nomen meretricis asseruit. Ego semper honestissimis titulis usus, ubi in omnibus libellulis constat. Clarissime Domine, offeruntur mihi beneficia et ecclesiastica, forte etiam abbatia, et certa imo episcopatus in processu temporum, item secularia etiam non deerunt, saltim fiat iustificatio, absolutio, silentium perpetuum et a Papa finalis terminus. Amicissimam relationem a D. V. expecto... Ex arce regia Posoniensi, 4. Novembris, anno Domini 1550.

Petrus (?) Merula,
regius secretarius.

Kívül: Prestantissimo... viro Valentino Jeccelio, regio procuratori, civi Viennensi...

Eredetije *Sopron város levéltárában:* Lad. XIX. et 5. f. 1. nr. 29.
Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

410.

Pozsony, 1550 november 4.

A bécsi helytartótanács kéri a bécsi kormányszéket, hogy azon pör továbbhuzását, a melyet a szent Ferenczrendi szerzetesek Marencz Miklós trieszti polgár ellen őket illető bizonyos egyházi ingóságok miatt a trieszti biróság előtt folytattak és meg is nyertek, de a melyet ellenfelük a kormányszékhez felebbezett, ne engedje.

Ad regentes Viennenses.

Generosi et magnifici domini etc. Venerant ad nos hi fratres sancti Francisci ordinis Minorum de observantia exponentes nomine publico sui ordinis, habuisse sese superioribus diebus iudicium coram senatu Thergestino cum quodam cive illius civitatis[1] Nicolao Marencz dicto ratione quarundam rerum ecclesia(stica)rum suarum apud fratrem defunctum[2] prefati eorum adversarii per eosdem fratres olim depositarum; ac licet adversarius ipse eorundem partem litterarum intercisarum super prescriptis rebus ecclesie apud fratrem eius depositis confectarum producere coram iudice et iuratis Thergestiensibus neglexissiset, ne tamen iuxta inventarium, quod super rebus depositis exstabat, iure causam suam obtinuisse, sed quia causa ipsa per appellationem alterius partis coram Dominationibus Vestris, per prefatos cives Tergestinos est transmissa; petierunt a nobis[3] iidem fratres, ut causam ipsorum Dominationibus Vestris diligenter commendaremus. Et quamvis nihil dubitemus, Dominationes Vestras, quod equum fuerit, in ea causa facturas esse, rogati tamen ab eisdem petimus diligenter, quantum de iure fieri poterit, causam eorundem fratrum vel per novum iudicium, vel[4] litterarum intercisarum non productionem longius protrahi ne patiantur, in quo Dominationes Vestre cum nobis gratum, tum etiam opus misericordie et pietatis fecerint. Quas feliciter valere optamus. Posonii, 4. die Novembris 1550.[5]

R. Kiss I.. A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában. 300—301.

[1] Hae duae voces super lineam sunt positae, sub qua deletum «Thergestinensi».

[2] Johannes Terebezdi, procurator monasterii ordinis sancti Francisci provinciae Hungaricae.

[3] «A nobis» est additio inserta.

[4] Deletum «per».

[5] Totam causam plenius elucidat scriptum quoddam sub titulo «Ablegationes iuris pro domino Nicolao Marensio». — Archivum caes. et reg. aulicum Viennae, Hungarica.

411.

1550 november 7.

A szalavári konvent előtt Mihály kaposszentbenedeki prépost visszavonja Gereczi Zsigmond erőszakossága miatt tett panaszát.

Nos conventus ecclesie beati Adriani martyris de Szala, memorie commendamus per presentes, quod venerabilis et religiosus frater Michael prepositus ecclesie prepositure Kapos Szent Benedek in eadem Kapos Szent Benedek fundate in comitatu Simegiensi existentis, ordinis videlicet Premonstratensis per modum protestationis, revocationis, retractationis et proclamationis nostram personaliter veninens in presentiam, nobis significare curavit in hunc modum: Quod licet circa festum pentecostes in anno, cuius iam 10. vel ultra instaret revolutio, transacto preteritum egregius Sigismundus Gereczy in domum suam in Gerecz in comitatu Crisiensi existentem habitam, prefatum fratrem Michaelem prepositum de eadem Kapos Szent Benedek ad amicabilem hospitalitatem invitasset, ipseque frater Michael prepositus amicabilibus verbis ipsius Sigismundi Gereczi in domum eiusdem in eadem Gerecz habitam accessisset, illicque laute et amicabiliter ipsum fratrem Michaelem tractando, nihilominus tamen acto ipso convivio tunc ibidem idem Sigismundus Gereczi, nescitur, quo malo usus consilio, immemor libertatis et dignitatis sacerdotalis eundem fratrem Michaelem prepositum captivasset, nec eo contentus, tunc idem Sigismundus Gereczi coassumptis secum quam plurimis hominibus et servitoribus suis armatis et potentiariis manibus in et ad curiam, domum nobilitarem dicti protestantis in prescripta prepositura sua in eadem Kapos Szent Benedek existentem invadendo more predonico abindeque universas res eiusdem protestantis, ut puta unum equum valoris 25 flor. ac paratis in pecuniis 16 florenos ac sementa et avenam et alia genera victualium cunctaque clenodia domus sue in toto ad valorem 50 flor. abstulisset et asportari fecisset, et quo sue placuisset voluntati, convertisset potentia mediante, tandem nec aliter ipsum testantem dimisisset ex captivitate, donec ab eodem protestante quietantionales litteras sigillo suo et subscriptione manus proprie sue munitas idem Sigismundus Gereczi pro tuitione sua excepisset, unde facta huiusmodi protestatione idem protestans prenarratam etiam fassionem suam revocasset et retractasset harum nostrarum vigore et testi-

monio litterarum mediante. Datum feria sexta post festum beati Emerici ducis, anno 1550.

Papiron, újabbkori másolatban. *Országos Levéltár:* Acta Eccl. Cameral. fasc. 67. Nr. 161.

Közli: Iványi Béla.

412.

Szántó, 1550 november 7.

Szentgotthárdi Gáspár mester írja Révay Ferencznének, Paksy Annának, hogy örömest jön az evangelium hirdetésére.

Szentgothardi Gaspar mester a szantai keresztenőcnec lelk... ír Paksi Annának Szanton... szent Imre nap utan valo penteken 1550... Esztendőmet it eů tőltuen, ha Isten szerint lehet, őrőmest kivanoc az euangeliomnac hirdeteseben nagsagodnak szolgalnom...

A Révay-levéltárból Kisselmeczen másolta Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

413.

Eger, 1550 november 10.

Verancsics Antal Oláh Miklósnak megköszöni az esztergomi újabb javadalmat s fölötte örvend, hogy Oláh az ő szolgálatával élni kiván. Újév napján szándékozott mondani első szentmiséjét, de az Oláh által rábizott fontos ügy miatt elhalasztja.

Litteras tuas XXIII. Octobris datas IIII. Novembris accepi, que quidem me magna letitia et voluptate affecerunt, idque non tam ut nuncie accessionis novi et opulenti beneficii, quam quod meis te obsequiis uti iam velle video; quamquam et dona et beneficia tua, quibus me prius etiam, quam pene cognoveris, et ornare et locupletare ceperis, ita complector et excipio, ut nihil neque gratius, neque desideratius. Deus immortalis hanc tibi erga me benevolentiam simul et beneficentiam omni largitate et ea gratia referat, que tibi quam gratissima et quam amplissima provenire possit; ego vero enitar omni diligentia, ut gratitudini erga tantum tamque munificum benefactorem meum nunquam desim. Ad mandata autem, que das, quod attinet: etsi consumptis iam et plane exantlatis omnibus his, quibus retroacte vite mee anni per tantam varietatem fatorum cucurrerunt, statueram proximis

kalendis Januarii primitias meas celebrare, ut sequutus felicia tua in hoc sacrorum genere auspicia, is demum ipse quoque esse incepissem, qui dudum esse debebam, nec imposterum ordini meo et Spiritui Sancto refragarer, qui me ab initio ministrum divinorum esse voluerint: tamen postquam et ex litteris tuis, et ex Mattheo tuo cognovi, que me id temporis velles in tuis rebus non exilibus, distuli meam hanc cogitationem, et ad iniunctam a te provinciam appuli animum et omnem industriam. De beneficiis tuis illud dixerim, ut mihi illic studeas benefacere, ubi tecum semper esse possim, esto quod Strigonii simus, quis enim hoc non optet tibi? quia hic certe multum etiam imposterum laborabitur, sive id de Turcis, sive de presidiis nostris rapacissimis velimus intelligere. Nova, que ex Transsylvania habemus, triduo post scribam copiose. Nam multa uno tempore sunt allata. His autem maturandum fuit, ut quam primum de voluntate mea in tuis rebus tibi constaret. Vale. X. Novembris 1550. Agrie.

Verancsics Antal: Összes munkái, VII. 146—147.

414.

Pozsony, 1550 november 13.

A helytartótanács kéri a királyt, hogy a thali remetéknek Lajos király által örökre rendelt, évenként fizetendő husz forintot, a melyet eddig újabb megerősítése alapján mindig megkaptak, de most az új harminczados megtagadott, fizettesse ki.

Sacratissime Rex etc. Presentarunt nobis religiosi fratres heremite in monasterio gloriose Virginis[1] de valle Thal existentes paria litterarum confirmationis Maiestatis Vestre Sacratissime ipsis super solutione viginti florenorum quotannis de tricesima huius civitatis ex pia dispositione serenissimi quondam domini Ludovici regis Hungarie etc. pie memorie pro decantanda missa singulis diebus in refrigerium anime parentum sueque et successorum suorum in perpetuum pendi constitutorum facte, exponentes nobis dictos florenos viginti hactenus semper persolutos fuisse, recusare tamen novum officialem et tricesimatorem Maiestatis Vestre ipsis amplius persolvere. Quod cum pium sit opus, non videntur nobis iidem fratres ea pensione privari debere; ideoque supplicamus Maiestati Vestre Sacratissime humiliter, iubeat clementer denuo

[1] Deletum «in monasterio».

moderno suo tricesimatori in hac civitate constituto, ut iuxta benignam Maiestatis Vestre Sacratissime confirmationem prefatam, cuius exemplum presentibus inclusum Maiestas Vestra accipiet, sicut hactenus, ita deinceps quoque dictos viginti florenos ipsis fratribus quotannis persolvat. Servet etc. Posonii, die 13. Novembris 1550.

Locumtenens et consiliarii, qui supra, addito domino Batthyany.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 304.

415.

Stenicsnyák vára, 1550 november 14.

Zaberdjei Boldizsár részletesen leírja Nádasdy Tamásnak egy papnak Radonyán történt megölését.

Spectabilis et magnifice domine...

Preterea volo scire spectabilem et m. d. vestram, quod exactis hiis diebus quidam presbiter in pertinentiis istis magnificentie vestre in iudicatu Radonya est occisus hac ratione et modo, quod Joannes Gywrmanowich, quem sp. et m. d. v. in sua hic presentia ob certa sua facinora punire volebat, invitarat ad prandium quosdam suos amicos inter quos et Petrum presbiterum plebanum de Radonya, necnon presbiterum etiam ipsum, qui occisus est, vocaverat, peractoque prandio ibidem, rursus idem plebanus de Radonya ipsum Gywrmanowich simul cum amicis et etiam familia invitarat ad cenam, — in parva enim distantia vicinantur, — dumque cenarent, hospites in equis domum dimittere volens iusserat sellare equos, et quia sella illa una fuerat presbiteri occisi, ipse presbiter sellam suam dare eo negarat. Expeditis itaque iam, deficientibus sellis, pedes suis convivis, ipse plebanus arguere ipsum presbiterum ratione ipsius selle ceperat, litemque super ea re fuerant ingressi. Et dum sic invicem litigare habuissent, plebanus ipse in una domo presbiterum illum cathena apposita in hostium, obseraverat, timens malum vel lesionem a presbitero sibi inferri. Presbiter vero reclusus, hostio bene attracto, catenam solvens e domoque exiliens, plebanum latitudine gladii in humeris percusserat, quo viso quidem alter presbiter ibidem astans et ceteri etiam astantes plebanum eruere ab illo volentes in domum quandam induxerant, presbiterum similiter seorsum separantes, convive vero, qui abscesserant, nondum longe a domo

abscendendo audierant clamores eiusmodi festinaverantque regredi, redeuntesque dum cum presbitero illo, quare id faceret, litigarent, contigit per quendam extraneum, qui in bonis domini Zlwny habitat Markowyht nominatum cum ipso contendere et sic per servitorem ipsius Markowyth subditi domini Zlwny transfixus fuerat, biduoque vivens, mortuus tandem est, et licet confessus testamentum de rebus suis fecerit, (quod presentibus spectabili et m. d. v. mitto inclusum) tamen ego, dum per modum eiusmodi discordie eum defecisse accepissem, res eius detinui, donec superinde a spectabili et m. d. v. acciperem instructionem. Instabant d. plebani pro restitutione illarum rerum et observatione privilegiorum ipsis super libera bonorum et rerum suorum testamentaria legatione per magnificos condam bone memorie dominos Georgium et Ladislaum de Kanysa datorum et per spectabilem etiam ac m. d. v. confirmatorum, ego vero solam hanc discordie rationem allegando, non restitui antequam ab eadem edocerer. Unde gratiosam expecto instructionem, videretur occisus non privari testamenti dispositione, si qui tamen criminis deprehendentur autores vel rei digne essent puniendi...

Ex castro eiusdem Stenychnyak, feria sexta post Martini 1550.

Spectabilis et magnifice d. vestre

perpetuus et humillimus servitor
Balthasar Zaberdinus.

Grabwz, Andreas Gerbacz, Martinus presbiter et Klyuchych in proventu vini iuris montani se per sp. et m. d. v. exemptos fore asserunt, supplico edoceri.

Czímzés: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd, iudici curie et suppremo capitaneo regie Maiestatis etc., domino meo mihi semper gratiosissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, Z. csomó.

Közli: Iványi Béla.

416.

Pozsony, 1550 november 14.

A helytartótanács Várday Tamás kérését a királynak újból figyelmébe ajánlja.

Sacratissime Rex etc. Quid supplicavit nobis egregius Thomas Wardaÿ, nepos reverendissimi quondam domini Strigoniensis

pie memorie, et simul quid nobis in illius negotio videatur, Maiestati Vestre Sacratissime per hunc dominum Dessewffy[1] consiliarium camere sue humiliter significavimus.[2] Supplicamus Maiestati Vestre Sacratissime, quemadmodum et antea feceramus, dignetur in illius negotio clementer respondere. Servet etc. Posonii, die 14. Novembris 1550.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 304—305.

417.

Pozsony, 1550 november 15.

Gregoriánczi Pál zágrábi püspök levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt írja:

«Heri discessit a me magister Mathias Zerdahely lector Sepusiensis ex Augusta Agriam missus. Narrat cardinalem Tridentinum per postam esse missum in Hispanias, qui eodem cursu deducat Maximilianum, ut illo presente res imperii concludantur, id presertim, quis sit futurus imperator. Agunt, ut rex noster titulum hunc Romani regis cedat Philippo, habiturus compensam Ungarie liberationem. Supplicatum fuit etiam per me et alios pro Wrantio nostro in lectorem Strigoniensem promovendo, id iam effectum est, et magister Matthias litteras illi gratie se dicebat. Feyertoy scribit michi principes illos ante festa resurrectionis Domini ex Augusta non discessuros. Hic omnia chara, presertim vinum bibendum est parum. Valeat vestra Sp. et M. dominatio» etc.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *G.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

418.

Pozsony, 1550 november 15.

Fülöp deák folyamodványa a királyhoz, hogy a somorjai és csákányi tizedek használatát, a melyeket azelőtt szolgálataiért az esztergomi érsektől szokott kapni, továbbra is élvezhesse.

Sacratissima Maiestas regia, domine, domine clementissime.

Servitiorum meorum in gratiam Maiestatis vestre sacre humillimam commendationem. Constat hoc omnibus dominis Hun-

[1] Joannes. [2] Cfr. supra, nro. 364., pag. 388. sq.

garis, quod ego propemodum a puero in servitiis reverendissimi quondam domini Strigoniensis versatus sim et circa eum meliorem etatis mee partem transegerim, iis quibus quidem servitiis et curis versans, ita etatem meam attrivi, ut nunc cum commiseratione in summa egestate vivere cogar, cum propter ingravescentem eamque morbidam etatem, tum quod omni auxilio et presidio plane sum destitutus. Proinde mea maxima miseria calamitateque impulsus, sacratissime Maiestati vestre humillime ac lachrymabundus supplico, dignetur Maiestas vestra ob intutum miserie et morborum meorum, quibus, velut alter Lazarus vehementer crucior, harum duarum possessionum, videlicet Samarie et Chakan, quarum altera annuatim flor. 70, altera vero minus quiddam pendere solet, gratiose mihi decimas, durante vita, que admodum brevis futura est, percipiendas concedere dignetur, ut tamen aliquod mee vite sublevamen habeam, si quidem et ipse quondam dominus Strigoniensis hoc mihi concedere solitus erat. Ego eam spem in sacratissime Maiestatis vestre clementia habeo. ut quemadmodum alios omnes in simili calamitate ad eiusdem liberalitatem atque misericordiam confugientes pro sua innata erga afflictos clementia pietateque non solet deserere, sed potius subvenire, ita etiam me Maiestas vestra sacra deseri non patietur, verum preces meas et supplicationem piis auribus exaudire; quod si id Maiestas vestra sacra durante vita facere nollet vel saltem ad biennium gratiose annuere dignetur, dummodo non deserat. Nam si nihil a Maiestate vestra impetravero, omnino actum est de me, quod ut ne fiat, etiam atque etiam obsecro atque extensis palmis supplico. Ego si Maiestati vestre sacre reservire non potero, tamen pro sanitate Maiestatis vestre ac serenissimorum liberorum eiusdem et pro felici rerum et conatuum omnium successu Deum altissimum precibus meis, dum vivam, fatigare non desistam. Servet eandem Deus optimus maximus ad reipublice christiane utilitatem et ornamentum felicem et incolumem in multa secula

Posonii, die 15. Novembris 1550.

Sacratissime Maiestatis vestre

humilis et calamitosus subditus

Philippus litteratus.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie et Boemie etc. Maiestati regie, domino meo clementissimo.

Egy iv papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 15.

Közli: Iványi Béla.

419.

Pozsony, 1550 november 15.

A helytartótanács jelenti a királynak, hogy a garamszentbenedeki apátság birtoklása ügyében, a melyet előbb az esztergomi káptalannak, később Görög Mátyás esztergomi kanonoknak adományozott, a feleket az utóbbi hajthatatlansága miatt egyezségre hozni nem lehetett; kéri azért a királyt, hogy a káptalannak szolgáltasson igazságot.

Dominus Zagrabiensis.

Sacratissime rex etc. In negotio abbatie sancti Benedicti de Iuxta Gron inter capitulum Strigoniense et magistrum Matthiam Grecum canonicum Strigoniensem diligenter iuxta mandatum Maiestatis Vestre Sacratissime ad nos superinde datum tractavimus de concordia inter partes facienda adhibitis etiam nobis aliis Maiestatis Vestre consiliariis. Ubi ipse magister Matthias nullam penitus aliam concordandi viam admittere voluit, nisi ut simpliciter abbatia eidem assignaretur, tamquam per Maiestatem Vestram donata; capitulum vero ex adverso protulit coram nobis litteras Vestre Maiestatis priores efficacissimas, quibus mediantibus Eadem[1] abbatiam prenotatam tunc iusto modo vacantem ipsi capitulo Strigoniensi propter arduas causas infra id totum tempus, donec causa eiusdem capituli ratione arcis Chabrag determinaretur, possidendam dedit et contulit, quia abbatia et alioqui per ipsum capitulum de manibus laicorum fuisset pro duobus millibus florenis redempta, allegans prefatum capitulum, quod magister Matthias tamquam unus frater eorum iuratus non debuisset neque potuisset in preiudicium capituli a Vestra Maiestate Sacratissima abbatiam prefatam impetrare neque per alios impetratam salvo suo iuramento acceptare, supplicantes etiam in eo, ut cum et ipsi capitulares Strigonienses sint unum membrum fidelium subditorum Maiestatis Vestre Sacratissime in regno suo Hungarie, ne ad instantiam et simplicem alicuius querelam causa non audita gratia Vestre Maiestatis ab eis auferetur et ne in suis iuribus non auditi opprimantur, sed ut Vestra Sacratissima Maiestas iuxta iura et observationes huius regni sui tanquam iustus et pius rex causam eorum iure mediante revideri et unicuique, quod suum est, iuxta iustitiam divinam tribui faciat gratiose, cum et alioqui ipsi sint satis oppressi et eiecti sedibus propriis sub alienis tectis vitam ducere cogantur difficilem.

[1] Deletum «abbatiam Maiestas V.»

His et similibus multis prehabitis tractatibus cum utraque pars suo proposito firmiter adhereret, et nec ipse magister Matthias ad solutionem illorum duorum millium florenorum se intromittere, neque etiam capitulum a contentis litterarum Vestre Maiestatis donationalium et iuribus suis discedere vellet, concordiam aliquam facere non potuimus. Esset quidem dignum, Domine clementissime, ut et abbatia ipsa et alie ecclesie omnes, presertim, que in manibus laicorum sunt, per Vestram Maiestatem Sacratissimam iusto aliquo modo contentatis iuxta iura regni earundem possesoribus eliberarentur. Videtur tamen nobis in hac presenti causa, quod Maiestas Vestra Sacratissima gratiam suam capitulo Strigoniensi etiam nunc satis oppresso semel factam gratiose conservaret et ipsos capitulares, quibus abbatia legitime vacans per Eandem ultra redemptionem per eos factam collata et donata exstitit, in libera eius possessione absque iuridica revisione molestari non permitteret, sed eis quoque, sicut aliis iustitiam administrari faceret gratiose, cum in hoc uno salus regni consistat, ubi omnibus ex equo iustitia administratur.

Aliud insuper erat coram nobis per easdem partes propositum. Nam ipse magister Matthias incusabat capitulum, quod proventus ipsius a certo iam tempore eidem non reddentur; capitulum vero id non negabat, sed dicebat, quod multis ex causis penes statuta et observationes ecclesie sue iuste et merito ipse magister Matthias talibus proventibus privaretur, et offerebat ipsum capitulum se coram nobis mox et in continenti dictas causas privationis enarraturam, si ipse magister Matthias vellet super eis respondere, petendo nos, ut hoc negotium privationis fructuum iure mediante mox revideremus, et si quidem iniuste eum privari comperissemus, promittebat de omnibus proventibus usque ad minimum assem ipsum contentare velle. Ipse tamen magister Matthias per nos superinde requisitus nullam revisionem pati voluit neque causas ipsas audire, sed simpliciter proventus suos reddi sibi petebat. Unde nos his omnibus perceptis totam rei seriem Maiestati Vestre Sacratissime presentibus nostris perscribendam duximus, sentientes semper hoc unum, quod qui ad ius et iuridicam revisionem provocat, iustam causam fovere censetur. Servet etc. Posonii, die 15. Novembris 1550.

Locumtenens et Wesprimiensis.

R. Kiss I.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 305—307.

420.

Merenye, 1550 november 17.

Veszprémi Péter és Körmendi Balázs veszprémi kanonokok levele Nádasdy Tamáshoz, a kit arra kérnek, hogy Terjék Tamás helytartóját utasítsa a rigácskési tizedek és a szepetnekkési negyedek bérletének megfizetésére.

Spectabilis et magnifice domine, domine nobis gratiose, post servitiorum nostrorum ac orationum in Domino devotarum perpetuam commendationem. Novit do. vestra magnifica, quomodo in annum presentem decimas nostras Rygachkees et quartas Zepethnekkes a confratribus nostris capitularibus in arendam habuit, pro quorum pretio, tametsi ex voluntate eorundem nostrorum confratrum egregium dominum Thomam Theryek locumtenentem eiusdem in Kanysa requisiverimus, tamen semper in sp. et magnificam dominationem vestram differt et ab eadem superinde doceri cupit. Quare supplicamus tanquam domino nobis gratioso, ut medio exhibitoris presentium dignetur scribere ad ipsum dominum Thomam et ipsi serio committere, ut de pretiis dictarum decimarum et quartarum absque ulla dificultate integre nobis respondeat. Nos sp. et magnifice do. vestre perpetuo inserviemus, quam Deus optimus maximus conservet felicem ad vota. Ex Merenye, 17. Novembris 1550.

E. sp. et magnifice do. vestre

capellani

Petrus Wesprimiensis et Blasius de Kermend canonici ecclesie Wesprimiensis et decani de Merenye.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino Thome comiti de Nadasd, iudici curie regie Maiestatis ac suppremo regni capitaneo etc., domino nobis gratioso.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *U. V.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

421.

Augsburg, 1550 november 18.

Oláh Miklós egri püspök levele Nádasdy Tamáshoz, melyben többek közt ezt írja:

De rebus illis pontificalibus, quas quondam dominus Colocensis testamento suo legavit, et de quibus nuper dominationi vestre magnifice scripseramus et nunctiaveramus, cupimus habere responsum, ut sciamus nos preparare ad officia vestra peragenda.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *O* csomó.

Közli: Iványi Béla.

422.

Eger, 1550 november 28.

Verancsics Antal Gregoriánczi Pál zágrábi püspöknek megköszöni, hogy püspökségre emeltetését szorgalmazza.

Veniens nuper a te Mattheus Zerdahelinus, ille, inquam, Mattheus noster humanissimus, tui ita studiosus et amans mei, ut admirari ac fidem facere facile possim, eloqui vero minime, retulit mihi maxima quedam et vera sane paterni tui erga me animi signa, ex quibus magnam cepi voluptatem, iudicavique sine omni plane ambiguitate, quanti me faceres et quo effectu complectereris, qui sic ornamentis et commodis meis ultro operam dares. Cura siquidem ista tua et studium promotionis mee ad episcopalem apicem tanti habetur apud me, quanti apud verum filium debet, quum alioqui vix eam animo etiam capio, nedum ad habendas et referendas gratias sufficere confidam. Vincor igitur, vincor, Pater, tua benevolentia atque isto tuo incomparabilis meriti officio, qui me prius etiam, quam bene cognoveris, quum vix ter certe videris, iam et beneficiis augere festinas. Ceterum de dignitate episcopali non sum sollicitus, cuius quidem functionem mirifice reformido propter presentis evi infelicitatem, quo in antichristos incidimus, a veritate excidimus et hominibus placere eque studemus atque cogimur. Tu tamen fac mecum et pro tua conscientia, que te falli non sinit, et pro amore, quo me prosequeris, ut lubet. Si enim et legem adimplere et pietati satisfacere studes, nec proximo nec filio deesse poteris. Cave tamen, ne plus amori

hac in parte indulgeas, quam ducaris conscientia. Hec enim nobis vera suadet, ut propinqua spiritus et interioris vite nostre certus testis; ille plerumque falli solet, nempe cui externa dominantur et cum mille affectibus miscet vices. Jam si nobiscum pie eiusmodi reputare voluerimus, Deo certe, Pater, hanc sollicitudinem permittemus, qui quum et nostri curam gerit, ut quorum etiam capilli capitis numerati sunt in celo, et ecclesiam suam nunquam destituit, non est dubitandum, quin sit eos reperturus et vocaturus pastores ad custodiam gregis sui, quos dignos esse cognoverit, licet ii vel lateant, vel refugiant, vel longe alia meditentur. Non enim Aaron ambibat Mosis fratris sui in sacerdotio et in procuratione populi Dei consortium, non Petrus, non Andreas piscatores, non persequutor Christi Paulus, ceterique fratres Domini apostolatum affectabant, quando vocabantur... Ego vero vix domuncule mee sufficiens, et prope umbra hominis, ambiam episcopatum nec expavescam illud prophete: Non mittebam eos, et ipsi currebant, non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant? Jesu bone, quanta multorum partim cecitas est, partim impudentia, qui seipsos putent esse aliquid, quum nihil sint. Sed absit, ut quempiam arguam, dum me Deo subiicio, cum divino psalte decantando: Beatus, quem tu elegisti et assumpsisti, Domine, hic enim in atriis tuis habitabit. Vale, mi Pater, quam felicissime. XXVIII. Novembris 1550. Agrie.

Verancsics Antal: Összes munkái, VII. 163—165.

423.

Pozsony, 1550 november 30.

A királyi helytartó előtt tisztelendő Péter mester, pornai választott apát panaszt tesz, hogy Lukafalvi Zarka Pál az apátság mindszenti birtokán hatalmaskodott. A helytartó Zarkát megidézteti.

Venerabili magistro Petro electo abbate ecclesiae de Porno referente locumtenens regis Paulum Zarka de Lukafalva in possessione abbatiae de Mindszent damna perpetrantem citari jubet.

Eredetije a *vasvár-szombatheiyi káptalan levéltárában:* Litt. eccl. f. D. Nro. 23.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

424.

Késmárk, 1550 deczember 8.

Meltzer Gergely ír Bártfa városának, hogy kényszerítsék jegyese szüleit, adják neki nőül lányukat, mert különben az új vallás rossz hírbe kerül.

Gregorius Meltzer Tyropoli sexto idus Decembris anno 1550. scribit civitati Bartfensi, ut cogant parentes sponsae suae ad puellam sibi in coniugem tradendam. «Maxime vero hoc facere debebitis, quia relique omnes urbes in vos oculos propter puritatem doctrine coniiciunt. Ne igitur vel minima occasio male audiendi doctrine prebeatur: manibus pedibusque obstandum est.»

Bártfa városa levéltárából kijegyzette Ábel Jenő.

Közli: Bunyitay Vincze.

425.

Augsburg, 1550 deczember 12.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy küldjön pontos jelentést, vajjon a királyi megbizottak az elhunyt esztergomi érsek szolgáinak követeléseit mennyiben elégítették ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Crebre nobis exhibentur supplicationes servitorum reverendissimi quondam Strigoniensis, quibus nobis supplicatur, ut servitia preterita eorundem persolvi ipsis facere dignaremur. Cum itaque nos certam limitationem super eiusmodi servitiorum persolutione de pecuniis et rebus ipsius quondam Strigoniensis cuilibet servitorum eius iuxta merita uniuscuiusque eorum per fideles nostros reverendos Paulum Bornemyzza Wesprimiensem et Augustinum a Sbardellatis Waciensem episcopos nostro iussu exequendam Wienne fecerimus, scire non possumus, an servitoribus ipsius quondam Strigoniensis servitia eorum et credita iuxta limitationem nostram Wienne factam persoluta sint, nec ne. Quare volumus et fidelitati vestre committimus, quatinus acceptis presentibus, a prescriptis Wesprimiensi et Waciensi sine mora intelligatis, quid secundum issi onem nostram eis datam fecerint, et ab eisdem de pre-

missa servitiorum et creditorum solutione rationem accipere, quantumque unicuique servitorum dicti quondam Strigoniensis solverint, cognoscere ac tandem nobis fideliter perscribere debeatis, ut sciamus his, qui in servitiorum ac creditorum suorum petitione apud nos solliciti sunt, respondere. Aliud non facturi. Datum Auguste Vindelicorum, duodecima die mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Ferdinandus mp. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendo, venerabili et egregiis Francisco Thwrzo de Bethlemffalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice etc., fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 12.
Közli: IVÁNYI BÉLA.

426.

Augsburg, 1550 deczember 12.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség szanaszét szóródott jövedelmeit gyüjtse be.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex relatione fidelis nostri egregii Joannis Deseuffy etc., consiliarii nostri, inter alia intelleximus, fruges decimales istius presentis anni de archiepiscopatus Strigoniensis proventibus esse collectas et hinc inde ita dispersas iacere, ut de earum detrimento sit timendum. Cum autem nobis propter futuros usus consultum esse minime videatur, ut eiusmodi fruges divendantur, sed potius adhuc quidem conserventur, statuimus ea frumenta tam vini, quam tritici excussi in propinqua vel archiepiscopatus Strigoniensis, vel alia nostra castra et munitiones esse quamprimum perferenda, illicque ad imminentes usus et ulteriorem nostram ordinationem reservanda. Quare volumus committimusque vobis, ut illud ipsum sic fieri quamprimum curetis efficiatisque, nostram in eo expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, duodecima die mensis Decembris,

anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungarici vigesimo quarto, Bohemici vero vigesimo quinto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberck
per manu propria.
S. Sigmar mp.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi consiliario nostro, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol. 1550 deczember 12. Közli: Iványi Béla.

427.

1550 deczember 13. előtt.

Móré Márton és Dalmady András, Várday Pál érsek kamarásainak, továbbá Demjén ugyanezen érsek sáfárjának folyamodványa a királyhoz, melyben az esztergomi érsekség jövedelméből szolgálataikért végkielégítést kérnek.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine nobis clementissime.

Cum Maiestas vestra sacratissima superioribus diebus Vienne esset, commiserat Maiestas vestra camerariis suis Hungaricis, ut peracta vindemia ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis de servitiis nostris contentos redderent, qui iam undique collectis et administratis proventibus dicti archiepiscopatus nos contentos reddere minime volunt. Quapropter nunc denuo supplicamus Maiestati vestre humillime, tanquam domino nostro clementissimo, dignetur Maiestas vestra sacratissima iuxta priorem commissionem suam dictis dominis camerariis suis Hungaricis serio committere, ut nos omnibus expensis destitutos contentos reddere debeant. Clementissimum a Maiestate vestra sacratissima expectamus responsum.

Eiusdem Maiestatis vestre sacratissime
fideles et humillimi subditi
Martinus More
Andreas Dalmady
cubicularii
et Damianus dispensator
olim reverendissimi domini archiepiscopi
Strigoniensis etc.

Kívül: Supplicatio humillima Martini More, Andree Dalmady cubiculariorum et Damiani dispensatoris olim reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis etc.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 13.

428.

Augsburg, 1550 deczember 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Móré Márton és Dalmady András kamarásoknak, valamint Demjén sáfárnak fent említett követeléseit az esztergomi érsekség jövedelméből egyenlítsék ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex etc., semper augustus etc.

R., venerabilis ac egregii fideles dilecti. Et si vobis et antea et secunda etiam die mensis Junii nuper preteriti iniunxerimus, ut cum cubiculariis mortui quondam archiepiscopi Strigoniensis de salariis ipsorum rationem subducere, ipsosque ex archiepiscopatus Strigoniensis proventibus contentos reddere deberetis, iam tamen ab iisdem Martino scilicet More ac Andrea Dalmady necnon Damiano dispensatore eadem de re iterum interpellati simus, sicuti ex inclusa supplicatione fusius intelligitis. Si itaque ipsis hactenus satisfactum non est, volumus et committimus vobis, ut de dictis salariis ipsos iuxta priora mandata nostra contentos quam primum reddatis. Nostram in eo omnimodam executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, decima tertia mensis Decembris, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungarici vigesimo quarto, Boemici vero vigesimo quinto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberckh
per manu propria.
S. Sigmar mp.

Kívül: R., venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 13.

429.

Augsburg, 1550 deczember 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy Fülöp deáknak a somorjai és csákányi tizedekért benyujtott folyamodványáról küldjön véleményes jelentést.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex etc., semper augustus etc.

R., venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusis litteris fidelis nostri Philippi litterati quondam servitoris nuper defuncti archiepiscopi Strigoniensis intelligetis, nos ab eo humillime interpellari, ut sibi in recompensam dictorum servitiorum ac pro sustentione sua decimas duarum possessionum Samarie et Chakarn, durante vita sua vel saltem ad biennium percipiendas concedere dignaremur.[1] Cum itaque nesciamus, quid nobis in eo faciendum sit, volumus et committimus vobis, nos super dicta petitione cum sententia et opinione vestra quam primum informetis. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, decima tertia die mensis Decembris, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungarici vigesimo quarto, Boemici vero vigesimo quinto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberckh
per manu propria.
S. Sigmar mp.

Kívül: R., venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 13.

Közli: Iványi Béla.

[1] Cfr. supra nro. 418., pag. 434 sg.

430.

Augsburg, 1550 deczember 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a kamarai számadók fizetését ne az esztergomi érsekség jövedelméből, hanem másunnan fedezzék.

Quod rationistis camere salarium augeri commissum est, ex proventibus tamen archiepiscopatus ad finitima iam loca deputatis provisio fieri non posse declaratur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Rationiste et scribe apud vos, nos iam humillime interpellarunt, cum hactenus salariis suis sufficere non potuerunt, vellemus ipsis pane et vino ex archiepiscopatus Strigoniensis redditibus providere. Cum autem non ignoretis nos omnes eiusmodi proventus ac redditus in conservationem et intertentionem castrorum et munitionum confiniorum dicti archiepiscopatus atque adeo communis regni Hungarie deputasse, sic, ut inde nihil plane proprii commodi ad nos perveniat, non possumus dictorum rationistarum et scribarum petitioni annuere. Scripsimus autem ad vos de ipsorum salariis augendis antea, quod ipsis indicare poteritis. Nostram in eo omnimodam exequuturi voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, die decima tertia Decembris, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, Hungarie vigesimo quarto, Bohemie vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberck
S. Sigmar.

Országos Levéltár: Benign. Resol. II. kötet, 275.

Közli: Iványi Béla.

431.

Sümeg, 1550 deczember 14.

Turkovith értesíti Nádasdy Tamást, hogy a veszprémi püspökhöz Sümegre megérkezett.

Spectabilis et magnifice domine, domine gratiosissime, perpetuorum servitiorum meorum commendationem. Salvus huc gratia Dei perveni, duos, qui mecum erant, portarios remisi. Ego

iuxta commissionem sp. mag. do. vestre et assensum reverendissimi domini Wesprimiensis manebo hic per paucos dies. Heri tarde licet Symegium appuli, tamen ad manus domini reverendissimi res argentarias tradidi. Spectabilem magnificam dominationem vestram altissimus Deus felicissimam conservare dignetur. Datum ex Symeg, 14. Decembris anno 1550.

Eiusdem spectabilis dominationis vestre magnifice

servitor perpetuus
Thurkowyth etc.

Post scripta: Dixit dominus reverendissimus me tum domum dimissurum, cum Wesprimio rediret.

Kívül: Spectabili et magnifico domino, domino comiti Thome de Nadasd perpetuo terre Fogharas, iudici curie regie Maiestatis et suppremo regni Hungarie capitaneo etc., domino meo gratiosissimo.

Eredetije papiron, kívül zárópecséttel. *Országos Levéltár*: Nádasdy-missilisek. *T.* 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

432.

Vasvár, 1550 deczember 15.

A vasvári káptalan előtt Bikszádi János vasvári éneklőkanonok bizonyítja, hogy midőn ő néhai Kastellanfy János Zyrch nevű tótországi falujában plébános volt, látta Ferdinánd királynak azon levelét, melyben a király a borsodmegyei Edelényt Kastellanfy Jánosnak ajándékozta.

Coram capitulo de Castroferreo testimonium perhibet Joannes de Bikszád canonicus, cantor ecclesiae Castriferrei, se vidisse litteras regis Ferdinandi, in quibus rex possessionem Edelény in comitatu Borsodiensi existentem Joanni Kastellanfy dono dedit, quando in Sclavonia in pago Joannis quondam Kastellanfy Zyrch (nunc Szirács) vocato plebanum egit.

A vasvár-szombathelyi káptalan protocolluma: 1543—51. év, pag. 182—183.

Közli: Karácsonyi János.

433.

Somlóvásárhely, 1550 deczember 16.

Cseh Márta, a vásárhelyi kolostor apátnője, és Devecseri Choron András egyezséget kötnek. Choron visszabocsátja az apátnő jobbágyát s az apátnő ezért 100 forintot fog fizetni.

Nos domina Marta Cheh abbatissa et conventus ordinis Premonstratensis in oppido Wasarhel degentes memorie com-

mendamus..., qualiter nos cum egregio domino Andrea Choron de Dewecher... ad hanc pacis et concordie devenimus unionem, quod idem dominus Andreas Choron... non considerans quantitatem quamplurimorum damnorum suorum in vinis, frugibus rebusque suis aliis per quondam Thomam Kwlchar iobagionem nostrum, clavigerum autem suum, tempore sui clavigeratus irrogatorum, eundem Thomam Kwlchar solutione centum florenorum Hungaricalium commisit et reliquit expeditum..., quos nos... die festi purificationis beatissime virginis Marie... persolvere debeamus... Datum in predicto oppido nostro Wasarhel, feria tertia proxima post festum beate Lucie virginis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

A pecsét mellett más kéztől: Martha Czeh Wasarhely kalastromnak fejedelme az conventhel egÿetemben.

Eredetije *hg. Eszterházy levéltárában:* F. Q. Nro. 391.

Közli: Karácsonyi János.

434.

Devecser, 1550 deczember 16.

Deveeseri Choron András a vásárhelyi apáczákkal választott birák előtt egyezséget köt a kölcsönös sérelmek megszüntetésére.

Nos Andreas Choron de Dewecher memorie commendamus per presentes, qualiter nos cum religiosis dominabus Martha Cheh abbatissa et conventu ordinis Premonstratensis in oppido Vasarhel degentibus medio egregiorum Gregorii Babyndaly de eadem prefecti castri Sabariensis, per generosam et magnificam dominam spectabilis et magnifici domini generalis regie Maiestatis etc. coniugem et magnificum dominum Franciscum de Rewa, vacante officio regni Hungarie palatini locumtenentem etc., ad compositionem et complanationem litium et differentiarum infrascriptarum inter nos ab una ac prefatas dominas abbatissam et conventum partibus ab alia habitarum transmissi, item Lazari Zent Ivanii, Demetrii de Beycz, Michaelis Sybak de Monozlo et aliorum ad hanc pacis et concordie devenimus unionem, quod nos habentes in primis respectum mandatorum predictorum domine coniugis dictis domini generalis et domini Francisci de Rewa, quorum mandatis obtemperare volentes, propterea non considerando quantitatem quamplurimorum dampnorum nostrorum in vinis, frugibus rebusque nostris aliis per quendam Tho-

mam Kulchar iobagionem dictarum dominarum abbatisse et conventus, clavigerum autem nostrum, tempore sui clavigeratus irrogatorum, eundem Thomam Kulchar, solutione centum florenorum Hungaricalium commisimus et reliquimus expeditum et supportatum, quos nobis et domine Margarethe coniugi ac Johanni Choron filio nostris, hic in oppido nostro Dewecher die festi purificationis beatissime virginis Marie proxime venturo omni occasione omnibusque subterfugiis posthabitis annotate domine abbatissa et conventus, per homines earum plene et integre in monetis Germanicis deponere et persolvere debeant et teneantur, quod si deponere nollent, non possent, aut non curarent, tunc prefate domine abbatissa et conventus in summa pecuniarum in litteris evocatoriis specificata, in acquisitione scilicet nostra contra nos convincantur et convicte habeantur, vicissim nos et domina Margaretha consors ac Johannes Choron filius nostri, si quoquo modo prefatos centum florenos die et loco prescriptis levare et recipere nollemus, aut non curaremus, tunc in prefata summa actionis et acquisitionis nostre contra prefatas dominas abbatissam et conventum convincamur et convicti habeamur. In facto autem decimarum vini et frugum anni presentis de oppido Wasarhel et pertinentiarum suarum ex districtu montis Somlyo provenientium,, cum prefatis dominabus abbatissa et conventu ita concordavimus ut totam ipsam decimam anni presentis per nos iam exactam nobis reliquerunt, decimarum vero anni futuri sive proxime sequentis de eodem oppido Vasarhel et pertinentiis suis provenientium directam medietatem nos, alteram vero directam medietatem dicte domine abbatisse et conventus percipiamus, cuius pretii medietatem prefate domine abbatissa et conventus, alteram vero nos persolvere debeamus, universe item lites et differentie, iniurie, controversie, dampnorumque illationes hactenus, quibuscunqne ex causis inter nos ac prefatas dominas abbatissam et conventum hominesque et iobagiones ac servitores tam nostros, quam ipsarum facte, mote et suscitate fuissent, per omnia et de plano quoad plenum sopite et condescense sint et habeantur, his exceptis, quod factum ademptionis quatuor bovum cuiusdam iobagionis earundem dominarum abbatisse et conventus in oppido earum Vasarhel commorantis, ratione succisionis cuiusdam sylve nostre ad oppidum nostrum Dewecher pertinentis per nos ademptorum, preterea factum etiam surreptionis peponum per quosdam servitores colonorum de Lowas, ex possessione Bodorffalwa surreptorum, quos nos de iure furti participes esse proponemus,

factum insuper saltim discessus proinde Pauli Lowasy de eadem Lowas, tunc portarii nostri de Dewecher, in prima sede iudiciaria istius comitatus Wesprimiensis per vicecomitem, iudices nobilium et iuratos nobiles eiusdem comitatus, inter nos et dictas dominas abbatissam et conventum ambarum partium propositionibus auditis de iure revideantur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras sigillo nostro armali obsignatas prefatis dominabus abbatisse et conventui duximus dandas et concedendas. Datum in dicto oppido nostro Dewecher, feria tertia proxima post festum beate Lucie virginis et martyris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo.

Papiron, alul papirral fedett, viaszba nyomott gyűrűs pecséttel. *Országos Levéltár:* Mon. Poson. fasc. 26. Nro. 5.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

435

Augsburg, 1550 deczember 19.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar udvari kamarának, hogy a veszprémi és a váczi püspököktől kérjen felvilágosítást az elhunyt esztergomi érsek tartozásairól.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex etc., semper augustus etc.

R., venerabilis ac egregii fideles dilecti. Accepimus litteras vestras vigesima Novembris preteriti ad nos scriptas, quibus intelleximus vos petere de limitatione, ratione debitorum quondam demortui archiepiscopi Strigoniensis facta certiores fieri. Nos recordamur, cum iam Vienna discedere vellemus, negotium hoc, in presentia consiliariorum Hungarorum fuisse deliberatum ac postea Vesprimiensi et Vaciensi episcopis iniunctum. Quare ab iisdem de eiusmodi limitatione edoceri poteritis et certiores fieri. Quo facto, iuxta eiusmodi limitationem dicta debita persolvere vos volumus. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, decima nona die mensis Decembris, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus mp.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melicher von Hoberck
per manu propria
S. Sigmar mp.

Kívül: R., venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1550 deczember 19.
Közli: Iványi Béla.

436.

Eperjes, 1550 deczember 22.

Gyalui Torda Zsigmond értesíti Melanchthon Fülöpöt, hogy nagy örömmel vette a hírt, hogy Melanchthon hozzá szándékozik jönni Magyarországba, ha a német viszonyok még zavarosabbakká lennének.

S. D. Etsi nunquam dubitavi, quin a te diligerer, nam et presentem me in intimis habuisti et deinde absentem sepe ornasti iudicio tuo, tamen ex eo maxime coniicio amoris erga me tui magnitudinem, quod scripsisti iam binis litteris, te si quid istic turbentur, ad me venturum. Sed profecto tibi non concedo, quod tu me ardentius diligas, quam ipse a me amarere. Vide, quantum et quam audacter usurpem! Cum tibi tribuam singularem sapientiam, bonitatem summam, cum te alterum parentem agnoscam. Tantum opto, eas mihi facultates divino munere dari, quibus te ita mee domi habere queam, ut velim. Utinam et tempora ea sint, que non obstent, quominus tranquillum hospitium prebeamus. Transmontanam provinciam Turce reliquerunt etc. — — Christus optimus maximus te quam diutissime in vita conservet et teneat ab omni casus adversi acerbitate. Eperjessi, XXII. Decembris MDL.

Sigismundus Torda
Gελωus.

Eredetije *Landeshutban a Wallenberg-Fenderlin-féle könyvtárban:* Hs. 1., 2. p. 186. — Közölte *Bauch Gusztáv,* Történelmi Tár, 1885. évf., 532.

437.

Beszterczebánya, 1550 (?) deczember 25.[1]

Beszterczebánya tanácsa kérdést intéz a selmeczbányai tanácshoz, hogyan terjeszszék sérelmeiket a király elé, mert félnek az érsek bosszújától.

Es haben uns die Hern von der Crembnicz etlich Copyen hinaus in Lantag verfertig sollen werden zueschickht, welche uns zu mereen tails gefallen, lassen auch baj derselben stellen blai-

[1] Annum tardior manus adiecit. Sed quia contextus archiepiscopum memorat, a. 1550. vero nullus in Hungaria archiepiscopus erat, verosimilius epistola a. 1548. pertinet.

ben, welche one Zweifel E. H. gleichesfall zuegeschickht seindt worden. Alain belaufen der priesterschafft gesteltes lathainische schraiben halben, wil uns in khainelej weg nit for guett angesehen worden, das man solches in geschrifften, welche dan warlich scharff gestellt, der Khu. W. Maiestet ainraichen soll, den E. H. als di hochverstendigen ermessen khönnen, das es nit umbgangen solches dem Erzbischoff in seine hende khumen wurde. Er sunst ietzt allenthalben stiffet und practiciertt uns in unglück und schaden zubringen; auch E. H. ermessen mögen, das er hernach vil mer und sein leben lang auff uns ain gewaltigen zorn und grollen nimmermer zu vergessen tragen wurde. Derhalben uns vor das peste ansehe, wie es dan in versamblung beschlossen, jedoch E. H. Ratt darmit nichts benommen, solches der Khu. Maiestet durch di Gesandter mundlich, doch gleichwol in der gestalt, wie di copey des schraibens gestellt dan di lautter warhait furgetragen nicht werden. Auch sehe uns vor guett an, das man der Khu. W. predicanten in namen der Steet ain markh zwa schaugroschen verehret, darneben bete, das er baj der Khu. Maiestet unser fuerspracher und helffer sein wolde, welches dan di gesandten mit wait leufftigen wortten all unser beschwar verstendigeth, damit wir mit in ferner und waitter ungnaden baj dem Bischoff khemen, dan er uns an das schon in ungnad gefasset hat.

Waiter pitten wir auch E. H. wollen uns mir dem ehisten berichten, wan di Gesandten sollen auff sein, den es wer guett, das man for dem Lantag noch zu Wien vor wegen der Priesterschafft mit Kh. W. schliessen möcht, den im dem Landtag wirdt ander Geschäfft und Sachen der Khu. Maiestet füerfallen, darmit sÿ genueg zu thun wird haben. Begeben von E. H. ain endlich antwort.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* Fasc. XXV.

Közli: Karácsonyi János.

438.

Augsburg, 1550 deczember 26.

Fejértavi János levele Nádasdy Tamáshoz az augsburgi eseményekről és a vallási háború készülődéseiről.

Spectabilis et magnifice domine, domine et patrone colendissime.

Servitiorum meorum commendationem perpetuam. Etsi nihil habeam novarum rerum, quod vel auditu dignum vel lectu

iucundum esset, sciamque plane S. M. D. V. ex aliorum litteris et sermone facile omnia intelligere, que hic aguntur. Ne tamen mea erga eam fides et perpetua observantia diuturno silentio vel languesceret, vel in totum extingueretur, has ad S. M. D. V. dedi per breves, quibus saltem statum hic nostrum declararem. Sciat itaque S. M. D. V., dominum meum reverendissimum una cum familia sua Dei beneficio recte valere. Quod ad conventum hunc attinet, dicitur brevi finem habiturum, quanquam principes Germanie etiamnum absunt, preter paucos, qui ab initio interfuerunt. Novissime advenerunt ex Hispania Maximilianus rex, ex Bohemia Ferdinandus, principes filii regie Maiestatis. Expectatur regina quoque Maria, cuius adventu concludentur, si diis placet, omnia bono fine. Ith Nemet orzagba ismeg hadath varwnk, merth amynt mongyak az Magdeburgyaknak, kyt Morycz herczeg az őzzel vytatha, nagh segechegők tamadot. Amynt mongyak, tyzenőt comes es egyeb feyedelmek eskőtthenek őzwe, kyknek vagyon nagh seregők. Immar elfoglalthak vona az Brenny pyspeksegőt, ky nem mezze vagyon Magde Burga warasathwl. Ezők mongyak magokath fe nekyl valoknak, de amynt a hyr wagyon, segetyk penzel őket franciai, angliay es thőb kyralyok. Chazarys, a mynt mongyak el kylthe hadnagyth nepet fogadnÿ. Status quoque imperii obtulerunt se daturos auxilia contra inobedientes. Nescio, quo pacto ferent labenti Hungarie auxilia. Thőbet nem yrok, merth nemys bathorsagos yrnya, merth meg vagyon haghwal, hogh synky ynnen Magyar orzagba hyrt ne yryon. Azert supplico S. M. D. V., tueatur nomen meum. Spes est fore, ut hinc post unum mensem redeamus Viennam, quod utinam fieret tempestive, nam ego his paucis mensibus integri anni salarium in usus meos liberaliter insumsi. Servet S. M. D. V. Althissimus diu felicem et incolumem, cui mea perpetua servitia commendo et dedo. Datum Auguste Rethie, 26. mensis Decembris 1550.

Eiusdem S. M. D. V. servitor minimus

Feyerthoy.

Kívül: Spectabili et magnifico domino meo, domino comiti Thome de Nadasd, perpetuo terre Fogaras et comitatus Castriferrei comiti, iudici curie et consiliario regie Maiestatis ac regni Hungarie supremo capitaneo etc., domino et patrono mihi observandissimo atque gratiosissimo.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *F.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

439.

Augsburg, 1550 deczember 30.

Oláh Miklós egri püspök levele Nádasdy Tamáshoz, melyben írja:

Hoc biduo venit huc fama dominum comitem a Salm, post aliquanti temporis egritudinem Agrie mortuum esse corpore exesum. Doleo ex animo, id hoc tempore contigisse, non solum propter me, sed magis propter Maiestatem regiam, dominum nostrum clementissimum, sed quis fato resistere potest. Vereor, ne occulto Dei iudicio premamur et ne pedum Sancti Adalberti eum pupugerit et calice Sancti Joannis impeditus fuerit. Nadasdi non fuit ibi... etc.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *O.* csomó.

Közli: Iványi Béla.

440.

1550.

A veszprémi egyházmegyének fölosztása, továbbá a plébániák és plébánosok névsora.

Episcopatus seu dyocesis Vesprimiensis dividitur in sex archidiaconatus, videlicet	2		Archidiaconatum Cathedralem, qui unitus est cum prepositura Omnium Sanctorum, et habet sub se duas vicarias seu duos vicearchidiaconos.
	10		Archidiaconatum Simigiensem, qui habet sub se decem vicarias seu vicearchidiaconos.
	8		Archidiaconatum Zaladiensem, qui habet sub se octo vicarias seu vicearchidiaconos.
	4		Archidiaconatum Segesdiensem, qui habet sub se quattuor vicarias seu vicearchidiaconos.
	4	Turca habet	Archidiaconatum Budensem, qui habet sub se quattuor vicarias seu vicearchidiaconos.
	2		Archidiaconatum Albensem, qui habet sub se duas vicarias seu vicearchidiaconos

Item prepositura maior habet saltem duas plebanias, videlicet, Naghwason et Menchel, quae modo vacant.

Item Buda civitas regia est in dyocesi Wesprimiensi, sed tamen est sub iurisdictione archiepiscopatus Strigoniensis et plebani non veniunt ad sanctam sinodum Wesprimium, sed Strigonium.

Item civitas Alba Regalis et ibidem cruciferi sunt in dyocesi Wesprimiensi, sed dicunt se esse exemptos ex sinodo Wesprimiensi, sed cum tempore videndum erit.

Item abbatia Zalawariensis est in diocesi Wesprimiensi cum certis plebanis, qui non venient ad sinodum Wesprimiensem, sed Strigoniensem.

Item abbatia Somoghwariensis est in diocesi Wesprimiensi, sed est iurisdictionis Strigoniensis.

Episcopatus Vesprimiensis habet in sua dyochesi (!) quinque comitatus, videlicet: Wesprimiensem, Albensem, Zaladiensem, Simigiensem et Pilisiensem.

1550.

Registrum super nomina plebanorum in archidiaconatu Zaladiensi existentium.

Prima vicaria Balathonfe.

Wazol, dominus Franciscus vicearchidiaconus.
Palaznak, Franciscus plebanus.
Alsofyred, vacat.
Felsewfyred, Joannes plebanus.
Kewesd, Sebastianus plebanus.
Naghpechel, Michael plebanus.
Wdwary, vacat.
Zenthpetherdergyche, vacat.
Zenth Balasagya, Paulus plebanus.
Thagyan, Clemens plebanus.

Zenth Antalffalwa Zenth Berekffalwa Zenth Jakapffalwa Zanka Zepezd Monozlo	vacant.

Wygand, Bartholomeus palebanus (!).

Secunda vicaria Thapolcha.

Thapolcha, dominus Anthonius vicearchidiaconus.

Ibidem Benedictus rector altaris. Hic alias fuit schola particularia (!) sed modo vacat.

Halap
Dyzel
Gywlakezy
Thothy
Bach
Mynthzenthkallya
Zenth Benedekkallya
Keweskalya
} vacant.

Kywago Ewrs, Gregorius plebanus.
Echeer
Abraham, vacant.
Gywlach, Lucas plebanus.
Zeglygeth, vacat.
Heghmagas, Osvaldus plebanus.
Wyffalw, penitus deserta.
Deaky, penitus deserta.
Kereky, vacat.
Badachon, vacat.
Kebelkwth, vacat.
Saska, vacat.
Dobos, penitus deserta.
Zenthpeter, vacat.

In ista vicaria est quedam abbatia Almad Apathy vocata, quam habet filius Petri Bakyth, qui tenetur intrare ad sinodum.

Tertia vicaria Symegh.

Symegh, dominus Joannes vicearchidiaconus.
Wsa, Anthonius plebanus.
Isthwand, vacat.
Thomay, vacat.
Vytha, Franciscus plebanus.
Gyerek, vacat.
Falwd, vacat.
Walws, Blasius plebanus.
Syd, Gregorius plebanus.
Hydegkwth, vacat.
Base, vacat.

Erek, vacat.
Chee, Gregorius plebanus.
Maa, vacat.
Mynthzenth, deserta.
Hozwthoth, Stephanus plebanus.

Zenthgergh
Chab
Rennek
Pyspekwsa
Sarosd
Goganffalwa } vacant.

Quarta vicaria Zantho.

Zantho, dominus Franciscus vicearchidiaconus.
Ibidem Joannes rector altaris.
Kezthel, Petrus plebanus.
Rezy, Mathias plebanus.
Egregh, vacat.
Karmach, vacat.
Zenthgergh, Valentinus plebanus.
Mand, vacat.
Gylwez, vacat.
Zentlazlo, Albertus plebanus.
Zenthgeroth, Benedictus plebanus.
Kyszenthgeroth, vacat.
Thekenye, Laurentius plebanus.
Kerbew, Anthonius plebanus.
Kys Gerbew, vacat.
Zent Erzsebeth, vacat.
Kyswasarhel, vacat.
Emnyere, vacat.
Wythorna Zelews, Demetrius plebanus.
Kerezthwr, vacat.
Wythornalak, vacat.

Item in ista vicaria est quedam prepositura Thyrle vocata ordinis Premonstratensium, quam habet nunc quidam Martinus presbiter, qui tenetur intrare ad sinodum. Idem quodque tenet plebaniam.

Quinta vicaria Kapornak.

Henye, dominus Anthonius vicearchidiaconus.
Zenthlewryncz, Joannes plebanus.

Zenthywan, Clemens plebanus.
Ollar, Paulus plebanus.
Zepethk, deserta.
Isthwand, Blasius plebanus.
Dethk, Petrus plebanus.
Weged, Leonardus plebanus.
Zalazegh, Georgius plebanus.
Chafford, Blasius plebanus.
Koppan, vacat.
Ketheda, vacat.
Chan, Stephanus plebanus.
Kalos, vacat.
Chanyzenthmyhal, vacat.
Igriczy, Valentinus plebanus.
Issebor, vacat.
Pacha, vacat.
Pleskezenthmyhal, Thomas plebanus.
Zenth Andras, Thomas plebanus.
Hethes, Simon plebanus.
Bwcha
Zenthamas
Bodogazzonhaza } vacant.
Bezered
Gywrews
Orbanosffalva, Laurentius plebanus.
Apathy, Petrus plebanus.
Wechkend, vacat.
Kapornak, Michael plebanus.

Ibidem est etiam abbatia, quam habet quidam Albertus, qui nunc est Padue in studio, fuit etiam hic schola particularis, sed modo vacat, posset tamen auxilio erigi.

Sexta vicaria Egerzegh.

Egerzegh, dominus Mathias vicearchidiaconus, concionator.
Ibidem sunt rectores altarium, dominus Fabianus, Emericus, Franciscus, Benedictus et Georgius.
Bessenyw, Nicolaus plebanus.
Chathar, Stephanus plebanus.
Mynthzenth, vacat.
Dobron, Petrus plebanus.
Zenthmyhal, Andreas plebanus.

Bonchodffelde, Gregorius plebanus.
Salamonwara, Petrus plebanus.
Lewe, Laurentius plebanus.
Mynthzenth, Ambrosius plebanus.
Harshagy, Andreas plebanus.
Chathar, Ambrosius plebanus.
Bewk, vacat.
Zenthgergh, Benedictus plebanus.
Bagod, Vincentius plebanus.
Bodogffalwa, Joannes plebanus.
Zenthmarthon, Michael plebanus, concionator.
Mezelew, vacat.
Ola, Nicolaus plebanus.

In Egerzegh est etiam schola mediocris, tamen cum adiutorio poterit miliorari. Item in ista vicaria est etiam quedam parva abbatia Chathar vocata, quam habet quidam Franciscus presbiter, qui tenetur intrare ad sanctam sinodum.

Septima vicaria Nova.

Nowa, dominus Petrus vicearchidiaconus.
Zenth Andras, vacat.
Kwthossyzenthpeter, Joannes plebanus.
Kalozffalwa, Michael plebanus.
Irsaykozmadamyan, Valentinus plebanus.
Alsoagy, vacat.
Bechwelgh, vacat.
Zenthywan, Georgius plebanus.
Mylei, Valentinus plebanus.
Lengel, vacat.
Lak, vacat.
Kerezthwr, Michael pebanus.
Ballaheda, Nicolaus plebanus.
Zenthgergh, Petrus plebanus.
Bak, Paulus plebanus.
Seyther, Georgius plebanus.
Thoffe, Nicolaus plebanus.
Tharnakykozmadamyan, Michael plebanus.
Zempach, vacat.
Isthwand, Blasius plebanus.
Zenthmargytha, Mathias plebanus.

Zenth Adoryan, vacat.
Zemenye, Nicolaus plebanus.

Octava vicaria Zepethnek.

Zepethnek, dominus Emericus vicearchidiaconus.
Philippus abbas de Kerezthwr.
Joannes plebanus de Zenthmyhal.
Petrus plebanus de Rygyach.
Petrus plebanus de Homokkomar.
Benedictus plebanus de Zenthmyklos.
Blasius plebanus de Zenthbalas.
Abraham plebanus de Felsew Rayk.
Georgius plebanus de Also Rayk.
Gregorius plebanus de Kerechyen.
Joannes plebanus de Gelse.
Simon plebanus de Wywdvar.
Joannes plebanus de Pamlim.
Nicolaus plebanus de Kanysa.
Michael plebanus de Zenthmyklos.
Dionisius plebanus de And.
Georgius plebanus de Rechye.
Georgius plebanus de Bakonak.
Michael plebanus de Merenye.
Franciscus plebanus de Garaboncz.

Vacantes

Bagolya, Mynthzenth, Sewl, Ongh, Kachyor, Akya, Dwsnak.

Archidiaconatus cathedralis, qui unitus est cum prepositura omnium sanctorum et habet sub se duas vicarias.

Prima vicaria Kadartha.

Kadartha, dominus plebanus vicearchidiaconus.
Olazfalw, Nicolaus plebanus.
Hagmaskeer, Joannes plebanus.
Peremarthon, Franciscus plebanus.
Ewssy, Petrus plebanus.
Ladan, Emericus plebanus.
Papkezy, Michael plebanus, concionator.
Zenthkeralzabadya, Thomas plebanus.
Kayar, Simon plebanus.

Item in ista vicaria essent plures ville et plebanie, versus Albam et Symonthornya, que modo sub ditione Thurcarum

sunt, licet etiam ville suprascripte serviunt et solvunt censum Thurcis.

Secunda vicaria Dewecher.

Dewecher, domínus Joannes vicearchidiaconus.
Zek, vacat.
Ayka, Demetrius plebanus.
Ayka Rennek
Lerynthe
Koronthar } vacant.
Myske
Ewch
Werestho, Stephanus plebanus.
Bylege
Chathar } deserte.
Pwlya
Zenthgal, vacat.
Nemethy et Herend, vacant.
Kowachberend, Joannes plebanus.
Fayez, Nicolaus plebanus.
Wesprimii sunt quattuor plebanie videlicet:
Sancti Nicolai
Sancti Joannis
Sancte Margarethe } deserte.
Sancti Thome

Item in ista vicaria est quedam prepositura Rathoth vocata, ordinis Premonstratensium prope Wesprimium, quam nunc possidet egregius Ladislaus Gywlaffy tanquam patronus.

Archidiaconatus Simigiensis habet decem vicarias.

Vicaria Kalmanche habuit olim plebanias 19.
Vicaria Hederhel habuit plebanias 18.
Kapol vicaria, 14.
Vicaria Kaposfe, 20.
Vicaria Somodor, 21.
Vicaria Somoghwar, 21.
Vicaria Gywgh, sive Gamas, 22.
Vicaria Feyereghaz, 18.
Vicaria Zychy, 17.
Vicaria Fok sive Che, 19.

Kívül: Regestum de plebanis episcopatus Vesprimiensis dyochesianis.

Eredetije négy ív papiron. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 19. Nr. 41.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

441.

1550.

A veszprémi székesegyház javadalmasainak lajstroma.

Anno 1550. Elenchus dignitatum et beneficiorum ecclesie Vesprimiensis.

Episcopus reverendissimus Paulus Bornemyzza, alias Abstemius e preposito Veteris-Bude anno 1548. die 4-a Novembris creatus.

Prepositus maior cum canonicatu.

Lector cum canonicatu.

Cantor cum canonicatu.

Custos cum canonicatu.

Prepositus minor omnium sanctorum cum canonicatu simul et archidiaconus cathedralis.

Archidiaconus Symigiensis cum canonicatu.

Archidiaconus Zaladiensis cum canonicatu.

Archidiaconus Segesdiensis cum canonicatu.

Archidiaconus Budensis cum canonicatu.

Prepositus Hantensis cum canonicatu.

Prepositus Örsiensis s. Marie Magdalene flentis cum canonicatu.

Archidiaconus Albensis cum canonicatu.

Magister Blasius de Alba canonicus.

« Joannes de Körmönd «

« Joannes Hungarus «

« Emericus de Kalmancz «

« Andreas de Keves[1] «

« Franciscus de Segesd «

« Georgius N. «

« Paulus de Hantha «

« Franciscus de Paxi «

« Stephanus de Zakan «

[1] Tardior manus adiecit: Hic 1553. factus episcopus Wesprimiensis arcem Simegiensem reaedificavit.

Magister Franciscus de Alba canonicus
« Nicolaus de Zelyes «
« Gallus de Bikallya «
« Blasius de Körmönd «
« Petrus de Mama «
« Casparus de Zepethnek «
« Blasius Paxi «
« Joannes Siger[1] «
« Georgius Kathich «
« Andreas de Zepethnek «
« Petrus de Ratold «
« Thomas de Palostics «
« Antonius de Bogad «

Trigesimus sextus vacat.

Beneficia item seu rectoratus altarium ad ecclesiam cathedralem b. Michaelis pertinentes. Et quidem collationis episcopatus erant:

Altaria sancti Blasii.

Rectoratus s. Stephani regis simul cum subrectoratu in monte prope ecclesiam sancti Thome.

Rectoratus sancte Afre.
« sancti Petri apostoli.
« sancti Michaelis.
« sancti Petri martiris.
« altaris Sancti Spiritus.
« sanctorum Joannis et Pauli.
« sancti Martini.
« sancte Crucis.
« sancti Ladislai regis.
« sancti Nicolai.
« sancti Udalrici.
« altaris Omnium Sanctorum.
« sancti Georgii.
« sancti Andree apostoli in horto domini episcopi.
« sancti Joannis apostoli.
« sancti Emerici ducis.

Denique beneficia collationis seu electionis capituli fuere sequentia:

[1] Quidam vergente in finem saeculo XVIII. adiecit: «Hic ex Batavis oriundus plures habuit successores Dei sacerdotes in diocesi Nitriensi, Agriensi, Vaciensi, Jaurinensi etiam honoribus profanis in diversis provinciis florentes.»

Rectoratus capelle sanctissimi corporis Christi.

Rectoratus sanctissime Trinitatis per magnum Mathiam Jenew fundatus.

Altaria sanctarum Barbare, Catharine et Dorothee virginum.

Altaria b. Marie virginis penes fluvium sub castro nove fundationis vocato.

Altaria fidelium defunctorum.

Domus hospitalis sancte Catharine cum vineis et molendino in Hagymaskeer.

Rectoratus sanctissime Trinitatis cum domo penes portam et cum vineis.

Rectoratus capelle assumptionis B. Marie V. ad latus parochialis ecclesie sancti Joannis Baptiste.

Rectoratus altarie sanctissimi corporis Christi ex opposito parochialis ecclesie sancti Nicolai supra fontem Koma, vulgo Komakút.

Ibidem rectoratus sancti Nicolai altarie.

Item electio altarie undecim millium virginum.

Item rectoratus altarie assumptionis B. Marie V. prope ecclesiam dive Margarite.

Ex manuscriptis capituli Vesprimiensis az eredeti kéziratot kissé átalakítva átirja Annales seu Historia domus Weszprimiensis scholarum piarum, I. k. Ennek eredetije a veszprémi kegyesrendiek levéltárában. — Közzétette *Lukcsics:* A veszpémi káptalan a XVI. században, (Veszprém, 1908), 28—34.

Közli: Karácsonyi János.

442.

1550.

Az alsóausztriai kincstári ügyész válasza a borsmonostori apátság területi hovátartozása ügyében.

Romanorum, Hungarię, Boemie regie Maiestatis etc., domini nostri clementissimi commissarii, reverendissimi, generosi, magnifici ac egregii domini colendissimi, ante omnia solenniter meliori modo iuris via ac forma, qua fieri potest aut debet, protestamur nos ad actionem domini directoris causarum regni Hungarie super proprietate abbatie Montis Marie Borsmonostra vocata, nunc noviter proposita, ulterius intromittere vel respondere nolle, nisi quatinus iuxta commissiones regie Maiestatis ad vestras reverendissimas, generosas, magnificas et egregias dominationes emanatas facere tenemur et in quantum sacre regie Maiestati, ut archiduci

Austrie et ipsi archiducatui Austrie et iuribus ac privilegiis ipsius sine ulla derogatione fieri potest, que omnia in omnibus illibata atque integra permanere et conservare volumus. Huic protestationi efficaciter inherendo dicimus, postquam dominus director causarum in sua nova actione nihil certi proponat, per quod vere et indubitate cognosci possit abbatiam predictam proprietatis iure ad regnum Hungarie pertinere, nisi in quantum nudis verbis id asserit, quod nos ad tam simplicem et nudam eius assertionem etiam nihil certi respondere tenemur. Sed potius ab ipsius impetitione absolvendi sumus, et ut maxime suam actionem probasset aut probare posset, tamen adhuc in predicta abbatia ista seu ius patronatus vel advocatia super ea cum ipso castro Gunss et aliis pluribus locis ad archiducatum Austrie pervenerint et adhuc sint, non solum vigore tractatus inter cesarem Fridericum et reges Maximilianum et Wladislaum 1491. anno celebrati, sed etiam secundum vim et tenorem prioris concordie tempore regis Mathie cum cesare Friderico facte, prout tractatus seu concordia prefata 1491. anno habita claris verbis id exprimit et demonstrat his verbis: Item quantum pertinet ad castra et oppida intra fines regni Hungarie constituta, videlicet Ferream civitatem, Forchtenstain, Kobelsdorff, Hornsthain, Rechnicz, Gwns, Persntain et alia loca, que ante bellum quondam regis Mathie fuerunt in manibus sacre imperialis Maiestatis, conventum est, quod ea loca omnia preter Rechnicz etc. debeant apud suam Maiestatem remanere, secundum vim et tenorem prioris inscriptionis et concordie, tempore prefati regis Mathie cum imperiali Maiestate facte. Cum igitur castrum Gwns ab imperatore Friderico cum ipsa abbatia, que castro contigua est et aliis locis primum iure belli acquisita et post concordiam cum rege Mathia factam in manibus sue Maiestatis fuerunt, prout etiam sua cesarea Maiestas castrum Gwns et unam abbatiam Borsmonostra seu ius patronatus aut advocatiam in illa ab eo tempore per suos capitaneos, dominum Christophorum de Rottal et alios et post obitum cesaris Friderici ipse cesar Maximilianus per Georgium Herber, N. Penczker, Petrum Maraxy, dein dominus noster clementissimus rex Ferdinandus, ut archidux Austrie, per Ambrosium Sarkan, Petrum Erdewdy, Wolffgangum Theodoricum Hardiz, Nicolaum Jwryssyth, Christophorum Gerthschacher, Joannem a Weysprocher, Christophorum Thewffel, quiete et pacifice possederunt et sua regia Maiestas, ut archidux Austrie, adhuc possidet et tam primus inter cesarem Fridericum et regem Mathiam, quam postremus con-

tractus Posonii inter prefatum cesarem et reges Maximilianum et Wladislaum celebratus clare disponit, non solum Gwns, sed etiam ea loca omnia, que ante bellum quondam regis Mathie in manibus sacre imperialis Maiestatis fuerunt, apud suam Maiestatem et sue Maiestatis posteros vigore illorum contractuum remanere debere, castrum autem Gwnss cum abbatia predicta, seu iure patronatus vel advocatia super ea in manibus cesaree Maiestatis Friderici, ut supra declaratum est, fuerunt et per suos capitaneos in Gwnss possessa et administrata sunt, que vera legittima et iuridica possessio etiam post obitum sue Maiestatis per posteros sue Maiestatis cesarem Maximilianum et regem nostrum clementissimum continuata sit omni iure et equitate, atque etiam verbis eorum contractuum consonum est, ut eo modo, quo possessio Gwnss et abbatia antea in manibus cesarum Friderici et Maximiliani fuerit, nunc in domini nostri clementissimi regis manibus sit, ita quoque maneat et posito, non tamen concesso, quod abbatia, seu ius patronatus vel advocatia super ea vigore contractuum prefatorum ad archiducatum Austrie non spectaret, nichilominus per tanti temporis possessionem, quo cesares Fridericus, Maximilianus et Ferdinandus, ut archiduces Austrie, possederunt, abbatiam, seu ius patronatus vel advocatiam super ea omni iure prescripsissent, quum autem duo vincula magis ligent, quam unum, et nos tam per contractus prefatos, quam iure possessionis muniti simus, eo minus hac de re contentio archiducatui Austrie moveri, sed multo magis in sua perfecta possessione conservari debet. Ex his etiam patet responsi ad alia per dominum directorem adducta argumenta et precipue, quod sacram regiam Maiestatem minus iuste et fideliter insimulat, quod sua Maiestas, ut archidux Austrie, sepedictam abbatiam (et ut suis verbis utar) nullo efficaci et legittimo iure a regno Hungarie in suam iurisditionem vendicare satagat et hoc nomine Georgium de Czyryak, qui eius possessionem per collationem quondam regis Ludovici Hungarie adeptus erat, ut archidux Austrie captivaverit et vi ex abbatia eiecerit, et adhuc apud archiducatum Austrie in preiudicium regni Hungarie teneat, nam sua regia Maiestas, ut archidux Austrie, hanc abbatiam nunquam vendicavit, sed possessionem avi atque proavi sue Maiestatis bona fide et iusto titulo continuavit et in ea in hodiernum usque diem pacifice mansit et adhuc est. Quomodo enim vendicare potuit, quod domini proprietatis est, et alium, a quo vendicat, possidere presupponit, cum possessio abbatię apud archiducatum Austrie

ante fuit, antequam sua Maiestas in Austriam venit et administrationem illius provincie unquam suscepit, quod autem Georgium Czyryak ex abbatia eiecit, hoc optimo iure facere potuit, quia vim vi in continenti repulit, nam Georgius Zyryak se in abbatiam vi armata intrusit, hanc vim regia Maiestas vi repulit, Georgium Czyryak ex monasterio eiecit et se in sua possessione predictae abbatie conservavit, prout optimo iure facere potuit, cum in similibus violentis actibus cuiquam vim vi repellere et in sua possessione conservare licuerit, de quo facto etiam domini Hungari contra regiam Maiestatem, ut Ausrie archiducem, nunquam conquesti sunt, neque hoc nomine legatos apud suam Maiestatem habuerunt et nec minimum quidem mussitarunt, prout nunc primum faciunt, quia sciverunt regiam Maiestatem hoc optimo iure fecisse et ipsos legittime in nullo contradicere potuisse, neque dominus director causarum de aliquo legittimo actu docere poterit, quod reges Hungarie ab eo tempore, quo cesar Fridericus possessionem illius abbatie nactus est, ad hec usque tempora alicui hanc abbatiam cum effectu contulissent, et quod tales legittimam possessionem eius abbatie unquam nacti fuissent, sed semper et continue a tempore Friderici cesaris, archiduces Austrie in possessione abbatie et iure patronatus vel advocatia eiusdem fuerunt et in ea se conservaverunt, prout adhuc sunt, et licet dominus director causarum dicat, quod post novissimum contractum et concordiam inter serenissimos principes factam abbatia ipsa regi Wladislao omnem obedientiam prestiterit et abbates in iudicio Bude comparuissent atque contributiones per regnicolas constitutas ex bonis eiusdem abbatie solvissent, tamen hoc si factum esset, de quo per dominum directorem causarum nihil certi proponitur, archiducatui Austrie obesse non potuisset, cum hoc abbates vel per se, vel coacti et inscio archiduce Austrie fecissent, certi autem iuris est, etiam colonum proprium domino suo in suo iure, quod occasionem illius coloni habet, per factum suum minime preiudicare posse, quanto minus abbates etiamsi voluntarie vel coacti iudicium Bude suscepissent aut exactiones solvissent, per eorum factum archiducatui Austrie preiudicium inferre potuissent. Manifestum quoque est multos dominos Hungarie, ut ex antea et nunc productis querelis apparet, subditis sacre regie Maiestatis ratione fundorum vim inferre, quod autem ex illorum tam violento facto aliquod ius sibi acquirere et archiducatui Austrie atque suo iuri quicquam detrahere possint, hoc minime conceditur, immo contrarium etiam afferri potest, quod

abbates coram sacra regia Maiestate ut archiduce Austrie, ius accepisse, prout ex illa differentia apparet, que inter Petrum Erdewdy et dominum Polidorum abbatem in Borsmonostra occasione cuiusdam crucis auree controvertebatur, que controversia coram sacra regia Maiestate ut archiduce Austrie, anno 1522. tractata et finita est.

Cum itaque ex omnibus prescriptis luce meridiana clarius appareat, archiducatum Austrie in pacifica possessione Borsmonostra abbatie, seu iuris patronatus vel advocatie super ea esse, merito in sua possessione conservari, neque per huiusmodi querelas turbari debet, quae solum ad suspendendas et omnino perimendas miserorum et oppressorum abbatie colonorum querelas, quas contra intollerabiles violentias, quibus vexantur antea proposuerunt, excogitate sunt.

Procurator fiscalis archiducatus Austrie et sibi assistentes nomine sacre regie Maiestatis, uti archiducis Austrie. Collationata per Gregorium Gaspicz.

Kívül: Copia seu paria responsionis Austriacorum ad actionem domini directoris causarum regni Hungarie, concernens abbatiam Borsmonostra.

Par responsionis super Borsmonostra.

B.

Egy ív papiron, egykorú, összehasonlított másolatban. *Országos Levéltár:* Act. Eccles. Cameral. fasc. 28. Nr. 4.

Közli: Iványi Béla.

443.

1550.

A borsmonostori apátság kezelőjének válasza Poky Gáspár és Gróf Bernát panaszára.

Sacratissime regie Maiestatis Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. domini commissarii dignissimi.

Ad mandatum prefate regie Maiestatis domini mei clementissimi, ego administrator abbatie Borsmonostra sum obedientissimus et paratus respondere tam egregiis dominis Casparo Poky et Bernardo Groff ac corum fratribus, quam etiam aliis quibuslibet, et si quid iure compertum fuerit me alicui debere, vestre

magnificentie de me unicuique satisfactionem impendant, sed supplico, ut et mihi de illis, que contra me et subditos monasterii aliquod gravamen fecerunt, iuridice satisfactionem administrare dignentur. Predium vero illud, quod prefati Caspar Poky et Bernardus Groff querunt, a multis annis monasterium possidet et habet iura et privilegia sufficientia meo iudicio, et cum inspexerint vestre magnificentie, ipse melius cognoscent et diiudicabunt.

Kívül: Responsio administratoris Borsmonostra ad querellam Caspari Poky et Bernardi Groff.

Eredetije papirszeleten. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 28. Nr. 20.

Közli: Iványi Béla.

444.

1550.

Egyházi birtokok adózása Ungvármegyében.

Regestum connumerationis et exactionis subsidiorum comitatus Wng, anni Domini 1.5.5.0.

Primus processus Petri Fekis de Budahaza, iudicis nobilium.

Wiisoka.

Prepositi de Leles p. VIII.

Lakarth.

Prepositi de Leles p. II 1/2, ospitalis commolendinatori (!) p. IIII 1/2.

Kiis Kapos.

Prepositi de Leles commolendinatore p. X.

Secundus processus Francisci Tarnoci.

Mochiiar.

Heremitarum de Ongwar p. V.

Siisloch.

Prepositi de Leles una cum iudice p. III.

Trask.

Prepositi de Leles p. I.
Osspitaliis (!) de Ongwar p. III.

Bozoss.

Heremitarum de Onwar (!) cum iudice p. III.

Nagh Kapos.

Prepositi de Leles p. XX.

Quia una porta ad domum sedis iudiciarie comitatus de Ong deputata est per totum comitatum.

Tertius processus Nicolai de Comoroch.

Certis.

Heremitarum de Ezen p. I.

Ugyanez az állapot az 1553. évi adólajstrom adatai szerint is.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, XLIII. kötet, 667—690.

Közli: Iványi Béla.

445.

1550.

Egyházi birtokok adózása Zólyomvármegyében.

Regestum connumerationis et exactionis subsidiorum comitatus Zoliensis anni millesimi quingentesimi quinquagesimi. Primi subsidii.

Bona et pertinentia nobilium sedis comitatus eiusdem Zoliensis.

Sylnyczya.

Domini condam Strigoniensis p. 26.

Országos Levéltár: Dicalis Conscriptio, LIX. kötet.

Közli: Iványi Béla.

446.

1550.

Pethe Mátyás kötelezi magát, hogy a jövő szent Balázs napjáig (február 3.) kifizeti János szóláti (Hevesm.) plébánosnak ama bor árát, melylyel Szabó Antal adós maradt.

Mathias Pethe de Szoláth obligavit se, quod plebano Joanni de Szoláth ad festum sancti Blasy solvet florenos et den. — propter ipsum Anthonium Szabo, qui in pretio vini obligabatur eidem plebano de Szoláth. Si solvere neglexerit, duplum se promisit solvere.

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 260.

Közli: Zsák I. Adolf.

447.

1550.

Ember Tamás özvegye, Anna visszatartatja Ember Mihálynak Balázs hitszónoknál levő holmiját.

Domina Anna relicta Thomae Ember fecit prohibitionem de rebus Michaelis Ember, apud Blasium concionatorem, unam subam farkasbőr, una picta ladula cum inclusis rebus: scutella ex alabastro, candellabrum (!) ex alabastro.

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 222.

Közli: Zsák I. Adolf.

448.

1550.

A szász egyetem határozata, hogy a hitújítás Honterus könyve szerint valamennyi városban, mezővárosban és faluban életbe lépjen.

Quando quidem Deus voluit, ut magistratus esset custos prime et secunde tabule, necessarium est igitur, curam gerere, ut sincera doctrina verbi Dei in ecclesiis pure, citra conscientiarum offendiculum propagetur et conservetur, qua in re multum utilitatis affert concordia doctorum de doctrina, sacramentis et ceremoniis in ecclesia utilibus et necessariis. Est igitur conclusum, ut in singulis civitatibus, oppidis et villis ecclesie juxta reformationem ante triennium editam[1] reformari debeant, ac quique pastores ecclesiarum secundum eandem reformationem sese accomodare et vivere debeant.

Artikel Buch so von der vniversitet der deutschen sind Beschlossen, 24. l. A *szász nemzeti levéltárban.* — *Közölve:* Archiv des Vereines für siebenbürgische Landeskunde, Neue Folge, I., 368—369.

449.

Szántó, 1550.

Szentgotthárdi Gáspár szántai pap levele Révay Ferencznéhez.

Ngos és kegyelmes asszonyom kivánok és kérök az ur Istentől Ngdnak minden mennyei és ez földi jókat; szolgálatomat

[1] Honterus: Reformatio Ecclesiarum Saxonicarum in Transilvania. Coronae M. D. XLVII.

pedig Ngdnak ajánlom és hálát adok az felséges Istennek, hogy miképen Sidmond mestertől hallottam, azonképen Ngd leveléből értöm Ngdnak öregbölését és használatát az Krisztusnak evangeliumában. Azért miképpen uramnak, ő Ngságának, levelemben bővebben megjelentöttem, esztendőmet itt kün töltvén, ha Isten szerint lehet, örömest kivánok az evangeliomnak hirdetésében Ngdnak szolgálnom. Fölötte igen köszönöm pedig Ngdnak hozzám való jóakaratját és kéröm az Ur Istent, hogy Ngdnak bövségesen megfizesse. Tartsa meg Isten Ngdat minden népével egyetemben az ő javaiban. Szántón adatott ezer öt száz és ötven esztendőben.

Szentgothárdi Gáspár mester,
az szántói keresztyéneknek lelk(ipásztora).

Külczím: Ngos asszonynak Paxy Annának, az ngos Révay Ferencznek házastársának, neköm kegyelmes asszonyomnak.

Negyedívnyi eredetije b. Révay S. *kisselmeczi levéltárában.* — *Deák F.:* Magyar Hölgyek levelei, 13.

450.

1550 körül.

A pozsonyi káptalan, plébános és városi tanács folyamodványa a királyhoz, hogy a plébánia javadalmát, a melyet Várday Pál esztergomi érsek három mészárszék lerombolásával megkárosított, az esztergomi érsekség bortizedeiből kárpótoltassa.

Serenissime ac potentissime totius Romani imperii rex etc., Domine omnium clementissime.

Sacratissime regie vestre Maiestati venerabiles domini capitulares, reverendus dominus pastor atque animarum curator totusque senatus Posonienses significant atque notum faciunt, quod olim antique ac vere religionis homines, in Dei optimi maximi honorem et in animarum suarum refrigerium atque salutem, tria macella seu tres laniorum bancas ad parrochiam Posoniensem de iure spectantes fundaverint, (cuius quidem rei, si necessitas inquireret, littere testimoniales extantes in medium proferri possent), quas quidem bancas laniorum quondam reverendissimus dominus archiepiscopus Strigoniensis, dominus Paulus de Warda pie memorie, cum ex opposito edium suarum in circulo inferiori site essent, cum maximo damno atque censuum diminutione prefate

plebanie dirui atque funditus demoliri iussit, que dirutio seu demolitio dictorum macellorum cum ex iussu atque mandato antedicti domini archiepiscopi facta sit, ex eiusdem bonis relictis eorundem restitutionem atque reparationem fieri iustum esse censemus, non quidem in nostrum commodum seu emolumentum, sed in Dei gloriam et nominis eius sanctissimi honorem atque propagationem; siquidem pium atque honestum est, ut ablata atque abalienata ecclesie bona, in quantum fieri potest, restituantur, quo ecclesie catholice ministri tanto commodius sese sustentare valeant. Oportet enim, ut Christus ipse testatur, nos in primis ea querere, que Dei sunt, et sic reliqua omnia necessaria adiicientur. Pastor quoque seu plebanus noster etiam anno preterito supplicatione aliqua apud regiam vestram Maiestatem hac de re institit et gratiosum ac tanto rege dignum accepit responsum, nimirum quod reverendus dominus episcopus Waciensis in huius damni accepti solatium atque in macellorum restaurationem aliquot vasa vini de decimis archiepiscopatus Strigoniensis tribuere deberet, cuius quidem responsi atque magnifici promissi, seu negligentia, seu oblivione, seu negotiorum occupatione admissum sit, hactenus nulla facta est executio. Multa enim ecclesie bona per antecessores prefati nostri plebani abalienata atque ablata sunt, ita ut vineas quoque per alios fere devastatas atque steriles redditas, hic propriis suis sumptibus atque expensis reparandas atque ad frugem aliquam reducendas curaverit. Nam equius esse ac iustius videtur, apud veros christianos augeri, quam diminui ecclesie bona. Quare cum sciamus et longa experientia compertum habeamus, sacratissimam atque catholicam regiam vestram Maiestatem vere atque antique religionis esse tutorem seu patronum christianissimum, humillime atque cum summa animi submissione eandem regiam vestram Maiestatem oramus, ut ex decimarum proventibus ad archiepiscopatum Strigoniensem spectantibus pro sua innata liberalitate atque clementia, in damnorum refusionem, aliquot vasa vini hilari animo atque largiori sustentatione ministrorum ecclesie in perpetuam memoriam et monumentum huius plebanie (tribuere dignetur) alias enim per exiguos et fere nullos census habet plebanus, Siquidem pium et tanto rege dignum ac preclarum hoc opus est. ecclesias sua munificentia et liberalitate beneficiis et proventibus in augmentum divine laudis ornare, pro quibus sane beneficiis regia vestra Maiestas, ut vere religionis syncerus cultor, a Deo optimo maximo premium immortalitatis et coronam eterne glorie est perceptura, quam sacratissimam regiam vestram Maiestatem dominus

et servator noster Ihesus Christus una cum liberis suis regiis diutissime incolumem servet atque tueatur.

S. R. Vestre Maiestatis

Venerabile Capitulum, honorandus plebanus et totus senatus Posoniensis, humillimi atque subditissimi.

Kívül: Supplicatio humillima venerabilis capituli, honorandi plebani et totius senatus Posoniensis.

Elintézés.

Iuxta commissionem regie Maiestatis dabuntur ex redditibus archiepiscopatus duo vina.

Ad supplicationem plebani, capituli et civium Posoniensium, qua petunt certa vina dari ratione bancarum trium, per quondam dominum Strigoniensem dirutarum, domini cives Posonienses habebunt ex vinis archiepiscopatus vina dari commissa per suam Maiestatem.

Quoniam dominus reverendissimus archiepiscopus Strigoniensis Paulus de Warda tres bancas laniorum ad parochiam spectantes destrui curaverit, petunt ex decimis vinorum eiusdem archiepiscopatus aliquot vasa vini.

Nam neque anno preterito, ut aiunt, soluta sunt illa vasa vini, que Maiestas regia domino Waciensi mandasset in recompensam huius damni.

Egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Acta Eccles. Cameral. fasc. 42. Nr. 31.

Közli: Iványi Béla.

451.

Nagyszombat, 1550.

Az esztergomi egyház kisebb javadalmasai inségben levén, kérik a királyt, hogy az érsekkel kötött szerződésök értelmében adasson nekik bort és búzát.

Sacratissima Maiestas Regia, domine, domine clementissime.

Maiestati Vestre Sacratissime nos miserrimi et humili (!) prebendarii alme ecclesie Strigoniensis, pro nunc Thyrnawie ecclesiam chorumque die noctuque frequentantes, exponimus, quod annis iam preteritis ex voluntate reverendissimi pie memorie Pauli Wardaÿ archiepiscopi Strigoniensis e partibus nostris non cum parva iactura rerum nostrarum huc Thyrnawiam ad ecclesiastica servitia eramus adducti. Qui nimis multa nobis promiserat, ut

non solum solutione annuali, verum etiam victualibus ad usum nostrum necessaria provideret. Interim sua reverendissima dominatio extremum vite sue finivit. Nos e vestigio omnino frustrati sumus, nihilominus nos secundum posse nostrum in continuatione divinorum officiorum satis agiles continuique fuimus diu noctuque. At solutiones exigue fuerunt, quibus nostram indigentiam propulsare potuissemus. Cum etiam alique pecuniole nobis date sunt, propter rerum inopiam civitatis totaliter nobis dilapidare oportuit. Quo vero nos miserrimi et undique exhausti divertamur, penitus ignoramus. Nos tali spe conservati, hic in continuatione divinorum officiorum astricti sumus, ut Sacratissima Regia Maiestas Vestra, tanquam clementissimus et misericordissimus prelatus, nos contentos reddere faceret. Iam in tantam devenimus inopiam miseriamque, ut etiam pro nunc reculas nostras impignorare oportuit, et sic ad Vestram Sacratissimam Maiestatem Regiam venire potuimus. Quapropter Maiestati Vestre Sacratissime, uti domino nostro clementissimo et pauperum oppressorumque patri et auxiliatori, (supplicamus), dignetur ex innata sua clementia nostri misereri et de nostris servitiis, et aliqua providentia, videlicet vino et tritico, quemadmodum et ante id tempus conventionem habuimus cum reverendissimo domino Paulo etc., (nos sublevare), ut pro salute Maiestatis Vestre Sacratissime Deum altissimum perpetuo exorare queamus. Expectamus gratiosam relationem.

Eiusdem Vestre Sacratissime Maiestatis

humillimi capellani
Prebendarii chori ecclesie Strigoniensis.

Kívül: Supplicatio prebendariorum chori ecclesie Strigoniensis.

Benignae resolutiones regiae anni 1551. 1. melléklet az 1551 április 14-ikén kelt királyi leírathoz, az *Országos Levéltár* kincstári osztályában. — Közölte *Fabritius Károly:* Történelmi Tár, 1881. évf, 256—257.

452.

Eszény, 1550 körül.

Az eszényi pálosok a lutheránussá lett Csapy Ferencz ellen a király oltalmáért esedeznek.

Sacratissima Maiestas Regia, domine, domine clementissime. Supplicatur Sacratissime Maiestati Vestre devotissime in personis

fidelium suorum capellanorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli heremite de Ezen, ut quoniam egregius Franciscus Chapy de eadem Ezen lutheranus factus est, nobis idem varias iniurias et damna inferre non cessat; iam enim varias res ex ecclesia nostra, imo etiam ornamenta altarium asportare, et quo sue voluntati placuit, ista omnia fecit, fenilia nostra propria, terras aliaque territoria, unde vivere possemus, a nobis pro se occupavit; nuper uxor eiusdem Francisci Chapy in ecclesiam nostram ingressa, non cessavit nos variis vituperiis ignominiisque afficere, tonsos etiam canes appellare. His aliisque plurimis iniuriis et damnis affecti, iam ita coangustati sumus, ut nisi duo in monasterio sumus et nos discedere cogimur etiam propter famem, nisi Sacratissima Maiestas Vestra rebus nostris provideat; dudumque forsitan discessissemus, nisi dominus prepositus de Lelez singularis fautor noster, victu et aliis necessariis rebus nos sustentaret. Quare supplicamus devotissime, quatinus Sacratissima Maiestas Vestra ex sua clementia gratiosam curam et defensionem nostri habeat, a qua clementissima relatio humiliter exspectatur.

Kívül: Devotissima supplicatio fratrum heremitarum de Ezen.

Fogalmazvány félív papiron. Lad. 28. Nr. 170. — Közölte *Géresi Kálmán:* A nagykárolyi gróf Károlyi-család oklevéltára, III. (Budapest, 1885), 157—158.

453.

Kolozsvár, 1550—1555.

Heltai Gáspár kolozsvári lutheránus lelkész sürgető levele a városi tanácshoz, hogy István prédikátort és az iskolamestert ne bocsássák el.

S. P. Et servitutum mearum commendationem etc.

Ornatissime Domine Iudex, D. V. Or. Non sit grave nec molestum, quod litteris aliquoties D. V. Or. interturbo. Nam illud omnino non facerem, nisi magne me urgerent et simul etiam ultime necessitates. Quare rogo D. V. Or., velint mihi ignoscere

Proposui sepius D. V. ornatissimis negotium dominorum concionatorum, ut utique (?) Vre D. hoc ipsum discuterent atque etiam determinarent. Nunc intelligo dominum Stephanum vel hodie vel cras relationem facturum magnifico domino Francisco Kendio, qui modis omnibus laborat, ut dominum Stephanum in suam ditionem perducere possit.

Audio etiam vocari dominum magistrum schole ad Rivulos Dominarum. Quodsi hi duo viri per D. V. Or. dimittentur, multis

sumptibus aut modis poterunt similes rursum acquiri. Nec ego solus sine eiuscemodi coadiutoribus D. Vris servire possum.

Quare rogo Dominationes Vestras, velint hoc negotium ventilare atque etiam determinare, una cum negotio omni, quod D. V. Ornatissimis ab centum viris commendatum est.

Nam domini concionatores et ego ipse quoque suspensi sumus animis in hac incertitudine nec sedatis animis non possumus nostris incumbere studiis etc.

Mentem meam circa res parrochiales ex scripto meo nuper D. Vestris Or. misso intelligere poterint.

Faciant et V. D. recenseri litteras privilegiorum molendini etc.

Christus D. Vestras ornatissimas servet.

V. D. Or. deditus
Caspar Helth.
pastor etc.

Eredetije a *M. T. Akadémia kézirattárában.* — Közölte *Jakab Elek*: Oklevéltár Kolozsvár Története második és harmadik kötetéhez, II. 13.

454.

Pozsony, 1551 január 16.

A helytartótanács értesítvén a királyt Kecseti Márton udvarmester haláláról, érdemeire való tekintettel szegénységben maradt özvegye részére kegydíjat kér.

Sacratissime Rex etc. Forsitan iam[1] intellexisse potuit Maiestas Vestra Sacratissima de obitu magnifici domini Martini Kechethÿ, magistri curie Maiestatis Vestre Sacratissime. In decima tertia die presentis mensis extremum suum diem perfecit, qui et simul etiam reverendissimus quondam dominus Thomas[2] episcopus, cancellarius Vestre Maiestatis pie memorie, patruus ipsius domini magistri curie defuncti, quam constanter et fideliter servierit Maiestati Vestre, meminisse Eadem potest clementer. Eius constantia et fides in Vestram Maiestatem Sacratissimam tanta fuerat, ut si in hac luce perseverare poterat, Maiestati Vestre Sacratissime eius servitus futura erat non inutilis; verum divine voluntati resisti non potest. Cum autem ipso defuncto domina vidua eiusdem omni prorsus humano adiutorio destituta in summa pauperie relicta sit, quippe que consanguineos etiam suos pretextu bonorum suorum potius habeat sibi contrarios, quam fautores, nec sit, (bonis dicti

[1] Interpolatio. [2] Similiter interpolatio.

domini mariti sui in Transsilvania sitis), unde se sustentare possit, adeo, ut secundum Deum omnem suam spem et fiduciam in sola saltem Vestra Maiestate, domino suo clementissimo fixam habet et locatam; supplicat igitur humillime Maiestati Vestre Sacratissime, dignetur consideratis benigne fidelibus servitiis dicti domini mariti sui defuncti, donec alia ratione suis rebus prospicere possit, per dominos camerarios suos in sustentationem ipsius domine vidue subsidii aliquid clementer dare iubere. Ac quia idem dominus magister curie superioribus diebus ab egregio Michaële Mwthnokÿ tres mutones (!) frumenti acceperat, necdum pretium absolverat, quod nunc ab ipsa domina vidua repetitur, que tamen tantum abest, ut solvendo sit, quod in usum etiam quotidianum exiguas res, quas habet a marito relictas, divendere et ex eis necessitatibus ipsius quotidianis ad benignum usque Maiestatis Vestre responsum prospicere cogitur, ideoque supplicamus nos quoque Maiestati Vestre Sacratissime una cum eadem domina vidua humiliter, ut quam ex debito officii sui regalis viduis et pupillis subvenire eosque fovere decet, dignetur tum pretium frumenti huiusmodi eidem gratiose relaxare ac subinde ad dominos camerarios suos et prefatum Mwthnokÿ litteras suas dare, tum, ut premissum est, aliquo subsidio per eosdem dominos camerarios in usum et sustentationem eiusdem clementer eidem providere. Quidcunque enim gratie et misericordie Maiestas Vestra Sacratissima cum ipsa domina vidua fecerit preter servitia mariti eiusdem, preterquam quod alios quoque fideles suos exemplo hoc magis etiam ad fidelitatem toto pectore Maiestati Vestre ad interitum usque prestandam devinciet, ideo etiam altissimum premium accipiet sine dubio et nos Eidem tamquam domino nostro clementissimo humiliter inservire conabimur. Servet etc. Posonii, die 16. Januarii 1551.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. *Kiss J.:* A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 319—320.

455.

Pozsony, 1551 január 17.

A helytartótanács kéri a királyt, hogy parancsolja meg Tahy Ferencz szigetvári kapitánynak, hogy a pécsi püspökségtől elfoglalt birtokokat adja vissza.

Sacratissime Rex etc. Veniens ad nos reverendissimus dominus Georgius episcopus ecclesie Quinqueecclesiensis exposuit

nobis, nonnullas possessiones[1] ecclesie sue prope oppidum Zyget sitas egregium Franciscum Tahÿ prefectum dicti oppidi occupatas tenere neque eidem domino episcopo remittere velle, petens a nobis diligenter, ut Maiestati Vestre Sacratissime una cum eo supplicemus humiliter, dignetur iubere serio prefato prefecto suo de Zÿghet, ut bona et possessiones ipsius domini Quinqueecclesiensis eidem possidenda remittat sine mora potiusque in administratione earundem adsit eidem, quam in dominio impediat quoquomodo. Cum autem Quinqueecclesiensem episcopatum illum Maiestas Vestra ipsi domino episcopo clementer conferre dignata est,[2] indignumque nobis videatur esse, ut qui alioquin etiam redditibus episcopatus sui per Thurcas, christiani nominis hostes communes, maxima ex parte privatus sit, his quoque exiguis bonis et proventibus[3] privetur, que adhuc auxilio Maiestatis Vestre administrari sibi possent, supplicamus igitur Eidem humiliter, dignetur ipsi domino episcopo clementer respondere, ut possit se exiguis huiusmodi bonis et redditibus suis sustentare, presertim quod cum[4] aliis etiam quibusque secularibus in remittendis huiusmodi bonis Maiestas Vestra clementer agere dignata est. Servet etc. Posonii, die 17. Januarii 1551.

Locumtenens et consiliarii etc.

R. Kiss J.: A magyar helytartótanács I. Ferdinánd korában, 320—321.

456.

Sümeg vára, 1551 január 21.

Bornemissza Pál veszprémi püspök levele Nádasdy Tamáshoz, a melyben főleg nyomoruságos helyzete miatt panaszkodik.

Spectabilis etc. Ceterum misi litteras patentes in negotio domini Zychy, quas tantopere cupiebat, ad manus vestre magnificentie. Putat fortasse eadem penes me hic habere turbam copistarum, notariorum, in Rota Romana versantium, qui tales litteras indulti in sua solita forma expedire recte sciant; solus agere debeo omnia, nullus coadiutor mihi adest, et soror et coniunx solus ipse, qualis esse possum, solus omnia agere cogor et harum

[1] Deleta est vox «suas».
[2] Deletum est «id».
[3] Super lineam est scriptum; deletum «redditibus suis».
[4] Interpolatio.

rerum satis imperitus, ut ingenue fateor. Sacrificandum est igitur more veterum diis immortalibus lacte et sale, si ture non valemus. Revera facile prestare me posse puto nunquam Posonium, Viennam et aulam videre, usque adeo iam a curia abhorreo, quamvis et hic non sit, quod me magnopere delectet. Domus nihil valet, habitationes nulle ad solatium sunt, annone penuria premor non parva, sumtibus, — Deus scit, — extreme egeo, aureos, quos habebam, paucos partim obpignoravi, partim erogavi, debeo Vienne et Posonii (ita vivam) quingentis florenis. Multo egentiorem reddidit me iste episcopatus, quam antea eram. Videat iam vestra magnificentia, quibus sumptibus aulam, si etiam maxime velim, inhabitare possim, ut interim nihil dicam de istius arcis onerosa intertentione, servitorumque, equitum et peditum stipendio, qui me excarnificant suis importunitatibus. Revera arbitror me, si res diutius me ita torserit, et loco et quantulecunque dignitati mee cessorum facile. Hec in synum domini ac amici confidentissimi efudi in solamen molestiarum mearum. Deus optimus maximus vestram magnificentiam ad multos felices annos patrie ac amicis servet incolumem etc.

Ex arce nostra Symegh, die XXI. Januarii, anno 1551.

Servitor
Vesprimiensis.

Supplico magnificentie vestre, si aliqua undecunque casu militum conductio affulserit, velit memor esse istius domus per occasionem, ut vel 50 plus vel minus stipendio alieno equites alere possimus opera et singulari diligentia vestre magnificentie, quum id ex propriis facultatibus minime facere poterimus, etiam si celum ruat.

De novitatibus quoque vestre magnificentie gratias ago, ego revera nullas habeo. Mortem domini generalis permoleste fero. Mihi singularis dominus erat inter externos, doleo et domini Kechethy immaturum casum. Deus sit propitius anime sue.

Kívül: Spectabili et magnifico domino comiti Thome de Nadasd, libero domino terre Fogaras, iudici curie regie Maiestatis ac supremo regni capitaneo etc., domino ac amico nobis observandissimo.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Nádasdy-missilisek, *B.* 3. csomó.

Közli: Iványi Béla.

457.

Eperjes, 1551 január 21.

Gyalui Torda Zsigmond levele Melanchthon Fülöphöz, a melyben panaszkodik az idők szomorú viszonyai miatt (Nihil offertur, in quo animus conquiescat, ut iam nihil possit esse magis miserum, quam vivere) és ajánlja Szécsi Balázs tanulót, ki az eperjesi gimnáziumból a wittenbergi egyetemre ment.

— — Blasius Zecinus,[1] iuvenis honestus et studiosus, e nostro gymnasio istuc proficisci voluit, quo felicius eas disciplinas perciperet, que vite dignitatem efficiunt, mentes excitant ad spem beatitudinis sempiterne. Sperat autem, meam apud te commendationem plurimum valituram. Eum igitur, velim, complectere, et in tuorum numero habeas. Multos tibi commendem, necesse est, cum notus sit omnibus amor erga me tuus singularis meusque vicissim in te summus. Quapropter si quid in eo genere παρὰ τὸ πρέπον a me committitur, que tua virtus est et nature lenitas, dabis veniam. Vale iucundissime preceptor, meque tuo sensu pristino fovere et ornare perge. Eperjessii, XII. kalendas Februarii MDLI.

Sigismundus Gelous.

Eredetije Landeshutban a *Wallenberg-Fenderlin-féle könyvtárban*: *Hs.* 1., 2. p. 188. — Közölte: *Bauch G., Történelmi Tár,* 1885. évf., 533.

458.

1551 Január 22.

Az esztergomi káptalan levele Thurzó Ferencz nyitrai püspök, kamarai tanácsoshoz, hogy Majthény Uriel lévai várparancsnokot a káptalantól bérelt tizedekben ne háborgassa.

Reverendissime domine, domine nobis observandissime, post obsequiorum nostrorum deditissimam commendationem. Intelligimus reverendissimam dominationem vestram egregium Urielem Maytheny castellanum castri Lewa, in decimis possessionum Thwre utriusque, Looth et Bessenyew, acsi decime earum ad archiepiscopatum Strigoniensem et consequenter cameram regie Maiestatis domini nostri clementissimi, pertinerent, velle molestare et turbare. Credat reverendissima dominatio vestra decimas earum

[1] A wittenbergi egyetem anyakönyvében: Blasius Secinus Ungarus Apr. 13. 1550/51.

possessionum nunquam ad archiepiscopatum Strigoniensem pertinuisse, sed ad nos, easque per nos ab antiquo arendatas fuisse et in usum nostrum capitularem quotannis percepisse. Quum itaque eas iuste perinde ac nostras arendaverimus, et ipsum dominum Urielem in eisdem defendere ad nos pertineat, rogamus reverendissimam dominationem vestram tanquam dominum, velit ipsi domino Urieli in nostris decimis eidem iuste arendatis pacem dare, easdemque ipsi percipere permittere, ne possit amplius ad nos confugiendi et nos superinde molestandi habere occasionem, reverendissimam dominationem vestram quam felicissime diu ad vota valere optamus. Datum in loco nostro capitulari, 22. Januarii, anno Domini 1551.

Capitulum ecclesie Strigoniensis.

Kívül: Reverendissimo domino, domino Francisco Thwrzo episcopo ecclesie Nittriensis, consiliario camere regie Maiestatis etc., domino nobis observandissimo.

Papiron, töredezett zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Expeditiones Camerales 1551—1553., 2. szám.

Közli: Iványi Béla.

459.

1551 február 4. előtt.

Link Kristóf folyamodványa a királyhoz, hogy a néhai esztergomi érseknek adott kölcsön hátralékát utaltassa ki a magyar királyi udvari kamara útján.

Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, domine, domine clementissime.

Cum antea supplicibus regiam vestram Maiestatem litteris compellassem, simulque exposuissem, qualiter dominis meis cognomento den Rotischen Ulmensibus et mihi reverendus ac illustris princeps et dominus, dominus Paulus archiepiscopus Strigoniensis pie memorie post mortem suam novingentos et quadraginta aureos Ungaricos deberet, cuius rei confirmationem quoque a v. r. M. super illius litteras debitum continentes mihi datam habeo, clementer mihi una cum aliis creditoribus regie v. M. nomine a d. cancellario Ungarico propria persona concessum atque adstipulatum est, ut tales mihi novingenti et quadraginta aurei Ungarici ex episcopatus Strigoniensis redditibus numerentur et persolvantur, unde etiam dictus iam dominus cancellarius Ungaricus mox ducentos aureos mihi reddidit ac persolvit. Restantque iam adhuc

septingenti et quadraginta aurei pendendi eiusdem, quo et supra, valoris, nempe singuli pro septuaginta quinque cruciferis computati. Istam qualemcunque pecunie summam non possum ex vestre r. M. camera Ungarica, ex qua hec atque alia debita solvi solent, absque singulari aliquo mandato regie Maiestatis v. nancisci. Vestram igitur r. M. suppliciter oro, ut tale aliquod mandatum ad Ungaricos camere consiliarios dari mihi dignetur, prout v. r. M. antea quoque consensit atque ratum fecit, quo ego una cum aliis creditoribus ex episcopatus Strigoniensis redditibus solutionem sine ulteriori dilatione habere possim, siquidem certe maiorem pecunie mee partem ad arcis Dregel conservationem ministravi. Et non tam domini mei, quam mea ipsius causa omnibus ac singulis vestre r. M. subditis et toti aule nunquam non inservire studui atque etiamnum studeo. Pro isto v. r. M. beneficio humillimis meis servitiis semper ac sedulo adnitar.

Regie Maiestatis vestre

subditissimus et obsequentissimus
Christophorus Linck.

Kívűl: Christophori Lincken Viennensis supplicatio.

Eredetije egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 február 4. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

460.

1551 február 4. előtt.

Várday Pál elhunyt esztergomi érsek adóssága Link Kristóffal szemben.

Debita reverendissimi quondam domini archiepiscopi Strigoniensis a Christophoro Lynck et domino suo contracta.

24. Mai — 1549 date sunt ei due pecie panni londis continentes ulnas 80, et una pecia panni purpian continens ulnas 51 1/3 facientes f. 118 d. 20.

2. Junii — ad manus Petri litterati pannum pro subductura vestium fl. 13.

13. Julii — ad manus Joannis Salmar unam peciam panni londis continen. ulnas 41 1/2 facien. fl. 37 d. 35.

27. Augusti — ad manus Joannis Salmar 1/2 peciam panni stameth facien. fl. 28 d. 70.

16. Septembris — ad manus Bernhardi Korossy unam peciam panni londis continen. ulnas 40 3/4 fl. 36 d. 67.

De prescriptis summis debiti dicit se idem Christophorus Lÿnck nullas habere litteras obligatorias, verum probaturum se offert iustum debitum esse vivo testimonio.

Item de piseto ex summa florenorum 2005 restant eidem insoluti fl. 84.

Item restant eidem insoluti de cimento penes litteras obligatorias aurei 220, facien. fl. 310 d. 93.

Mer hab ich dem herrn Michl Clee fur in herr Bischoff zalt, ist dem pistari beuolhen worden mir wider zu geben, aber auch noch nit beschehen 20 fl.

Item dominatio sua reverendissima tenetur mihi Christophoro Lynck penes litteras suas obligatorias specialiter fl. 229 d. 80.

Item dominatio sua tenetur mihi pro stanno, quod a Petro litterato misi, fl. 8. Item pro una suba, quam Petro litterato ad nunciata domini reverendissimi emi, solvi fl. 8, ac Stephano Woltzperger ad commissionem Petri litterati solvi pro panno fl. 6., fac. fl. 22.

Summa totius debiti facit. fl. 900 d. 70.

Országos Levéltár: Ben. Resol. 1551 február 4. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

461.

Augsburg, 1551 február 4.

I. Ferdinánd király a magyar királyi udvari kamarának meghagyja, hogy Várday Pál elhunyt esztergomi érsek tartozását Link Kristófnak fizesse ki.

Ut Christoforo Lynk debita condam domini Strigoniensis posita ratione solvantur, sicuti et aliis solvantur etc.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti, interpellavit nos perquam humillime fidelis noster Christoforus Lynk, ut sibi ex archiepiscopatus Strigoniensis redditibus solutionem debiti sui summe septingentorum florenorum Hungaricalium in moneta, quam quondam Paulo archiepiscopo Strigoniensi demortuo commodato dedit, ordinare vellemus, sicuti ex inclusa supplicatione intelligetis. Volumus itaque et committimus vobis, ut posito cum eo Christoforo calculo, de predicto debito, quicquid eius liquidum esse deprehenderitis, ex proventibus dicti archiepisco-

patus, sicuti et aliis creditoribus dicti archiepiscopi, ipsi persolvi curetis. Et si hec ipsa solutio hoc tempore forsan ob non divenditos fructus fieri non posset, tamen, ut ad certos terminos ad proximam estatem et quamprimum fructus distracti fuerint, sibi prestetur, plane efficiatis. Nostram in eo omnimodam et expressam executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, quarta die mensis Februarii, anno etc. quinquagesimo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberck
S. Sigmar etc.
*B*ta *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol. III. kötet, 17. lap. A következő 18. lapon a fenti formula szerint kiállított következő tartalmú királyi parancs olvasható: «Ut debita quondam domini Strigoniensis solvantur Wolfgango Kremer, quatenus liquida sunt, quemadmodnm et aliis solvantur debita etc». — Kelt Augsburgban, 1551 február 14-ikén.

Közli: Iványi Béla.

462.

1551 február 12. előtt.

Özvegy Pernstaini Jánosné, Ormosdi Székely Magdolna, folyamodványa, hogy Várday Pál elhunyt esztergomi érseknek adott kölcsönét visszakapja.

Non ignorat magnificentia vestra quondam reverendissimum dominum locumtenentem nobis certam summam debere, de qua apud nos littere eius obligatorie extant, que et apud suam Maiestatem, per quondam dominum comitem, filium nostrum producte erant, viderunt et domini camerarii sciuntque esse veras. Egimus et supplicavimus apud Maiestatem domini nostri clementissimi de restituendis creditis nostris, ex quo Maiestas sua decimas nobis inscriptas nos precipere non sit passa. Ad supplicationem nostram Maiestas sua litteras dignata est dare ad dominos camerarios, ut nobis de proventibus archiepiscopatus Strigoniensis credita nostra restituant, eas misimus ad cameram, iamque non semel dominos camerarios sollicitavimus, ut mandato regie Maiestatis faciant satis, hactenus tamen non faciunt, semper nunc in hunc, nunc in illum, differentes ac remittentes, huiusmodi dilationibus hactenus saturarunt, misimus nunc rursum ad eos, sed scimus non aliud

habituras esse nos ab eis responsum, quam habuimus aliquoties, eam ob rem dominationem vestram magnificam rogamus, iam enim toties et tam crebro Maiestatem regiam ob unam et eandem rem nos impedire ac molestare non audemus, cum magnificentia vestra in camera regia, assiduo versatur, ubi cognoverit Maiestatem suam tranquillo esse animo, per oportunitatem velit ex se Maiestati sue mentionem facere huius supplicationis nostre ac certum seriosumque mandatum a Maiestate sua obtinere ad cameram, ut domini camerarii nulla facta, ut hactenus, dilatione iuxta litteras obligatorias quondam domini locumtenentis nostra credita persolvant, proventus pauciores habemus, quam ut omnibus necessitatibus nostris satis esse possint, antea decime fuerunt, quibus sublevabamur, illis ademptis nihil restat preter paucam agriculturam, que vix ad usum annuum sufficiunt, si nobis credita ista exolverentur, tam vinum, quam triticum nunc, cum minoris emuntur, emendo curaremus, proventus autem archiepiscopatus Strigoniensis ubique locorum in magna sunt copia, videlicet vinum et triticum, unde nobis facile possit creditum persolvi, id ubi magnificentia vestra efficiet, litteras regias[1] curet citissime ad nos perferri, ut eo citius defectibus nostris consulere valeamus.

Eredetije egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 február 12. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

463.

Augsburg, 1551 február 12.

I Ferdinánd király elrendeli a magyar királyi udvari kamarának, hogy özvegy Pernstaini Jánosnénak, Ormosdi Székely Magdolnának, fizesse ki Várday Pál elhunyt esztergomi érsek tartozását.

Ut de debito condam Strigoniensis domine vidue a Pernstain satisfiat, cum decime circa estatem vendi ceperint.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex. etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Interpellavit nos perquam humillime generosa et magnifica fidelis nobis grata Magdalena Zekel de Ormosd magnifici quondam Joannis a Pernstain relicta, ut sibi debiti sui, quod quondam Paulo archi-

[1] Haec vox in originali repetitur.

episcopo Strigoniensi demortuo commodato dedit, solutionem ex archiepiscopatus Strigoniensis redditibus ordinare et exolvi facere dignaremur. Prout ex incluso supplicationis sue articulo fusius intelligetis, volumus itaque et committimus vobis, ut posito cum eadem Magdalena calculo et ratione de predicto debito, quicquid eius liquidum deprehenderitis, ex proventibus dicti archiepiscopatus (sicuti et aliis creditoribus) ipsi persolvi curetis. Et si hec solutio ipsa hoc tempore ob non divenditos fructus fieri non posset, tamen ut ad certos terminos ad proximam estatem et quamprimum fructus distracti fuerint, sibi prestetur, plene efficiatis. Nostram in eo omnimodam et expressam exequuturi voluntatem. Datum in nostra atque imperiali civitate Augusta Vindelicorum, die duodecima Februarii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, ceterorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
S. Sigmar mp.

Országos Levéltár: Ben. Resol. III. kötet, 14. b. lap.

Közli: Iványi Béla.

464.

1551 február 14. előtt.

Kremer Farkasnak négy melléklettel felszerelt folyamodványa a királyhoz, melyben Várday Pál elhunyt esztergomi érseknek adott kölcsön visszatérítését kéri.

Serenissime ac potentissime rex et domine, domine clementissime.

Reverendissimus quondam dominus Paulus de Vuarda archiepiscopus Strigoniensis pie memorie vigore litterarum suarum obligatoriarum, quarum paria sub literis *A.*[1] *B.*[2] *C.*[3] *D.*[4] adposita sunt, mihi in quingentis et triginta septem florenorum Hungaricalium ac quinquaginta denariis hungaricalibus tenebatur, quod nimirum debitum propria manu dicti r. episcopi scriptum significatumque a serenissime vestre Maiestatis commissariis, nempe per r. episcopum Vuaziensem et ceteros in proprio suo enchiridiolo repertum est, propter quod sepius serenissime vestre Maiestati supplicavi; mihi dictam summam eadem vestre r. Maiestas solvi mandavit, de qua debiti summa per r. Nicolaum Olahum

epicopum Agriensem ducenti floreni mihi soluti sunt, reliquum vero, nempe trecentos et triginta septem florenos ac quinquaginta denarios multis flagitationibus cum magno meo malo aliorumque negotiorum impedimento hactenus recuperare non potui. Cum igitur eam pecuniam dicto domino archiepiscopo mutuavi, Maiestati vestre regie, domino mihi clementissimo, obedientissime ac humiliter supplico, dignetur intuitu servitiorum meorum Maiestati vestre multifariam prestitorum et in futurum quoque, ad que in omni obedientia prompta offero, prestandorum, dictis camerariis suis Hungaricis serio precipere et mandare, ut restantiam prefatam pre aliis creditoribus mihi absque mora reddi et restitui curent. In qua re Maiestati vestre regie me uti fidelem eiusdem servitorem et supplicem in omni obedientia debita summopere commendo.

Maiestatis vestre regie obsequentissimus

Wolfgang Kremer.

Kívül: Supplicatio Vuolphangi Cremer.

Egy ív papiron.

1. Az A-val jelzett melléklete a kérvénynek a következő:

Pozsony, 1549 julius 16.

Várday Pál esztergomi érsek kötelezvénye 300 forintnyi kölcsönről Kremer Farkas királyi tanácsos számára.

Nos Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens regie Maiestatis, recognoscimus per presentes litteras nostras, quod nos levavimus et recepimus mutuo ad certas necessitates nostras ab egregio domino Wolffgango Kremer consiliario regie Maiestatis in bonis monetis florenos trecentos Hungaricales, quos eidem de proventibus piseti nostri Cremniciensis a primo die anni proxime futuri, videlicet millesimi quingentesimi quinquagesimi usque ad festum beati Georgii martiris proxime et immediate subsequens integro reddere et persolvere bona fide nostra promisimus, immo promittimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Posonii, die decimo sexto mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Paulus

archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Egyszerű egykorú másolatban, papiron, kívül *A.* betüvel jelölve.

2. A kérvénynek B-vel jelzett melléklete:

Pozsony, 1549 julius 10.

Várday Pál esztergomi érsek kötelezvénye 114 forint 50 krajczárról Kremer Farkas királyi tanácsos számára.

Nos Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis, primas Hungarie, legatus natus, summus cancellarius et locumtenens regie Maiestatis, recognosci-

mus per presentes litteras nostras, quod nos levavimus et accepimus mutuo a generoso domino Wolffgango Kremer, prefate regie Maiestati consiliario, ad certas necessitates nostras in urbe Roma expediendas florenos centum quatuordecim Hungaricales et cruciferos quinquaginta in bonis monetis Germanicis, quos eidem per totum mensem Novembrem proxime futurum integre reddere et persolvere promisimuss (!), immo promittimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Posonii, die decimo mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono.

Paulus
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Egyszerű egykorú másolatban, papiron, kívül *B.* betüvel jelölve.

3. A kérvénynek C-vel jelzett melléklete:

Bécs, 1549 julius 17.

Bussányi Miklós elismeri, hogy Kremer Farkas az esztergomi érsek számára 119 frtot kölcsönzött.

Ego Nicolaus Bussany fateor ac recognosco per presentes litteras, quod dominus Wolfgangus Kremer ad rationem domini reverendissimi Strigoniensis mutuavit fl. 119 per decem solidos computando, in cuius rei testimonium has presentes litteras dedi. Datum Wienne, 17. Julii anni 1549.

Egyszerű egykorú másolatban, papirszeleten, kívül *C.* betüvel jelölve.

4. A kérvénynek D-vel jelzett melléklete:

1545 deczember 10.

Várday Tamás elismeri, hogy Kremer Farkastól 4 frtot kölcsönvett.

Ich Thoman Varday des Fangrann[1] Veter, hab entnomen vom dem ersamen und weisen herrn Wolf Khremer vier gulden hungrisch auff das das ich im zu dem nachsten weinacht zustellen will. Die 10. Decembris, anni 1545.

Egyszerű egykorú másolat, papirszeleten, kívül *D.* betüvel jelezve.

Országos Levéltár: Ben. Resol. 1551 február 14. melléklete.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

465.

Augsburg, 1551 február 14.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Kremer Farkasnak azon 337 forint és 50 dénárt, melyet néhai Várday Pál esztergomi érsek tőle kölcsönvett, ezen érsekség jövedelmeiből fizesse ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Interpellavit nos perquam humillime egregius fidelis nobis dilectus Wolf-

[1] Verosimiliter: des von Grann.

gangus Kremer, uti sibi ex archiepiscopatus Strigoniensis redditibus solutionem debiti sui summe trecentorum et triginta septem florenorum Hungaricalium ac quinquaginta denariorum, quam quondam Paulo archiepiscopo Strigoniensi commodato dedit, ordinare vellemus, sicuti ex inclusa supplicatione et exemplis litterarum obligatoriarum clarius intelligetis. Volumus itaque et committimus vobis, ut posito cum eodem consiliario nostro calculo de predicto debito, quicquid eius liquidum esse deprehenderitis, ex proventibus dicti archiepiscopatus, sicuti et aliis creditoribus, quamprimum fieri poterit, ipsi persolvi curetis efficiatisque. Nostram in eo clementem executuri voluntatem. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, decima quarta die mensis Februarii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Erasmus von Gera mp.
Adler
B^ta^ Dunant.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 febr. 14.
Közli: Iványi Béla.

466.

Nagyvárad, 1551 február 14.

Utyesenovich Fráter György váradi püspök kihirdeti III. Julius pápa bulláját, a mely a trienti egyetemes zsinat folytatását 1551 május 1-ére hívja egybe.

Frater Georgius episcopus Waradiensis, thesaurarius, locumtenens reginalis Maiestatis eiusque illustrissimi filii ac in regno Hungarie et Transilvanie iudex generalis etc. Universis et singulis vicariis, prepositis, abbatibus religiosisque fratribus cuiuscunque ordinis ac aliis ecclesiarum pastoribus ubivis sub ditione serenissime regine eiusque illustrissimi filii constitutis et existentibus presentes nostras visuris salutem in Domino sempiternam.

Quante tenebre in ecclesiam ex diversitate doctrinarum, dum sua quisque studia, contra prophetarum, Christique et apostolorum traditionem promovere cupit, invecte sint, arbitramur ex vobis neminem esse, qui id aperte non videat, que ut removeri, ecclesiaque ipsa in veritatem vere et salutaris doctrine reduci possit, sanctissimi domini nostri Julii tertii summi pontificis opera effectum est, ut ceptum generalis concilii a Paulo tertio felicis reminiscentie opus, ad civitatem Tridentinam, ad illius prosequutionem reduceretur. Cuius rei cum bulla, cum monitione et requisitione prelatorum et aliorum in ecclesia ministrorum, ad nos sub sigillo adducta esset et in Urbe primum sub testibus fidedignis publicata, quo magis ea, que ad reipublice christiane concordiam et unitatem ab ipso summo pontifice vigilantissimo procurantur, omnibus innotescant, exemplum ipsius bulle hisce litteris nostris insertum, palam omnibus esse voluimus. Que quidem hoc modo sequitur:

Julius episcopus, servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Cum ad tollenda religionis nostre dissidia, que in Germania longo tempore, non sine totius christiani orbis perturbatione et scandalo viguerunt, bonum, opportunum et expediens esse videatur, sicuti etiam charissimus in Christo filius noster Carolus, Romanorum imperator, semper augustus, nobis per suas litteras et nuncios significari fecit, ut sacrum oecumenicum generale concilium, per felicis recordationis Paulum papam tertium, predecessorem nostrum indictum et per nos tunc cardinalatus honore fungentes atque ipsius predecessoris nomine, una cum duobus aliis sancte Romane ecclesie cardinalibus ipsi concilio presidentes inceptum, ordinatum et continuatum, in quo publice et solemnes habite fuerunt sessiones, pluraque tam in causa fidei, quam reformationis promulgata decreta multaque etiam ad utramque causam pertinentia examinata et discussa, ad civitatem Tridentinam reducatur. Nos, ad quos et summos pro tempore pontifices spectat, generalia concilia indicere et dirigere, ut ecclesie pacem et christiane fidei atque orthodoxe religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem et gloriam procuremus, et quantum in nobis est, tranquillitati ipsius Germanie, que sane provincia retroactis temporibus in vera religione ac sacrorum conciliorum et sanctorum patrum doctrina excolenda exhibendaque maximis pontificibus, Christi redemptoris nostri in terra vicariis, debita obedientia et reverentia nulli christianorum provincie fuit unquam secunda, paterne consulamus, sperantes per ipsius Dei gratiam et

benignitatem futurum, ut reges omnes ac principes christiani iustis piisque nostris in hac re votis annuant, faveant atque assistant, venerabiles fratres, patriarchas, archiepiscopos, episcopos et dilectos filios abbates omnesque alios et singulos, qui de iure vel consuetudine, vel privilegio conciliis generalibus interesse debent quosque idem predecessor noster in suis indictionis et aliis quibuscunque desuper confectis et publicatis litteris concilio interesse voluit, per viscera misericordie domini nostri Jesu Christi hortamur, requirimus et monemus, ut proximis futuris kalendis Maii,[1] quem diem ad ipsum concilium in eo, in quo nunc reperitur, statu resumendum et prosequendum, previa matura deliberatione, ex certa nostra scientia et de apostolice sedis auctoritatis plenitudine ac venerabilium fratrum nostrorum eiusdem sancte Romane ecclesie cardinalium consilio et assensu statuimus, decrevimus et declaramus, in ipsa civitate Tridenti legittimo cessante impedimento, convenire et se congregare ac ipsius concilii continuationi et prosequutioni, omni mora postposita, incumbere velint. Nos enim operam sedulo daturi sumus, ut eodem tempore, in eadem civitate nostri omnino adsint legati, per quos, si per etatem nostram valetudinemque et sedis apostolice necessitates personaliter adesse nequiverimus, Spiritu Sancto duce ipsi concilio presidebimus, quacumque ipsius concilii translatione et suspensione ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque ac presertim illis, que idem predecessor noster in suis litteris predictis, quas cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis et decretis in suo robore permanere volumus atque decernimus et quantumvis, opus sit, innovamus, voluit non obstare, irritum nihilominus decernentes et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum hortationis, requisitionis, monitionis, statuti, declarationis, innovationis, voluntatis et decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationi omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo quinquagesimo, decimo octavo kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.[2]

Hortamur igitur vos omnes et singulos, ut tam pium et

[1] 1551 május 1.
[2] 1550 november 14.

felicem ipsius summi pontificis conatum, immo verius causam ecclesie Dei, non solum vestra presentia, qui ipsi concilio interesse voluerint, verum etiam pura ad Deum oratione iuvare velitis, ut Deus pater propter Jesum Christum, unicum filium eius, ita mentes omnium, qui huic congregationi aderunt, Spiritu Sancto suo dirigat eaque illis suggerat, per que grata deinceps obsequia Deo in ecclesia fiant, eiusque nomen cognitione pure doctrine magis magisque inclarescat. Vos omnes bene valere optamus. Waradini, decima quarta die mensis Februarii, anno Domini 1551.

(L. S.)

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 233—235.

467.

1551 február 15.

Csanádi János főapát a pannonhalmi apátságról László szentjakabi apát, törvényesen megválasztott pannonhalmi apát javára lemond és megigéri, hogy őt a királynak beleegyezés, illetőleg a választás jóváhagyása végett ajánlani fogja.

Joannes Csanadiensis, archiabbas abdicat abbatiam de Pannonia in favorem Ladislai, abbatis de Szentjakab secundum leges ordinis in archiabbatiam monasterii sancti Martini sacri montis Pannoniae electi et promittit se commendare regi, ut consensum huic resignationi praebeat.

Eredetije a *pannonhalmi rendi levéltárban:* c. 61. 1. V. Kiadva: *A pannonhalmi Szent-Benedek-rend története,* IV. 701.

Közli: Karácsonyi János.

468.

Veszprém, 1551 február 18.

A veszprémi káptalan írja Csanádi János pannonhalmi főapátnak, hogy a bakonybéli apátságot károsító Podmaniczky Rafaelnek és palotai várnagyának a megidézést még eddig nem tudta átadni.

«Capitulum ecclesie Wesprimiensis domi residens» scribit Joanni de Csanád archiabbati ecclesiae sancti Martini sacri montis Pannonie et abbati de Bakonybél se non posse citationem editam in favorem abbatiae de Bakonybél Rafaeli Podmaniczky et Joanni Mezenchky ipsius praefecto castri de Palota propter laesionem abbatiae de Bakonybél tradere, quia «postquam hinc ex sedibus nostris propter disturbia et regni calamitates amoti et dispersi fuerimus, nullam deinde executionem fecimus tum propter nostram paucitatem tum vero, quod et notario caruimus nec etiam sigillum pre manibus habemus». Sed tradunt quamprimum, quando fieri potest.

Eredetije a *pannonhalmi rendi levéltárban:* c. 64. 1. S. Közölve: *A pannonhalmi Szent-Benedek-rend története,* IX. 460.

Közli: Karácsonyi János.

469.

Nagyszombat, 1551 február 19.

Nagyszombat város tanácsa a döméseket a király által ajándékozott háznak birtokába beiktatja.

Nos iudex iuratique cives civitatis Tyrnavensis etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis et singulis, quod nos litteras introductorias et statutorias reverendissimi domini Francisci ab Wylak episcopi ecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui ac locumtenentis serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti, infantis Hispaniarum, archidücis Austrie etc., pro parte religiosi fratris Joannis de Koloswar, prioris claustri beati Joannis baptiste, fratrumque ordinis divi Dominici in hac Maiestatis regie civitate domini nostri clementissimi fundati, confectas et emanatas, nobisque preceptorie sonantes et directas, summa, qua decuit, reverentia recepisse in hec verba:

Franciscus ab Wylak, episcopus Jauriensis locique eiusdem comes perpetuus ac locumtenens serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. regis, semper augusti etc. Prudentibus et circumspectis iudici ac iuratis civibus civitatis Tyrnaviensis salutem et favorem. Dicitur nobis in persona religiosi fratris Joannis de Coloswar, prioris claustri beati Joannis baptiste, fratrumque ordinis Dominici confessoris in eodem degentium, quomodo ipse a regia Maiestate, domino nostro clementissimo, quandam domum ipsius claustri, precise ad latus et curiam eorundem fratrum Predicatorum situatam nova donatione impetrasset, in cuius dominium legittime per vos more vestro solito vellet introire. Hortamur igitur et regio nomine requirimus, quatinus acceptis presentibus, annotatum priorem fratrum Predicatorum in dominium dicte domus, iuxta morem et consuetudinem civitatis istius Tyrnaviensis in talibus observare solitam, introducere, eamque ipsi priori et per consequens fratribus prefatis ac ipsorum successoribus universis statuere, litterasque superinde eisdem dare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Posonii, vigesima quarta die mensis Januarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.[1]

[1] 1551 január 24.

Nos itaque mandatis sue reverendissime dominationis in omnibus, ut tenemur, obedire volentes, duos iuratos cives nostros ex nobis, videlicet Fabianum Barathy et Blasium Gazdagh ad premissa fideliter peragenda et exequenda duximus destinandos, qui tandem ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quomodo ipsi sabbato ante festum Mathie apostoli proxime preteritum,[1] introduxissent prefatum fratrem Joannem de Coloswar, nominibus et in personis fratrum prefati ordinis in iam dicto claustro beati Joannis baptiste degentium, statuissentque eundem ibidem in dominum dicte domus perpetuo possidendum, attendentes consensu nostro proprio, nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras privilegiales, sigillo nostro pendenti et autentico roboratas et communitas duximus dandas et concedendas. Datum Tyrnavie, decima nona die mensis Februari, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Hártyán, a melyről a függő pecsét elveszett. *Országos Levéltár:* Mon. Poson. fasc. 52. Nro. 50.

Közli: Iványi Béla.

470.

Augsburg, 1551 február 20.

I. Ferdinánd király elrendeli a magyar királyi udvari kamarának, hogy Érsekújvárt erősíttesse meg.

Ut pro perficienda munitione Novi Castelli necessaria materia conportetur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex. etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Litteras vestras decima quarta die preteriti mensis Januarii ad nos scriptas, quibus inter alia, quomodo fruges et vina decimalia archiepiscopatus Strigoniensis conservari destinaveritis, tum et qualiter se res cum edificatione et fortificatione Novi Castelli a demortuo generali nostro capitaneo incepta habeat, significastis, accepimus clementerque intelleximus.

Et quantum ad conservationem dictorum proventuum archiepiscopatus Strigoniensis attinet, gratiose ordinatio illa nobis placet. De edificatione vero dicti Novi Castelli nos eque ac vos con-

[1] 1551 február 21. (?)

sultum iudicamus, ut munitio ista, quamprimum fieri possit, perficiatur. Quare volumus et committimus vobis, ut sine dilatione revidere curetis, utrum necessaria omnia ad perficiendam huiusmodi munitionem in paratis habeantur nec ne, sin minus, sine ulteriori mora, acquiri, colligi atque conduci faciatis, quo ineunte vere atque inceptis laboribus nullus appareat defectus. Executuri clementem voluntatem nostram. Datum in nostra ac imperiali civitate Augusta Vindelicorum, vigesima die mensis Februarii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
Adler.

Országos Levéltár: Ben. Resol. III. kötet, 14. lap.

Közli: Iványi Béla.

471.

1551 márczius 8.

A pozsonyi káptalan Ujlaky Ferencz győri püspök, királyi helytartónak, az óbudai, most pedig Pozsonyban lakó apáczák kérelmére Pozsonyban 1551 márczius 6-ikán kelt tanúvallató parancsára közli a tanúk vallomásait a felett «utrum insulam Zathon, aliter Zakalos erdeije vocatam incole possessionis Janok prefatarum dominarum sanctimonialium semper usi fuerunt necne».

Országos Levéltár: Mon. Poson. fasc. 13. Nro. 4.

Közli: Iványi Béla.

472.

Gyulafehérvár, 1551 márczius 24.

Koppány Gergely gyulafehérvári őrkanonok végrendelete.

In nomine Domini Amen.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, vigesima quarta die mensis Martii.

Ego Gregorius Koppany custos et canonicus ecclesie Albensis Transilvane quamvis corpore eger, mente tamen per omnia sanus, tale condo testamentum:

Primo, animam meam commendo in manus Dei omnipotentis et corpus ad tumulandum terre. Tandem de bonis meis a Deo optimo maximoque collatis.

Item domum lapideam in Koppany fundatam, molendinum cum piscina et alia piscina, que est infra domum, lego Sebastiano Nagh una cum uxore sua et domine Margarethe sorori mee, ut communiter habeant et possideant, Sebastianusque Nagh pacifice et quiete ipsam dominam Margaretham servet. Si vero domina Margaretha cum Sebastiano Nagh habitare nolit, extunc ipsa habitet in domo, in qua nunc domina Elisabeth habitat, domumque pistoriam possideat. Si autem domina Margaretha communi sorte preventa fuerit, pars sua in domo, molendino et piscinis non ad alios consanguineos devolvautur, sed ad filios et filias domine Barbare, consortis Sebastiani Nagh iuxta litteras obligatoriales capituli.

Item domine Margarethe sorori mee lego omnia pecora et pecudes, videlicet boves, vaccas cum vitulis, oves scrophasque, fruges tam in terris, quam extra terras existentes, ita, ut domina Margaretha sex boves, duodecim scrophas ac duas vaccas domine Magdalene relicte Martini Weres ex bovibus et scrophis solvere teneatur.

Item domine Magdalene relicte Martini Weres lego unum pectorium argenteum, minorem (!) et subam nigram subductam cum felle vulpina mal.

Item domine Margarethe lego unam kuppam auream, simplam.

Item domine Clare conthorali Georgii Chereňÿ lego unam subam mardurinam, subductam cum panno granath; unum pectorium argenteum, super quod signatum meum sculptum est, et duo coclearia argentea.

Item conthorali Andree Wythez lego unam subam mardurinam, subductam cum nigro thaphotha veneceÿ; pectorium argenteum unum, in quo signatum meum sculptum est, et duo coclearia.

Item conthorali Emerici Kabos lego unum pectorium argenteum, et duo coclearia.

Item domine Barbare conthorali Sebastiani Nagh lego currum kolya et duos equos redales.

Item, domine Margarethe, sorori mee lego duos equos redales, meliores ex equis redalibus.

Item equaces lego, ut mediam partem Sebastianus Nagh una cum uxore sua accipiat; mediam vero partem domina Margaretha accipiat et habeat.

Item frater meus Ambrosius Koppany tenebatur plebano de Nova Thorda florenis decem et cum uno vase[1] vini: domina Margareta eidem solvat.

[1] In originali eronee: vas.

Item Ladislao Byro in Koppany obligor florenis tredecim cum medio: domina Margaretha persolvat.

Item ipsi Thorday lego quatuor vitulos triennes: domina Margaretha eidem solvat.

Item servitia Joannis More domina Margaretha persolvat.

Item lego fratribus in claustro beate Marie Thorde degentibus ad tricesimam duos cubulos frugii (!).

Item sacerdotibus in ecclesia sancti Nicolai degentibus lego ad tricesimam duos cubulos frugii.

Item sacerdotibus in ecclesia sancti Ladislai Thorde existentibus lego duos cubulos frugii.

Item hospitali sancte Elisabeth Thorde fundato lego duos cubulos frugii ad victum pauperum.

Item domina Margaretha soror mea fenestras ecclesie in Koppany fundate cum vitris parare faciat.

Item eadem domina Margaretha de purpura et nigra kamwka casulas duas ad ecclesiam beate Virginis in Koppany fundatam parare faciat.

Item calicem, quem parari feci, cum quo sacrificia peregi, et duas ampullas lego ecclesie beate Virginis in Koppany fundate.

Item lego, ut si famulis meis servitia Albe non persolverentur extunc domina Margaretha eisdem persolvat.

Item Sebastiano Nagh obligor florenis VI: domina Margaretha eidem persolvat.

Item Leonardus Sala tenetur florenis quatuor, quos super eum accipiant.

Item lego, ut domina Margaretha soror mea, que sunt necessaria saluti mee, de bonis meis non obliviscatur...[1]

Item tapeta omnia in Koppany existentia domine Margarethe lego.

Executores meos legitimos lego dominam Margaretham sororem meam, Sebastianum Nagh, Georgium Cherenÿ, Emericum Kabos et plebanum de Nova Thorda.

Egy ív papiros három oldalán; pecsét, aláírás hiányzik. *Nemzeti Múzeum levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Una vox illegibilis.

473.

Bécs, 1551 márczius 26.

Fejértavi János m. kir. kanczelláriai titkár levele Bullinger Henrik zürichi prédikátorhoz.

Gratiam et pacem a Deo patre et domino nostro Jesu Christo. Miraris forsitan, mi domine Bullingere, meam in scribendo audaciam, quod ignotus audeam te litteris hisce meis compellare. Ego vero abiecto pudore audacter ad te scribendum duxi, sciens, te, pro tuo candore, meum hoc factum equi consulturum. Qui etsi de facie mihi notus non sis, spiritu tamen et doctrina adeo notissimus, ut quoties scripta tua lego, (his vero utor dies et noctes, ad excolendum ad normam christiane religionis animum), videar plane tecum coram loqui. Tu namque, absit assentatio, preter alios nostri seculi scriptores, tuis eruditissimis scriptis gentem hanc nostram Hungaricam, (ut interim de aliis nationibus taceam), cum idolorum cultu, tum etiam Turcica servitute pressam, ab innumeris superstitionibus repurgatam ad veram christiane religionis amussim revocasti. Quo nomine, post Deum omnipotentem, merito magnam tibi debet Hungaria gratiam. Hinc enim factum est, ut pii sancta doctrina confirmati, quod antea non erat auditum, audiant non solum in partibus ipsius Hungarie ditioni nunc Turcarum subiectis, verum etiam in Thracia adeoque Constantinopoli evangelium Christi depredicare afflictasque christianorum dispersorum conscientias consolari. Que res videtür argumentum esse futuri iudicii, predictum a Christo, quod predicetur in novissimo tempore evangelium suum in orbe universo. Proinde Hungarorum nomine magnam tibi habeo gratiam pro tuo erga eos prestito beneficio, et utinam tanta locorum distantia non seiungeremur, intelligeres aliqua ex parte nostram in te gratitudinem. Scito itaque, Dei beneficio, per totam Hungariam passim evangelium Christi predicari, demptis his locis, in quibus regnant papistici episcopi, qui pauci sunt et rasi homines, a quibus christianis concionatoribus non minima exhibentur negotia, utpote convicia gravia, persecutio et captivitas vinculaque. In his tamen omnibus perstant fortes, non discedentes a sua statione. Verum cum consolatione egeant, meque certi ex eis rogaverint, ut tuam ipsis confirmationem petam, per christianam te rogo charitatem, ne graveris eos atque etiam alios, qui verbo Dei adheserunt quique nomina Christo dederunt, scripto tuo consolari, ut con-

firmati in fide Jesu Christi infractis animis permaneant. Cuius quidem consolationis formam et modum tu, pro tua summa prudentia, facile parabis. Preterea, quoniam in finibus regni Hungarie innumeri christiani utriusque sexus a Turcis rapiuntur, sepe fit, ut nunc maritus alicuius mulieris, interdum vero uxor rapiatur, et relinquat apud maritum liberos, quorum educatio maritis ipsis perdifficilis est, propter quod oblitus rapte coniugis ducit sibi aliam, ex qua suscipit proles. Quid in tali casu verbi Dei ministris agendum sit, consule. Fit enim nonnunquam, ut prior coniunx ex captivitate redeat, et cogatur maritus, ablegata repudiataque secunda uxore, illam recipere. Accedit et hoc, quod cum per totam Hungariam in civitatibus oppidisque et pagis, christiani papistice religionis cultoribus sint admixti, non possint e medio eorum sine gravi rerum fortunarumque iactura discedere, quid his agendum sit? Licetne cum illis cohabitare et ipsorum ceremonias contemnere? Restat, ut papistici sacerdotes et episcopi cogant imperitiores ad adorandum in missis suis panem. Quod etsi non ignorent pii cum verbo et institutione Christi ex diametro pugnare, non omnes tamen noverunt sophistica argumenta papistarum eludere. Quare edoce eos brevi scripto, quid in tali cavillatione adversariorum facere, quidve respondere, et quomodo eorum argumenta diluere possint et debeant. Quod si, ut spero, feceris, nos et pii omnes magnam tibi habituri sunt gratiam. Dominus Deus pro incremento verbi sui servet te diu incolumem. Salutant te fratres, qui mecum sunt quique mecum in verbo Domini consentiunt. Datum Vienne Austrie, 26. Martii, 1551.

Exspecto responsum per hunc hominem, qui has tibi dedit litteras. Quod si per eum non licet subito de omnibus respondere, litteras, quas postea scripturus et ad me missurus es, mitte saltem Augustam ad manus Gerjonis, vel Achillis, medicorum Augustanorum. Ipsi facile ad me mittent.

Deditissimus

Joannes Ryerthoy (!) Hungarus.

Kívül: Reverendo ac clarissimo domino Heinrycho Bullingero, Tigurine ecclesie verbi Dei ministro etc., domino et amico colendissimo. *Tiguri.*

Miscellanea Tigurina, 2. kiad. II. (Zürich, 1723), 192—195.

474.

Szentiván, 1551 márczius 26.

Kendy Ferenczné végrendelete.

Katherina Levay coniux magnifici domini Francisci Kendÿ 1551. feria quinta ante festum Pascatis mente omnino sana, corpore tamen pro voluntate domini Dei egra, invocatione nominis Dei integra coram egregiis dominis Michaële Gerewffÿ, Blasio de Tholdalag, venerabili domino magistro Cristofforo Lippiensi,[1] Ambrosio et Gasparo litteratis, tale condo testamentum: primum animam meam commendans in manüs eterni Patris in fide filii sui domini nostri Jesu Cristi, corpus vero terre ad sepulturam in spe resurrectionis mortuorum in vitam eternam. Amen. Bona vero, que michi ex sua mera misericordia collata sünt, lego ordine iam sequenti:

. . . .

Egÿ nasfath, egy hegÿes gemant, egy tabla rwbÿnt, kÿth az elewbbÿ uram adott wala, mÿkor weleh megÿ eskÿttem wala[2]

. . . .

egÿ aranÿ olwasoth, az nagÿ hÿnthoth es az kÿs hÿnthoth, mÿnd ezeketh hagÿom az én szerelmes wramnak . . . .
Egÿ nagÿ aranÿ lanczoth, kÿben szazhusz arany forÿnth wagÿon, hagÿom tanwlo kereztÿen szÿgÿn papoknak, deyakoknak.

Mas lanczoth, kÿbe etwen aranÿ forÿnth wagÿon, hagÿom az espotalÿba . . . .

Papp deyaknak ÿs hagÿok negy forÿnthot, Ambrus deak komamnak for. hethet, nestenek (Anastazia) keth forint arra szoknÿath

. . . .

Nos itaque premissa omnia fide nostra mediante, ut ex verbis sue magnifice domine Katherine a Lewa coniugis magnifici domini Francisci Kendÿ kalamo excepimus, sine diminutione seu augmento aliquali rescripsimus harum nostrarum sigilli nostri testimonio mediante. Datum ex Szentywan, ipso die cene Domini, ut vocant, anno, ut pretitulatus. Amen.

Századok, 1876. évfolyam, 747—750.

[1] Sodalis Stephani Kis Szegediensis in schola Protestantium Temesvariensi 1548—51.

[2] Primus maritus fuit Nicolaus Patóczy de Eperjes V. Fábián: Aradvármegye leírása, 215.

475.

Bécs, 1551 április 1.

Mátyásnak, a szepesi karthauziak perjelének levele Pétervárady Balázs szepesi préposthoz és királyi kamaráshoz, hogy a gánfalvi telekper sorsáról értesítse.

Eternam in domino Jesu salutem [etc. Reverende domine, Novit haud dubie vestra reverenda dominatio, quod transactis diebus v. r. dominationem oraverim ex parte cuiusdam nobilis Matthei N., qui possidebat curiam nostram in villa Ganfalva, ut, si ista causa Posonii ventilaretur, v. r. d. esset sollicitator causa Dei, meminitque, ni fallor, v. r. d., quomodo per civem Laschoviensem transmissionem v. r. d. miserim, qualiter nimirum in sede Scepusiensi mediante iure obtinuerim a nobili Mattheo N. curiam nostram in villa Joannis, alias Ganfalva dicta, illa enim necessario v. r. d., que propter summam benevolentiam, qua me et religiosos complectitur, solicitandi munus subiit, transmittenda erat, quia ipse ad Posonium appellavit. Quare iterum atque iterum oro, ut v. r. d. causam illam urgeat, et me, quomodo, aut quid actum sit in causa vel negotio nostro, certiorem faciat, ut sciam, quo pacto me apud regiam Maiestatem ex parte negotii illius gerere debeam, nam de certis negotiis serenissime regie Maiestati supplicavi. Oro quoque, ut v. r. d. mihi scriptis significet cognomen nobilis illius Matthei, quia exprimitur in transmissione et mihi valde scitu necessarium est. His me v. r. d. humillime cum conventu commendo, meque ad quevis officia nomine v. r. d. subeunda promptissimum offero. Date Vienne Austrie in curia Seytzensi, 1. Aprilis, anno MDLI.

Oro summopere, ut v. r. d. mihi, quamprimum fieri potest, respondeat, non enim diu hic persistere, certis quibusdam de causis, potero.

Frater Matthias
monasteriorum Cartusiensium in Scepusio
inmeritus prior.

Kívül: Reverendo in Christo patri et domino, d. Blasio de Petrwaradia, preposito Scepusiensi in monte Sancti Martini, regie Maiestatis camerario, domino suo summa cum reverentia observando.

Papiron, frakturbetüs (középkori) zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Exp. cameral. 1551—53., 5-ik szám. Közli: Iványi Béla.

476.

Bécs, 1551 április 6.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a Szigetvárhoz tartozó javakat és a szigetvárosi házat bocsássa vissza a pécsi püspöknek.

Ut bona episcopatus Quinqueecclesiensis ad arcem Zygeth possessa remittantur domino episcopo, una cum domo in oppido Zygeth sita.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Quoniam clementer concessimus et annuimus iam, uti reverendo Georgio Thompa episcopo ecclesie Quinqueecclesiensis consiliario nostro fideli nobis dilecto ville et bona dicti episcopatus Quinqueecclesiensis, que scilicet ad eundem episcopatum, non autem ad capitulum et antea pertinuerunt et adhuc pertinent, una cum domo episcopi in Zygeth existenti, per prefectum nostrum illic in Zygeth, Franciscum Tahy remittantur, ut ex hiis et munia episcopatus exequi et in servitiis nostris pro status sui conditione vivere possit. Iniungimus et committimus vobis, curetis plane et efficiatis, quo dicte ville ac bona una cum domo eidem episcopo Quinqueecclesiensi per eundem Tahy sine omni mora et difficultate quamprimum remittantur. Nostram in eo expressam exequuturi voluntatem. Datum in nostra civitate Vienna, die sexta Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Melchior v. Hoberckh
Erasmus v. Gera
Sigmar etc.
B[ta] *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 19. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

477.

Bécs, 1551 április 10.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Ujlaky Ferencz győri püspöknek fizesse ki Várday Pál elhunyt esztergomi érsek tartozását.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie rex etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum reverendus devotus fidelis nobis dilectus Franciscus Wilaky episcopus Jauriensis et regni nostri Hungarie locumtenens, nos humillime interpellaverit, ut summam centum et quinquaginta florenorum quondam demortuo archiepiscopo Strigoniensi mutuo datorum, cuius dimidia pars ex commissione nostra iam pridem ei persoluta est, sibi integre exolvere vellemus. Nos vero vobis ratione persolutionis debitorum, que dictus archiepiscopus contraxit expressum mandatum antea dederimus, volumus et iniungimus vobis, ut eiusmodi mandato obtemperantes et hoc pacto eidem locumtenenti nostro de predicto debito etiam integre satisfaciatis. Nostram in eo omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, decima die Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melchior von Hoberckh
per manu propria
Sigmar etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, melyről a zárópecsét elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 április 10.

Közli: Iványi Béla.

478.

Bécs, 1551 április 10.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Oláh Miklós egri püspöknek és kanczellárnak szolgáltassa ki az egri püspökség jövedelmét azon időtől kezdve, a mikor visszalépett a zágrábi püspökségtől.

Ut domino cancellario proventus episcopatus Agriensis a die cessionis sue de episcopatu Zagrabiensi pro parte sua reddantur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Etsi nos elapso tempore, quo reverendus devotus Nicolaus episcopus Agriensis, consiliarius et in aula nostra per regnum Hungarie cancellarius, ab episcopatu Zagrabiensi decessit, clementer concessimus, ut dicto cancellario nostro proventus et redditus nominati episcopatus Agriensis a dato dicte decessionis sue consignarentur, tamen nobis per ipsum humillime significatum est, quod ipsi ex dictis proventibus et redditibus ab illo tempore usque ad restitutionem pretacti episcopatus Agriensis omnino nihil persolutum sit, enixe supplicans, hac in re gratiosam dignaremur facere ordinationem. Quare volumus et committimus vobis, ut predicto cancellario nostro antenominatos proventus et redditus episcopatus Agriensis a dato, sicuti premissum est, pro sua parte reddi et exolvi curetis efficiatisque. Executuri in eo clementem valuntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima Aprilis anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.
B^ta Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 19. lap.

Közli: Iványi Béla.

479.

Bécs, 1551 április 12.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy tárgyaljon Várday Pál elhunyt esztergomi érsek hitelezőivel a fizetési módozatokról.

Ut tractetur cum creditoribus condam Strigoniensis de expectanda solutione ad aliquod tempus, et quod decime, que servari possunt, serventur, cetera, quo meliori pretio possunt, vendantur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Etsi vobis antea per litteras nostras iniunxerimus, ut decime et fructus archiepiscopatus Strigoniensis vendantur, et debita de illis cum tempore persolvantur, tamen nobis iuxta informationem vestram melius videtur, ut dicte decime et fructus adhuc aliquantum temporis conserventur. Volumus itaque et committimus vobis, ut cum iis, quibus persolutio illorum debitorum fieri debet, pro longiori termino ad solutionem dictorum debitorum diligenter agatis atque tractetis, eas autem decimas et fruges, que conservari minime possunt, maiori, quo fieri potest, pretio vendi, ad solutionemque predictorum debitorum consignari curetis et ordinetis. Nostram in eo clementem executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, duodecima die mensis Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 23. lap.

Közli: Iványi Béla.

480.

Bécsújhely, 1551 ápilis 12.

A szentgotthárdi ciszterci apátság felett a felügyeleti jogot a stájerországi reini ciszterci apát kapja meg.

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, indictione nona, duodecimo die mensis Aprillis, anno pontificatus


sanctissimi domini, domini Julii tertii secundo, oblatum est mihi notario publico infrascripto per reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Martinum abbatem sancte Marie in Runa Styrie instrumentum quoddam, per fratrem Joannem abbatem Morimundi etc. una cum eiusdem sigilli appensione munitum et editum, non vitiatum, non cancellatum nec in ulla sui parte suspectum, sed omni prorsus vitio carens: cuius tenor sequitur et est talis:

Frater Joannes abbas Morimundi Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis, plenaria authoritate domini et capituli generalis Cisterciensis in Hungaria et tota natione Germanica fungens, venerabili patri et in Christo nobis preclarissimo coabbati nostro monasterii de Runa, nostri dicti ordinis, salutem et sincerum charitatis affectum. Cum constet, nos de grege nobis commisso, in extremo districti iudicis examine rationem reddituros, necesse est, ut taliter operam demus, ne ob defectum nostrum grex ipse pereat. Intelligentes igitur monasterium sancti Gothardi nostri ordinis prelibati Yauriensis diocesis visitatore carere, aut propter ipsius visitatoris distantiam, aut alia de causa nobis ignota, propter quod transactis temporibus non modica consecuta sunt detrimenta, compellimur providere, ne a modo taliter ipsum monasterium permaneat. Eapropter vobis et vestris successoribus in plenaria ordinis nostri authoritate, qua in hac parte specialiter fungimur, conferimus per presentes omnimodam visitationem et iurisdictionem predicti monasterii, cum potestate visitandi dictum monasterium, quandocunque vobis et ipsis vestris successoribus opportunum visum fuerit, et in eodem faciendi, gerendi et exercendi, quicquid patres visitatores ordinis nostri in filiabus suis facere, gerere et exercere possent, sic, quod eandem vos et vestri successores habeatis in dicto monasterio iurisdictionem, quam habet dominus abbas Ebracensis in monasterio vestro. Omnibus igitur et singulis supradicti monasterii regularibus personis sub inobedientie et excommunicationis penis precipimus et mandamus, quatenus vobis et vestris successoribus, tanquam suis propriis visitatoribus obedire non postponant, et ne in premissis aliqua oriatur dubitatio, quandocunque monasterium predictum vacaverit, sive per mortem abbatis, sive per cessionem, volumus, ut vos in eodem, iuxta ordinis nostri formam novum instituatis abbatem, sepedictum monasterium, vestro monasterio tanquam filiam matri his in scriptis incorporantes, prout ex ordinis nostri statutis vobis incumbit. Datum in Nova Civitate et infra monasterium sancte

Trinitatis, vigesima octava die mensis Maii, sub appensione sigilli, anno Domini millesimo quadringentesimo octavo.[1]

Joannes abbas Morimundi.

Ego igitur Nicolaus Hippocephalus Gorlicensis papali authoritate publicus notarius postea, quam ex parte prelibati reverendi patris et domini abbatis Runensis sum requisitus, quatenus instrumentum prefatum describerem et fidedignam eiusdem copiam conficerem, ideo ex prescripta commissione pretactum instrumentum de verbo ad verbum sine augmento et diminutione, manu mea propria descripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque ac nomine meis solitis et consuetis signavi, in fidem premissorum specialiter rogatus.



Kívül: Copia litterarum incorporationis monasterii S. Gothardi.

Papiron, egykorú és XVII. századi egyszerű másolatban. *Országos Levéltár:* Eccles. cameral. f. 23. Nro. 34.

Közli: Iványi Béla.

481.

Nagyszombat, 1551 április 14. előtt.

A Nagyszombatban élő esztergomi székesegyházi karkáplánok nagy szükségben vannak és ismételve a királytól a bor és búza kiutalását kérik.

Sacratissima Maiestas Regia, domine et domine clementissime.

Maiestati Vestre Sacratissime nos miserrimi et humillimi prebendarii Strigonienses, ad presens Tyrnavie ecclesiam [frequentantes] et in eadem divina quotidie continuantes servitia, indigentiam summamque inopiam exponimus nostram, qualiter anno etiam iam preterito erga Vestram Sacratissimam [Maiestatem] Regiam Wiennam versus veniendo humiliter supplicantes in eo, quod

[1] 1548 május 28.

aliquibus victualibus ad usum nostrum quotidianum summe necessariis, videlicet vino et tritico Vestra Sacratissima Regia Maiestas providere clementissime dignata fuisset, ex quo illis dumtaxat pecuniis angarialibus, que nobis in sortem nostrorum servitiorum tribuuntur, totaliter propter inopinatam civitatis huius caristiam ad esum et potum dilapidare coacti sumus. Olim tempore reverendissimi domini pie memorie Pauli Wardaÿ archiepiscopi Strigoniensis prebendarii habuerunt esum et potum quotidianum, habuerunt vina, fruges, decimam aliosque quamplurimos proventus. Nos autem miserrimi et undique exhausti nichil penitus preter aridam illam pecuniarum summulam habemus, cum et ille pecunie angariales nobis redduntur non exiguo labore et fatiga, huc illucque pro illis cursitando dabuntur (!) et etiam aliquando tertia pars pecuniarum nullius estimationis est. Eapropter et pro nunc Maiestati Vestre Sacratissime, uti domino nostro clementissimo et pauperum oppressorumque patri et auxiliatori humillime supplicamus, dignetur ex innata sua clementia nostri misereri, et pro nostris servitiis aliqua providentia, videlicet vino et tritico clementissime providere, ut pro salute Maiestatis Vestre Sacratissime et liberorum eiusdem Sacratissime Regie Maiestatis Deum altissimum perpetue exorare queamus. Expectamus gratiosum et quam clementissimum responsum Maiestatis Vestre Sacratissime.

Hátán: Supplicatio prebendariorum Strigoniensium erga Sacratissimam Regiam Maiestatem.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 április 14. melléklete.[1] — Közölte: *Fabritius Károly*, Történelmi Tár., 1881. évf., 450—451.

482.

Bécs, 1551 április 14.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi székesegyházi karkáplánoknak régi szokás szerint a megélhetésükre szükséges bort és búzát utalja ki.

Ut prebendariis chori ecclesie Strigoniensis prebende necessarie solito more antiquo reddantur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis et egregii fideles dilecti. Cognoscetis

[1] Ugyanezen jelzet alatt megvan ezen folyamodvány még egy példányban, de másképen fogalmazva.

ex presentibus incluso supplici libello,[1] quid prebendarii chori ecclesie Strigoniensis a nobis humiliter contendant de victualibus sibi dandis, que ex vetusta illius ecclesie archiepiscoporumque consuetudine deberi sibi affirmant. Cum itaque nulla re consuetudini antique in iis, que ad alendos ecclesie Dei ministros spectant, detractum esse velimus, fidelitatibus vestris firmiter committimus, ut cognita hac tota re manifestius, omnia his prebendariis necessaria ad victum secundum priscam consuetudinem suppeditare curetis, ne cultus divinus ulla ratione in illa ecclesia intermittatur. Secus ne feceritis. Datum Vienne, die decima quarta mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis etc.

Reverendis, venerabili ac egregiis Augustino de Sbardellatis Vaciensis ac Francisco Thurzo Nitriensis ecclesiarum episcopis, consiliariis nostris ac prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. k., fol. 83. — Közölte: *Fabritius Károly*, Történelmi Tár., 1881. évf., 451.

483.

Bécs, 1551 április 17.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy azon esetben, ha az esztergomi érsekség tizedeit bérbe adják, a kaplati tizedeket Kaplathy Ferencz árvái kapják.

Ut si decime archiepiscopatus in arendam dabuntur hoc anno, concedantur orphanis Kaplathy decime possessionis Kaplath.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende et egregii fideles nobis dilecti. Supplicaverunt Maiestati nostre orphani quondam Francisci Kaplathy, ut decimas frugum, vinorum bladorumque et aliarum rerum decimari solitarum ex possessione ipsorum Kaplath vocata, in comitatu Nittriensi sub districtu Nagy Thapolchan existente, ad ecclesiam Strigoniensem provenire debentes, anno hoc presenti, pro solita arenda eisdem

[1] V. ö. 481. sz., 508. köv. l.

in sustentationem personarum suarum concedere dignaremur. Quare fidelitati vestre committimus, ut si decime archiepiscopatus Strigoniensis in arendam dande erunt, decimas prefate possessionis Kaplath dictis orphanis in sui sustentationem anno presenti ante alios pro arenda alias consveta exigenda relinquere debeatis. Secus non facturi. Datum Vienne, decima septima Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 40. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

484.

Szolnok, 1551 április 21.

Zay Ferencz levele Aldana Bernáthoz és Teuffel Eramushoz a régi templomok erősséggé való átalakíthatása ügyében.

Magnifici domini, domini... Ego hesterna die una cum dominis Hispanis, cum centum et viginti quinque ferme equitibus, ex commissione dominationum v. m. loca illa, que Turcas munire pretendere dicitur (!), perlustravi; locaque, ubi, necessitate exigente, exercitus regie Maiestatis castrametari posset, perspexi. Primumque venimus ad castellum destructum Nyaras Apatÿ vocatum, quod a Turcis dicitur muniri velle, ubi Turcis, licet pro maiori parte dirutus sit, tamen edificandi aptissimus locus cum fossa quadam parva, in qua ex una parte etiam aliquid aque sit, constet; bastioncularum quoque loca apparent, turrim vero, cum omnia eius necessaria pre manibus, ut dici potest, lapides, arena, aqua, ligna, excepto uno calce, sint prompta, ex quibus in uno mense turrim ipsam denuo et melius fortiusque reparare possunt... In opposito Abony una possessio, ubi... castrametari, si necesse esset, ab ipso castello non longe, aptissimus esset, aque enim habundantia apud illud oppidum, Czegled vocatum, habetur. Et licet hic quoque in campis sufficiens aqua sit, nihilominus si deficere videretur, ab ipso oppido usque ad castra dimitti posset; est enim retenta quadam repletura pro commodo oppidi. Ibidem silva et lignorum copia pro necessitate gentium, feni seu herbarum magna vis, sunt quoque colles quidam excelsiores alio campo. Inde tandem reversi, venimus recta ad possessionem Kechke vocatam, similiter ad regiam Maiestatem pertinentem, ubi ecclesia dicitur ab ipsis Turcis velle muniri, quam similiter perlustravimus. Ecclesia ipsa, licet non sit fortis, neque admodum magna, tamen sanctuarium

est cum testudine factum, similiter turrim habet satis altam similiter cum testudine paratam; aliam quoque turrim latam in opposito alterius turris, altamque ad duas lanceas Hungaricas ab alio sitam, cimiteriumque cum muro satis alto cinctum habet. Non tamen in littore Ticie sita est, sed extra littus, quasi ad duos ictus sagitte, que possessio distat a Zolnok quatuor milliaribus. Ubi si turres due destruerentur, cimiterium quoque optimum auxilium ad edificandum hoc castrum esset, ecclesia ipsa posset integra manere... Venimus preterea ad possessionem Warkony similiter regie Maiestatis, ubi due parve ecclesie extra possessionem site sunt, quarum neque locus, neque fortitudo ap... illic aliquod fortalicium erigere et edificare posset, qu... ab illa alia distat Kechke vocata... castroque Zolnok distat duobus milliaribus, que nobis... ur per Turcas fortificare posse, cum nullus... illic appareat; potest tamen ecclesia maior d...e non parva copia lapidum ad Zolnok deduci potest. Est e... alia ecclesia a multis temporibus deserta et in multis locis diruto ex sectis lapidibus omnino constructa, que absque omni dampno potest destrui et ex lapidibus sectis porte ipse ambe reparari et edificari possent. Venimus deinde ex Warkony ad possessionem Thozegh vocatam versus Zolnok ad unum milliare a castro distantem, ubi ecclesia, maior omnibus aliis cum turri alto et testudinibus fortissimis, similis ecclesie Zolnok et magnitudinis et altitudinis, ubi cimeterium magnum ex muro facto (!) est, apud ecclesiam mons quidam in rippa Ticie usque ad ecclesiam situs, satis altus et faciendi castelli seu fortalitii admodum aptissimus, quam collem una cum ecclesia et cimiterio possunt in unum fortalitium stringere in tanta magnitudine, quod mille homines, etiam plures, in eo tute manere possunt, ubi etiam non cum magno labore possunt aquam circumducere. Qui locus nobis pre omnibus aliis aptior ad fortificandum, nobisque et huic castro nocentior esse visus est, que ecclesia etiamsi destrueretur, mons ipse semper paratum locum edificandi ipsis prestabit. Nihilominus ne aliquid prompti seu muri illic reperiretur, videbatur nobis ecclesiam ipsam destruendam fore, presertim eum et tam propinquo loco sita sit; timentes tamen, ne cum destructio ecclesie duobus, neque pluribus diebus perfici possit, Turce quoque in castris maneant, homines, quos ad destruendam ipsam ecclesiam mitterem, ab ipsis Turcis intercipiantur: absque informatione et consilio dominationum v. m. id facere nolim. Expecto igitur ab eisdem vestris m. dominationibus informationem: an facere hoc audeam, cum et arietem cum

ferro ad destruendum murum preparatum habeam, si non alia causa, tantum pro habendis lapidibus... Ex Zolnok, 21. Aprilis anno Domini 1551.

servitor
Franciscus Zay de Chemer.

Kívül: Magnificis dominis, dominis Bernardo de Aldana magistro de campo exercitus Hispanorum, Erasmo Tauffll comiti comitatus Soproniensis, capitaneis gentium, consiliariis et commissariis rerum bellicarum regie Maiestatis, dominis meis observandissimis.

Egy ív papir négy oldalán, közepén egy nagy lyukkal, s részben innét származnak a kipontozott helyek; zöld zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Marc—April. 115.*

Közli: Bunyitay Vincze.

485.

Sárvár, 1551 április 23.

Nádasdy Tamás országbiró a kapornaki konvent által az országbirói törvényszék elé idézteti Pethő Pétert és Jánost.

Thomas de Nadasd... iudex curie regie... conventui de Kapornak... Petrus Pethew de Gerse, qui totales quartas decimarum frugum, vinorum et aliorum bladorum cultelli Kapornak-kes vocati, in comitatu Zaladiensi habiti, capitulo Wesprimiensi in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo provenientes et per idem capitulum egregio Emerico de Thelekes in arendam locatas in eodem anno occupasset occupatasque percepisset, et quo voluisset, fecisset, in quibus, salva violentie pena, eidem capitulo plusquam quinquaginta florenorum auri dampna intulisset. Ceterum magnificus Joannes similiter Pethew de dicta Gerse... totales quartas decimarum frugum, vinorum ac aliorum bladorum cultelli Kezthel-kes vocati, in comitatu Zaladiensi habiti, in anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo et nono proxime transactis ipsi capitulo... provenire debentes... indebite pro se occupasset occupatasque recepisset et, quo sue placuisset voluntati, fecisset, in quibus demptis actibus potentiariis ipsi capitulo plusquam octuaginta florenorum auri dampna intulisset... Eos... evocari faciatis.

A *kapornaki* konvent jelentésében, mely szerint az idézés a kéméndi várban in vigilia Ascensionis Domini megtörtént. Ennek eredetije a *veszprémi káptalan magánlevéltárában:* capsa 14. Decimae Szalad. Nro. 30.

Közli: Karácsonyi János.

486.

Bécs, 1551 április 23.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvuri kamarának, hogy a Horváth Bertalan által a néhai esztergomi érseknek kölcsönadott 350 forint ügyében jelentést tegyen.

Ut de debito fl. 350 mutuo condam Strigoniensi datorum per Bartholomeum Horwath informetur sua Maiestas.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex etc., semper augustus.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Interpellavit nos per inclusam supplicationem humillime fidelis noster egregius Bartholomeus Horwath etc. inter alia, ut sibi debitum suum trecentorum et quinquaginta in auro florenorum, quondam demortuo archiepiscopo Strigoniensi commodato datorum, integre persolvi vellemus facere, sicuti ex dicta supplicatione intelligetis. Cum itaque hac in re informatione vestra indigeamus, volumus et iniungimus vobis, nobis eam ipsam, quo ad primum articulum supplicationis attinet, cum sententia et opinione vestra quamprimum perscribatis. Nostram in eo omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima tertia die mensis Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philippus Breyner
Erasmus von Gera
Sigmar etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethehenfalwa (!), episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 54. lap.

Közli: Iványi Béla.

487.

Bécs, 1551 április 26.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Swcho Ferencznek a néhai esztergomi érseknek teljesített szolgálatokért járó 50 forintot térítse meg.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex. etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum antea fideli nostro Francisco Swcho de Strigonio in recompensationem suorum laborum et expensarum, in servitiis nuper defuncti archiepiscopi Strigoniensis factarum, per commissarios nostros ex ea pecunia, quam idem archiepiscopus ante obitum suum Rome apud Marcum Antonium Bentivolum, rerum suarum illic procuratorem, deponendam curaverat, quinquaginta coronati in auro ordinati fuerint, quam tamen pecuniam hactenus consequi non potüerit, sed idem Bentivolus a summo pontifice tanqüam spolium impetraverit. Volumus et committimus vobis, ut eidem Francisco de huiusmodi quinquaginta coronatis aliunde ex dicti archiepiscopatus redditibus et maxime, si fieri potest, paratis pecuniis quamprimum satisfaciatis, nostram in eo expressam exequuturi voluntatem. Datum in nostra civitate Vienna, die vigesima sexta Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo aliorum vero vigesimo qnnto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philipp Breyner mp.

Erasmus von Gera mp.

Sigmar etc.

B[ta] *Dunant* etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehemfalwa, episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Swerdelatis (!) episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 április 26.

Közli: Iványi Béla

488.

Bécs, 1551 április 27.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a szűkölködő pápai ferenczeseknek adjon 70 magyar forintnyi segedelmet.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex etc., semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Significamus vobis, quod nos religiosis fratribus monasterii ordinis sancti Francisci in Papa ad humilem supplicationem ipsorum respectu inopie, in qua versantur, clementer concessimus, ut ipsis septuaginta floreni Hungaricales in bona moneta, quam possint pro suis necessariis exponere, ex camere nostre vestre administrationis proventibus, elemosine nomine darentur et numerarentur. Quare iniungimus Nobis harum serie, ut eisdem fratribus predictos septuaginta florenos quamprimum sine dilatione ac integre exolvatis et numeretis, nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima septima die mensis Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
S. Sigmar etc.
B[ta] Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 32. — Történelmi Tár, 1881. évf., 452.

489.

1551 április 28. előtt.

Móré Mártonnak, a néhai esztergomi érsek kamarásának, folyamodványa a királyhoz, hogy járandóságát készpénzben kaphassa meg.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Superioribus diebus, cum Maiestas vestra sacratissima Auguste in comitiis imperialibus esset, per supplicationem medio egregii domini Joannis Desewffy consiliarii camere Hungarice Maiestatis vestre de deputatione illa, quam Maiestas vestra sacratissima anno proxime preterito ratione servitiorum reverendissimo quondam

domino archiepiscopo Strigoniensi exhibitorum apud dominos camerarios Hungaricos deputaverat, una cum aliis cubiculariis dicti quondam domini arshiepiscopi supplicaveramus. Ad quam nostram supplicationem, licet Maiestas vestra eisdem dominis camerariis litteris suis mediantibus ante omnes alios nobis gratiose reddendum et persolvendum commiserat, tamen iidem domini camerarii non pecuniis paratis, sed vino et frumento reliquis cubiculariis persolverunt, meque illis contentum reddere volebant. Cum igitur, domine clementissime, ego procul a patria sim, in istisque partibus edes et locum, quo huiusmodi vinum et triticum congregare potuissem, non habeam, accipere recusavi. Et alioqui intellexi Maiestatem vestram dominis camerariis commisisse, ne iam ante commissionem Maiestatis vestre vinum et frumentum, que ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis provenerunt, venundarent. Supplico Maiestati vestre sacratissime, tanquam domino meo clementissimo, dignetur prefatis dominis camerariis suis Hungaricis gratiose committere, ut illa parva deputatio mea in paratis pecuniis primo quoque tempore persolvatur, quoniam, quibus me sustentare possem, non habeo. Clementissimum a Maiestate vestra sacratissima expecto responsum.

Eiusdem Maiestatis vestre sacratissime

fidelis et humilis subditus
Martinus More
cubicularius quondam domini archiepiscopi Strigoniensis.

Kívül: Supplicatio humillima Martini More olim cubicularii reverendissimi condam domini archiepiscopi Strigoniensis etc.

Eredetije egy lap papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 április 28. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

490.

Bécs, 1551 április 28.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Móré Mártonnak, a néhai esztergomi érsek kamarásának, készpénzben utalja ki járandóságát.

Ut cubiculario quondam Strigoniensi Martino More in pecuniis et non rebus satisfiat.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabiles ac egregii fideles dilecti. Cum antea elapso quinquagesimo anno clementer iniunxerimus, curare deberetis, ut cubiculariis quondam demortui archiepiscopi Strigoniensis de non solutis stipendiis ipsorum satisfieret, nos vero nunc a Martino More, sicuti ex incluso exemplo intelligetis in eo, quod aliis cubiculariis dicta solutio solummodo in vino et frumento facta sit, certiores facti sumus. Quod autem ipsi ex causis istis in dicto exemplo recensitis pergrave esset, humiliter supplicans, ut vobis, quo illi deputatio sua in paratis pecuniis persolvatur, gratiose committere dignaremur. Quapropter iniungimus et committimus vobis, dicto More stipendium suum subducta ratione ex dictis proventibus in pecuniis prestari curetis efficiatisque. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima octava die mensis Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo qinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus von Gera
Adler etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 34. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

491.

1551 április 28. előtt.

Somogyi Albert volt esztergomi aludvarbiró folyamodványa a királyhoz, hogy Várday Pál elhunyt esztergomi érseknek tett szolgálataiért megkapja járandóságát.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Post obitum domini mei reverendissimi Pauli de Warda archiepiscopi Strigoniensis pie memorie ac locumtenentis v. s. M. supplicaveram anno elapso hic Vienne de provisione aliqua et de

satisfactione servitii mei erga predictum dominum meum exibiti, que (!) ego a iuventa mea etate tam in variis ac certis suis negotiis, quam postremo in officio viceprovisoris, in quo eque ac iuste quatuor continuis annis navaverim operam, fretus spe et largis suis pollicitationibus, quibus animum meum sedulo alebat, ut pro mea servitute aliquando contentum redderet.

Ad quam meam supplicationem M. vestre s. factam dignata mihi fuit respondere pie per dominum cancellarium (per quem a Maiestate vestra sacratissima in officium quatuor villas obtinuerim, quas dominus Strigoniensis et predecessores eius soliti erant officialibus, cum omnibus suis proventibus dare, sed ego M. v. s. non infestavi), ut administratis proventibus Strigoniensibus mihi gratiose providere et satisfacere vestra s. M. dignabitur.

Cum autem acceptis et collectis undique proventibus restarent adhuc media vasa vinorum sex, que per me in officio hactenus conservantur, ex quo officio maiorem aliam partem proventuum administraverim, supplico M. v. s., uti domino meo clementissimo, ut accepta et considerata fidelitate et fidelibus servitiis meis, predicta vina et preter hec centum zepones (!) frumenti ex ipso meo officio emanatas mihi gratiose in rationem servitii donare ac conferre, ad cuius rei exemptionem (!) litteras quietantiales mihi reddere dignetur, quas (!) me aput camerarios suos quietum ac liberum pronunciare valerem, ipsique mihi et litteris M. v. s. locum super hac re concedant ac teneantur concedere, nam alioquin, quod si camerariis suis M. v. s. annuere dignabitur, magno labore et fatigio me assequuturum sperabo.

Cuius quidem mei servitii premio licet amplius promererer, sed ut ne M. v. s. diutius a me infestari videretur, contentus sum tam exiguo premio, a qua gratiosum expecto responsum.

Eiusdem M. v. s.

humillimus servus
Albertus Somogy
olim viceprovisor Strigoniensis.

Kívül: Supplicatio humillima Alberti Somogy, olim viceprovisoris Strigoniensis.

Eredetije egy ív papiron, melynek még a következő melléklete van:

Transumptum ex cognitione dominorum commissariorum in negotio egregii Alberti Somogy viceprovisoris Strigoniensis.

Albertus Somogy viceprovisor petit servitia sua vetera reverendissimo domino, antequam officium illi daretur, exhibita. Is

petere vetera, antequam novum officium acceptaret. Hactenus cognitionis transumptum.

Appendix.

Viceprovisori de consuetudiue regni provisor satisfacere solet. Habet vero viceprovisor etiam quarundam villarum proventus et alia accidentia, que in suum usum convertere solebat.

Papiron, gyűrűs zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 április 28. mellékletei.

Közli: Iványi Béla.

492.

Bécs, 1551 április 28.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy tegyen jelentést Somogyi Albertnek követeléséről, a melyet a néhai esztergomi érseknek tett aludvarbirói szolgálata miatt támasztott.

Ut opinio camere significetur de supplicatione Alberti Somogi vina et frumentum petentis in rationem preteritorum servitiorum.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Quomodo nos Albertus Somogius, quondam demortui archiepiscopi Strigoniensis viceprovisor, ut sibi respectu servitiorum suorum sex media vasa vinorum, que per ipsum hactenus in officio conservantur, tum et centum zepones (!) frumenti ex dicto suo officio emanatas, clementer remittere dignaremur, humiliter interpellaverit, ex incluso supplici libello fusius intelligetis. Iniungimus itaque et committimus vobis, ut nos desuper cum sententia et opinione vestra informetis certioresque faciatis, nostram in eo clementem exequuturi voluntatem. Datum in nostra civitate Vienna, vigesima octava Aprilis, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
Adler etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 34. lap.

Közli: Iványi Béla.

493.

Gyulafehérvár, 1551 április 28.

Itélethozatal Geréb Miklós és Szászkézd város lakossága közt fennforgó perben.

Nos Franciscus Zengely archidiaconus Ozdensis, canonicus et in officio vicariatus iudex causarumque auditor generaliter subrogatus ecclesie Albensis Transilvaniensis, memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod mota fuit coram nobis quedam causa inter nobilem Antonium Gereb de Myklosthelke ut actorem ab una, et providos ac circumspectos villicum, iuratos, cives et incolas oppidi Zazkyzd partibus ab altera ratione et pretextu quarundam hereditatum intra metas dicti oppidi Zazkyzd existentium habita. Itaque actionis propositione responsioneque, admissis etiam partibus ad probandum intervenientibus interim neque multis dilationibus per actorem obtentis et impetratis, ut ex signaturis testimonialibus notarii consistorii manifeste apparet, tandem in causam attracti actoris tergiversationem et de die in diem procrastinationem, variisque dilationibus subterfugium querentes ferre diutius non valentes, citationem contra eundem actorem ad audiendum et videndum in causa ferri sententiam, et super productis concludi a nobis postularunt. Qua admissa et obtenta reportataque eiusdem per certos nuncios relatione, quia dictus actor, qui semper debet esse paratus, non comparuit, neque in dicto termino aliquem misit, ideo nos die hodierna pro tribunali sedentes, memoratos in causam attractos pro hac vice ab impetitione dicti Antonii Gereb absolvimus et absolutos esse pronunctiamus (!), condemnantes eundem Antonium Gereb in expensis litis factis, quas nobis limitandas et moderandas, dum in scriptis offerentur, reservamus, presentes autem litteras nostras dictis in causam attractis, iurium ipsorum ad cautelam duximus concedendas, communi iustitia requirente. Datum Albe Julie, die vigesima octava mensis Aprilis, anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

(L. S.)

Fabritius: Urkundenbuch zur Gesch. des Kisder Kapitels, 236.

494.

Bécs, 1551 május 6.

Martinengo nunciusnak az imolai püspökhöz, III. Julius pápa bizalmas titkárjához, írt leveléből a trienti zsinatra küldendő püspökökről.

— — — — — — — — — — — — — — —

Furono eletti per il concilio gli vescovi Zagabriense, che l'anno passato fu costi per la speditione delle chiese d'Ungheria, et Tininiense, et oltre questi il re per conto suo et dell' Austria mandarà il vescovo di Vienna.

Vienna, 6. Maggio 1551.

Theiner: Vetera monumenta Slavorum merid., II. 12.

495.

Boroszló, 1551 május 6.

Schlaher Quirinus (volt selmeczbányai, ekkor boroszlai polgár) ajánlja selmeczbányai plébánosnak «Johann Gigant»-ot és fölszólítja a selmeczbányai tanácsot, hogy küldjön neki meghivót. Moibanus doctorral is beszélt és ez ajánlja «Valentinus Leo»-t káplánul.

Quirinus Schlaherus (quondam Schemniciensis nunc civis de Vratislavia) commendat pro plebano Schemniciensi Johannem Giganteum et rogat senatum Schemniciensem, ut eum vocaret. Locutus est etiam cum doctore Moibano, iste autem Leonem Valentinum commendat pro capellano.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* Fasc, XXV.

Közli: Karácsonyi János.

496.

Bécs, 1551 május 8.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség gabonatizedét, mivel már tovább őrizni nem lehet, adja el.

Ut fruges decimales, quia servari diutius non possunt, vendantur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Licet vobis antea commiserimus, ut fruges proventuum archiepicopatus Stri-

goniensis ad ulteriorem necessitatem reservare nec divendere deberetis, tamen perpendimus hoc tempore eas ipsas fruges amplius commode non reservari, nec quicquam eo nomine lucrari posse. Quamobrem iniungimus vobis, ut eiusmodi fruges, quanto fieri potest, citius et maiore cum utilitate divendatis et distrahatis, nec omnino negotium ulterius differatis, sicut et ipsa necessitas postulat. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, octava die mensis Maii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Sigmar etc.

Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardellatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungaricae consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 47. lap. Közli: Iványi Béla.

497.

Bécs, 1551 május 8.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar kir. udvari kamarának, hogy a volt esztergomi érsek adóssága Hrussóczy Mihálynak a már meghatározott módon fizettessék ki.

Ferdinandus I. rex praecipit camerae Hungariae, ut «Michaeli Hrwssoczy ratione debitorum quondam Strigoniensis solutio, quae fieri debet, cognoscatur et modo prius constituto fiat».

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 62. lap. Közli: Iványi Béla.

498.

Bécs, 1551 május 8.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar kir. udvari kamarának, hogy Hrussóczy Mihálynak fizesse meg azt a pénzt, a melyet még Lajos király idejében a volt esztergomi érseknek kölcsön adott.

Ferdinandus I. rex praecipit camerae Hungaricae, ut Michaeli Hrussóczy, qui sicut «iam nobis exposuerit, se superioribus multis annis, ad requisitionem nuper defuncti archiepiscopi Strigoniensis et in necessitatibus quondam predecessoris nostri regis Ludovici, certam pecuniarum summam mutuo dedit», hanc summam restituat.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 63. lap. Közli: Iványi Béla.

499.

Bécs, 1551 május 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az András esztergomi préposttól tanulók segélyezésére hagyományozott 1000 aranyforint fejében, melyet a néhai esztergomi érsek elköltött, az érsekség pisetum-jövedelméből évenként 50 forintot adjon a bécsi egyetemnek.

Ut pro interesse mille aureorum condam Andree prepositi per dominum Strigoniensem ablatorum et in usum studiosorum voluntate testatoris pertinentium, dentur quotannis universitati Viennensi ex proventibus piseti floreni quinquaginta.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Declararunt nobis per inclusam supplicationem honorabiles docti fideles nobis dilecti N. rector, superintendentes et consistorium universitatis nostre Viennensis, quondam Andream prepositum Strigoniensem eidem capitulo Strigoniensi mille ducatos in auro legasse, ea conditione, ut ex censu eiusmodi pecuniarum summe, duo iuvenes studiosi in predicto gymnasio alerentur. Accidisse autem, quod nuper defunctus archiepiscopus Strigoniensis eam ipsam pecuniam a dicto capitulo sub spe future restitutionis mutuo sumeret, et ne voluntas testatoris defraudaretur, eiusmodi censu quinquaginta ducatorum duos studiosos hic usque ad obitum suum aleret. Quare humillimis precibus nos obsecrarunt, solutionem mille ducatorum facere vellemus, ut eiusmodi pecunia hic collocari et pauperes studiosi de censu eiusdem interteneri possent. Que cum ita se habeant, et nos, prout equitas suadet, presertim in re tam utili et honesta menti et voluntati testatoris ac fundatoris omnino satisfieri cupiamus, quod quidem iam in nobis, uti possessore dicti archiepiscopatus bonorum positum[1] est. Decrevimus imposterum, predicte universitati Viennensi eiusmodi censum quinquaginta ducatorum quotannis ex proventibus piseti numerandum persolvendumque esse, unde duo pauperes studiosi hic in gymnasio alantur, sicuti et alii studiosi interteneri soliti sunt, quousque ipsis legatum mille ducatorum consignabitur et exolvetur. Iniungimus itaque et committimus vobis, curam et operam adhibeatis atque adeo plane efficiatis, ut predicte universitati Viennensi imposterum census quinquaginta ducatorum, annuatim et singulis annis ad ipsius manus et ad requisitionem suam, ordine ac certo, ex pro-

[1] In originali haec vox bis scribitur.

ventibus dicti piseti tamdiu sine omni difficultate prestetur, erogetur, persolvaturque, quoad ipsis mille ducati in auro numerati fuerint, atque ut eadem universitas de annuo predicto censu et legato mille ducatorum certi ac securi sint, eamque census solutionem singulis annis sine difficultate consequi possint, volumus, ut eos ea de re necessario nomine nostro assecuretis, simul et assecuratorias litteras expediatis consignetisque, nostram in eo expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, nona die mensis Maii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philippus Breyner

Melchior v. Hoberckh

Sigmar

B[ta] *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 175. Közli: Iványi Béla.

500.

1551 május 13. előtt.

Balázs, a thali pálosok vikáriusa, folyamodik a királyhoz, hogy a beszterczei tizedeket adja az idén a thali kolostornak.

Sacra regia Maiestas et domine, domine clementissime.

Cum ecclesia beatissime semper virginis Marie in Thal fundata, simul cum claustro eremitarum ibi degentium pene extreme desolationi sit redacta, reformatioque aliqua tum ecclesie, tum claustro summe foret necessaria, supplicamus sacre Maiestati v., ut hic prope claustrum predictum in villa Bistrice fruges decimales ad archiepiscopatum Strigoniensem pro anno presenti congestas dignetur eadem ex sua innata pietate et ex devotione, quam erga beatissimam virginem Mariam gerit, fruges predictas pro reformatione claustri et pro usu fratrum in eo existentium pro elemosyna dare et conferre gratiose, ut et claustrum reformari et fratres quoque commodius divinis servitiis vacari possint. Benignam expectamus relationem.

Sacre Maiestatis vestre humilis et devotus capellanus

Frater Blasius

vicarius fratrum eremitarum in Thal.

Kívül: Supplicatio vicarii heremitarum de Thal.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Ben Resol., 1551 május 13. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

501.

Bécs, 1551 május 13.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a thali pálosok számára kért beszterczei tizedekről tegyen jelentést.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie Bohemieque etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverende et egregii fideles nobis dilecti. Cognoscetis ex presentibus inclusa supplicatione, quid religiosi fratres heremite de monasterio Thal nobis humiliter supplicarint. Quare fidelitatibus vestris committimus, ut nos tam de quantitate valoreque eius decime, quam petunt, quam etiam de opinione super ea re vestra nobis quamprimum fideliter informationem perscribere debeatis, ut vobis commissionem dare possimus, quid vobis sit faciendum. Secus ne feceritis. Datum Vienne, decimo tertio Maii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendo Francisco Thwrzo de Bethleenffalwa, episcopo Nittriensi, prefecto, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis etc., fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 május 13.
Közli: Iványi Béla.

502.

Bécs, 1551 május 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség és Gymesi Forgách Zsigmond, László, Péter és János, Horváth Bertalan kir. kapitány, Pókateleki Zomor János kir. ügyigazgató és Forgách Ferencz özvegye Balassa Magdolna birtokai közti határ revisiójához küldessék ki a helyszinére egy kamarai ember.

«Ut ad revisionem metarum inter bona archiepiscopatus et nobiles Forgach mittatur homo camere, qui causas illic in facie terre dirigat».

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 176.
Közli: Iványi Béla.

503.

1551 május 24.

Frater Györgyöt figyelmeztetik Nádasdy követi küldetésének kétszinű voltáról.

Reverendissime domine mihi semper gratiosissime. Servitiorum meorum perpetuam post commendationem. Kegyelmednek ezt bizonynyal irhatom, hogy Bebek mast ide alá egy úrnak igen titkon megizente, hogy királyné asszonynak[1] addig megmondja, mig Nádasdy oda érkezik: hogy királyné asssony szembe ne legyen Nádasdyval, mert ő bizonynyal értheti az kevetséget, melylyel király Nadasdyt oda bocsátá, mert az kevetség egy az, hogy mindenth igérnek királyné asszonynak és az fiának is Nádasdy által; de neki ne higyen, mert az élő Istenre eskött Bebek, hogy nyomorultabb asszonyállat nem leszen őnálánál és az ő fiánál is, ugymond, jóllehet mégh az király leányával kénálják az gyermeket, de ne higyen semmiképpen Nádasdynak. Azért ha királyné asszony valami módon szemben nem akar Nádasdy urammal lenni, ez az oka, mert immár ezt meghvitték királyné asszonynak. Ezt akarám, hogy értse kegyelmed. Az ur Isten tartsa megh kegyelmedet minden jó szerencsével. Szentháromság vasárnapján költ 1551.

Ezt az írta, ki kegyelmed javát
és előmentét kévánja.

Kívül: Ad manus reverendissimi domini, domini fratris Georgii fideliter presententur.

Egy negyedív papir egyik oldalán, piros zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Maii. 92.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

504.

Bécs, 1551 május 24.

I. Ferdinánd király egy pozsonyi udvart Ujlaky Ferencznek, illetve a pozsonyi prépostságnak adományoz.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus etc., quod nos, prout christianum principem decet, volentes semper ecclesias Dei non solum in iuribus suis conservare, verum etiam pro tempore ac rerum statu, quantum fieri potest, locupletare, habita etiam

[1] Izabella.

ratione fidelium servitiorum fidelis nostri reverendissimi in Christo patris domini Francisci ab Ujlak, episcopi ecclesie Jauriensis locique eiusdem comitis perpetui necnon prepositi ecclesie Posoniensis, locumtenentis in Hungaria, que idem sacre primum dicti regni nostri Hungarie corone et deinde Maiestati nostre ab exordio regiminis nostri Hungarie cum summa fidelitatis constantia exhibuit et impendit, illam aream muro cinctam in civitate nostra Posoniensi adiacentem, ratione cuius annis superioribus inter eundem dominum episcopum tanquam prepositum Posoniensem, iure eiusdem prepositure sue, ut actorem ab una ac nobilem et circumspectum Simonem Cayrum de Szalöcze, inhabitatorem dicte civitatis nostre Posoniensis, ut in causam attractum parte ab altera, quedam causa coram fidelibus nostris iudice et iuratis civibus eiusdem civitatis nostre Posoniensis mota et diutius ventilata et tandem per sententiam eorundem definitivam superinde latam area eadem cum prefato muro neutri partium adiudicata, sed ab usu ambarum partium libera fore pronunciata extitisset, per hocque area eadem cum muro ipso Maiestatem nostram regiam rite et legitime concernere spectareque dignoscitur, memorato Francisco ab Ujlak tanquam preposito dicte ecclesie Posoniensis moderno futurisque eiusdem ecclesie prepositis, ad dictam domum prepositalem, cum omnibus eiusdem aree et muri circumducti utilitatibus et pertinentiis quibuslibet dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum, salvo iure alieno. Quocirca... Datum Vienne in festo sancte et individue Trinitatis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 180. — *Schmitth:* Episcopi Agriensis, II. 13.

505.

Sárvár, 1551 május 29.

Perneszith levele Nádasdy Tamáshoz, a kit az úrnap megünnepléséről értesít.

Nos beneficio Dei sumus omnes salvi, domina nostra recte valet, nec quitquam adversum bone valetudini in ipsa video. Heri, hoc est in festo Corporis Christi, ut vocant, fuimus omnes cum processione ad Sar sine illo veteri abusu etc., tantum cum

himnis et canticis spiritualibus. Hic iam magni calores incipiunt esse... etc.

Országos Levéltár: Nádasdy-missilisek, *P.* 2. csomó.

Közli: Iványi Béla.

506.

Bécs, 1551 május 29.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a thali pálosok temploma és kolostora helyreállítására a következő három évben mindig 138 forintot fizessenek az építőmesternek és munkavezetőknek.

Ut pro tegendo claustro Tall dentur per triennium ex proventu decimarum ville Bistricze fl. 138, opificibus et emptioni lignorum.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Litteras vestras vigesima prima ex Posonio ad nos datas cum consilio sententie et opinione vestra de suppeditando auxilio fratribus heremitis in Tall commorantibus, ut monasterium illorum in tectis et aliis necessitatibus in tempore restaurare possent, accepimus clementerque intelleximus. Et licet ista summa satis magna esse videatur, tamen ut mature de tectis ecclesie et claustri illius provideatur, clementer concessimus atque annuimus, ut iuxta consilium et sententiam vestram isti centum et triginta octo floreni, que (!) ex decimis istic annuatim colliguntur, per subsequentes tres annos ex camera nostra vestre administrationis magistris architectis successive et curatoribus, qui ligna et cetera edificiorum necessaria empturi sunt, consignentur et ex commissione vestra ruina illa ecclesie per eos restauretur et reformetur. Quod vos ad predictas latere noluimus, exequuturi in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, die vigesima nona Maii, anno etc. LI., regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior von Hoberckh
Adler etc.
B[ta] *Durant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 64. — Történelmi Tár, 1881. évf., 452—453.

507.

Bécs, 1551 junius 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Sbardellati Ágoston váczi püspöknek felszentelése ünnepségére 200 aranyforintot utalványozzon; a püspök többi kéréséről pedig küldjön jelentést.

Ut domino Vaciensi pro celebritate consecrationis dentur fl. 200 in auro et ut circa reliquas suas postulationes regia Maiestas informetur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Supplicavit nobis reverendus devotus fidelis nobis dilectus Augustinus de Sbardelatis episcopus Vaciensis, ratione consecrationis sue, expensis commissariatus et duodecim equitum, pro administratione archiepiscopatus Strigoniensis intertenendorum, sicuti ex incluso supplici libello abunde cognoscetis. Nos itaque respectu et intuitu fidelium servitiorum dicti Vaciensis, tum etiam precipue tam sancti muneris, eidem episcopo pro huiusmodi consecratione ducentos florenos Hungaricales in auro de dicti archiepiscopatus Strigoniensis proventibus esse elargiendos clementer decrevimus, vobis propterea iniungentes et committentes, quatenus eidem Vaciensi eiusmodi ducentos ducatos ex dictis proventibus quamprimum numerari et persolvi curetis efficiatisque.

De expensis commissariatus antea ad vos scripsimus pro informatione. Itaque eiusmodi informationem quamcelerrime expectabimus. Quod vero ad duodecim equites eidem Vaciensi intertenendos attinet, committimus vobis, nos cum consilio et opinione vestra informetis, an id ipsum necessarium necne esse existimetis. Nostram in his omnibus omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, die nona Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
Sigmar etc.
*B*ta *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 61. lap.

Közli: Iványi Béla.

508.

Bécs, 1551 junius 11.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy azon 500 forintnyi adósságról, a melyet Mária királyné tanácsosai az elhunyt esztergomi érsek tartozásaként követelnek, vizsgálat után tegyen jelentést.

Ut de debito fl. 500, quod consiliarii reginalis Maiestatis petunt a quondam Strigoniensi, inquiratur et informetur Maiestas sua.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusa supplicatione egregiorum fidelium nobis dilectorum N. serenissime domine Marie Hungarie et Boemie etc. regine, sororis nostre dilectissime, consiliariorum et commissariorum fusius intelligetis, eos Maiestatem nostram humiliter interpellare, dignaremur debitum aliquod quingentorum florenorum, quibus quondam episcopus Strigoniensis demortuus Joanni Dobrawyczky debitor remansit, ei regine restitui et exolvi facere. Quare volumus et committimus vobis, de eo debito inquiratis et nos cum consilio et opinione vestra certiores faciatis. Executuri in eo nostram omnimodam et expressam voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, undecima die Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 70. lap.

Közli: Iványi Béla.

509.

Szászsebes, 1551 junius 12.

Az erdélyi hivek Meggyesi Ferenczet kérik a királytól püspöknek.

Serenissime princeps et domine, domine nobis clementissime. Fidelium servitiorum nostrorum in singularem clementiam Maiestatis v. humillimam commendationem. Nos adhuc de nostris et regni negotiis nihil Maiestati v. supplicavimus, sed expectavi-

mus, ut negotium filii regis finem haberet, cui nos fide obstrinxeramus, quod penes eum tamdiu essemus, donec negotium suum ad finem duceretur. Nunc autem, cum per gratiam Maiestatis v. de omnibus negotiis suis conclusum sit, supplicavimus dominis commissariis, ut et ipsi nostram supplicationem eorum intercessione apud Maiestatem v. iuvarent de episcopo in Transilvania futuro, ut episcopatum Maiestas v. tali viro conferret, cuius servitia Maiestati v. et etiam regno utilia forent. Nos enim, qui in hoc regno fuinmus (!), episcopum, qui inter nos fuit, tanquam patrem semper habuimus, cuius etiam consiliis in omnibus rebus nostris usi summus (!), et quia diu in hoc regno tam serenissimo domino Joanni regi Hungarie, domino nostro gratiosissimo pie memorie, dum vixit, et postea quoque in multis rebus, [tam] regno huic reverendus dominus Franciscus decretorum doctor, vicarius ecclesie Albensis Transilvane et prepositus Waradiensis servivit, homo eruditione precipua preditus, tum usu multorum rerum edoctus, cuius virtus et probitas, morumque integritas omnibus nobis ita nota sit, ut eum secure Maiestati v. commendare valeamus. Supplicamus Maiestati v., domino nostro clementissimo: dignetur Maiestas v. suam erga nos in hac re gratiam ostendere ac ad nostram supplicationem ipsi domino doctori episcopatum dare et conferre, quod nos Maiestati v. multiiuga fidelitate nostra servire volumus et enitemur. Deus optimus Maiestatem v. felicissime incolumem servare dignetur. Datis ex Zazsebes, duodecima die mensis Junii anno 1551.

Eiusdem Maiestatis v. sacratissime

fideles

trium nationum regni Transilvanie.

Kívül: Serenissimo principi et domino, domino Romanorum ac Hungarie, Bohemie, Croatie regi etc., domino nobis clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, két piros s azok közt egy zöld zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jun. 29.* — Alighanem Meggyesi Ferenczre vonatkoznak a következő szavak: «Franciscum doctorem esse illum, qui Pragam venerat ante quatuor annos cum Georgio Horwath a Fratre Georgio missi». *U. o. 1551. Jul. 16—31. 152.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

510.

Bécs, 1551 junius 12.

A váczi püspök és Werner György levele a magyar királyi udvari kamarához, a melyben az esztergomi érsekség egyes jobbágyai kérelmi ügyében véleményes jelentést tesznek.

Reverende ac egregii domini fautores observandissimi, salutem et servitiorum commendationem. Venerant his diebus ad sacratissimam regiam Maiestatem, dominum, dominum nostrum clementissimum, colonorum omnium archiepiscopatus Strigoniensis in Mathÿusfelde et etiam sub arce Dregel et circa commorantium internuntii supplicatum, ut quoniam a Turcis magnis et variis exactionibus ac extorsionibus vexantur ac opprimuntur, Maiestas sua dignaretur contenta esse solis decimis, eisque integras nonas condonare. Quorum supplices libellos, cum regia Maiestas mihi Vaciensi a domino cancellario consignari iussisset, ac me illa, que in supplicibus libellis continebantur, ad cameram aulicam una cum opinione mea referre. Cumque pertinentiarum arcis Dregel decimas non ad arcem illam, sed ad mensam capituli dare solitas esse ac etiam nonnullas villas in Mathyusfelde ipsi capitulo et non mense archiepiscopali decimas pendere scirem, et etiam accederent alie nonnulle cause, quas in memorialibus meis declaravi, opinio mea fuit, non debere illis, qui ab antiquo nonas dederunt, eas integre remitti, posse tamen a d. vestris remedium reperiri, quo afflictioni colonorum subveniatur.

Regia itaque Maiestas iussit dominis camerariis aulicis, ut nobiscum de hoc negotio ac aliis archiepiscopatus negotiis tractent, et negotium nonarum arbitrio et cognitioni reverendissimi domini prefecti camere, nostroque ac d. vestrarum permittatur. Opinio igitur nostra est, ut quod coloni in nonarum relaxatione sibi prestari cupiunt, id in relaxatione censuum ordinariorum numerum et rerum huiusmodi minutarum fiat, ne arces archiepiscopatus suis solitis victualibus priventur, ac regia Maiestas magnis sumptibus victualia ad illas arces convehenda curare cogatur aliunde.

Colonis vero oppidi Bersen, quod a Turcis exustum fuit, quibus dominus Strigoniensis duodecim annorum exemptionem dederat, vult regia Maiestas exemptionem huiusmodi observari, prout fusius d. vestre propediem de his et aliis a sua Maiestate

edocebuntur. Ne tamen coloni hic diutius pendeant, eos ad d. vestras datis his litteris ac opinione nostra remisimus. Negotium vero colligendarum decimarum vult regia Maiestas iuxta anni preteriti constitutionem curari a dominationibus vestris. Ut vero eedem sese erga hos miseros colonos misericordes exhibeant, rogamus. Que valeant felices. Vienna, 12. Junii 1551.

D. vestris reverende az egregiis addictissimi

Vaciensis etc.
Georgius Wernher
manu propria.

Kívül: Reverendo ac egregiis dominis magistro ac consiliariis camere Hungarice sacratissime regie Maiestatis, dominis et fautoribus observandissimis.

Papiron, kívül három gyűrűs zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Exp. Cameral. 1551—53., 18. szám.

Közli: Iványi Béla.

511.

Bécsújhely, 1551 junius 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Drégely vára és az esztergomi érsekség jobbágyainak ügyében járjon el jóságosan.

Maiestas regia concedit facultatem camere et domino Vaciensi, ut in negotio arcis Dregel et colonorum relaxationem postulantium faciant, quod e re Maiestatis sue et archiepiscopatus fore videbitur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Transmittimus vobis hisce adiuncta sceda duo memorialia, que nobis per te episcopum Vaciensem in negotiis castellani arcis Dregel necnon colonorum archiepiscopatus Strigoniensis fuerunt oblata. Quoniam vero in illis plures continentur articuli, concedimus vobis facultatem et potestatem de iis disponendi ac statuendi ea, que ex usu nostro et ipsius archiepiscopatus fore cognoveritis. Volumus tamen, ut erga egenos colonos, prout vobis consultum videbitur, misericordia habeatur et relaxatio aliqua fiat, sicuti vos facere non diffidimus. Datum in Nova Civitate nostra, decima tertia die

mensis Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.
B[ta] *Dunant* etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 85. lap.

Közli: Iványi Béla.

512.

Bécs, 1551 junius 15.

Nádasdy Tamás országbiró a leleszi konventnek parancsolja, hogy megbizható embere által idéztesse meg az idézet vételétől számított 15-öd napra özv. Perényi Jánosnét (Zsófiát), gyermekeinek gyámját az országbiró elé Tamás szepesi őrkanonok, előbb szőlősi plébános ügyében, kit özv. Perényi Gáborné Katalin biztatására Perényi János fiai háromszor kiraboltak, sőt fogságba is vetettek.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez comes Thomas de Nadasd perpetuus terre Fogaras ac comitatus Castri Ferrei comes et iudex curie... serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi... Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regis necnon supremus dicti regni Hungarie capitaneus, amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona venerabilis Thome, cantoris ecclesie Scepusiensis ac prefecti camere salium regie Maiestatis Maramarosiensis, qualiter circa festum conversionis beati Pauli apostoli in anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo, eodem exponente ad tunc plebanum oppidi Zewlews vocati, in comitatu de Wygocha existentis, agente, generosa ac magnifica quondam domina Catherina, relicta olim Gabrielis senioris Pereny, tunc adhuc supervivens, ex speciali commissione et mandato magnifici olim Joannis Pereny filii sui, ex prefato quondam seniore Gabriele Pereny procreati, missis et destinatis nonnullis suis ac dicti filii sui hominibus et servitoribus in et ad domum ac curiam dicti plebanatus iamfati exponentis

in eodem oppido Zewlews habitam, ibique in primis homines ac factores eiusdem exponentis captivari, captosque ad dandam rationem proventuum ac ostendendas res ipsius exponentis coegisset, accepta denique ab eisdem premissa ratione et compertis rebus dicti exponentis, viginti octo vasa vinorum dicti exponentis arw dicta et ducentas et quinquaginta capecias frugum et quadraginta tres florenos paratis in pecuniis recipi, aufferrique et abduci, hisque abductis et receptis, predictisque hominibus ac factoribus dicti exponentis in eadem domo et curia plebanatus eiectis et exclusis, ipsum plebanatum a manibus ipsius exponentis minus iuste ac indebite et preter omnem viam iuris pro se et dicto quondam Joanne Pereny filio suo occupasset, occupatamque tam ipsa domina Catharina, quam etiam dictus quondam Joannes filius suus pariter integris duobus annis tenuissent et possedissent, fructusque et utilitates eiusdem percepissent ac his, quibus voluissent, distribuissent, in quibus eadem quondam domina Catharina et dictus olim Joannes Pereny eidem exponenti, demptis actibus potentiariis, plusquam mille et ducentorum florenorum damna intulissent, potentia mediante. Ceterum qualiter circa festum Epiphaniarum Domini in anno eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, cum idem exponens rursum in predictum plebanatum suum restatutus fuisset, prefatus magnificus quondam Joannes Pereny, nescitur unde motus, misso simili modo et destinato Alberto litterato de Zewlews, aliisque nonnullis servitoribus suis, manibus armatis et potentiariis, in et ad eandem domum plebanatus dicti exponentis, ab indeque sex vasa vinorum eiusdem exponentis, similiter arw dicta, recipi et ad arcem suam abduci, ac quo sue placuisset voluntati, fecisset, in quibus similiter idem quondam Joannes Pereny dicto exponenti, demptis actibus potentiariis, plusquam ducentorum florenorum damnum intulisset, potentia mediante. Deinde quomodo circa dominicam Letare in eodem anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto transacto preteritam prelibatus quondam Joannes[1] Pereny, nescitur unde motus, missis et destinatis certis servitoribus et familiaribus suis, manibus armatis et potentiariis in et ad eandem domum et curiam plebanatus dicti exponentis noctis in silentio, ibique eundem exponentem captivari, captumque et vinctum ad arcem suum Nagy Ida nominatum, in comitatu Abawywariensi

[1] Ultimae tres voces lineis obductae et altera manus erronee superscripsit: quondam dominus magnificus Franciscus.

habitam, duci ac tamdiu, quoad voluisset, detineri[1] ex ea domo et curia octo vaccas mulgibiles cum vitulis, duos iuvencos, quatuor equos redales simul cum curru suferrato, nonaginta canistras frugum et farinarum, centum et septuaginta quinque capecias tritici, duodecim millia scandularum, res utpote ac bona ipsius exponentis recipi, ac insuper proventus eiusdem anni, videlicet capecias frugum quingentas, ac centum et viginti quinque vasa vinorum similiter arw dicta pro seipso colligi, auferri et, quo sue placuisset voluntati, fecisset, et ex his omnibus non plus quam florenos octo et decem cubulos frumenti ipsi exponenti restituisset, ubi idem Joannes (!) Pereny plusquam tria millia florenorum damni eidem exponenti intulisset, potentia mediante, in preiudicium et damnum dicti exponentis manifestum. Et quia universe cause factum quorumvis novorum actuum potentiariorum per quoscunque patratorum, tangentium et concernentium, per formam brevis brevium evocationum pro quinto decimo die fiendarum discuti solent et adiudicari, pro eo amicitiam vestram presentibus petimus diligenter, quatinus presentes litteras nostras generose ac magnifice domine Sophie[2] relicte prefati quondam Joannis Pereny, tutrici videlicet et conservatori pupillorum suorum ex ipso quondam Joanne Pereny susceptorum, in quos scilicet bona ac iura possessionaria ipsius quondam Joannis Pereny condescensa forent, per vestrum hominem pro testimonio fidedignum exhiberi et presentari faciatis, que si personaliter reperiri poterit, bene quidem, alioquin de domo habitationis sive solita eiusdem residentia, idem homo vester ammoneat eandem, dicatque et committat eidem verbo regio, ut ipsa quinto decimo die a die exhibitionis presentium et ammonitionis exhinc sibi fiende computando, per se vel per procuratorem suum legitimum coram nobis comparere modis omnibus debeat et teneatur, rationem de premissis redditura efficacem, certificans eandem ibidem, ut sive ipsa termino in prescripto coram nobis compareat, sive non: nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris; et post hec huiusmodi exhibitionis, ammonitionis et certificationis seriem cum ammonite et certificate nomine, terminoque assignato, ut fuerit expeditum, prefato domino nostro regi suo modo fideliter rescribatis. Datum Wienne Austrie, feria quinta

[1] Altera manus interpolavit: fecisset tunc prelibatus quondam Joannes Perényi.

[2] Prius erronee: Catherine.

proxima ante festum beatorum Viti et Modesti martyrum, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Eredeti, papir, veresviaszba nyomott zárópecsét nyomaival, szélein pedig a konvent jelentésének fogalmazatával, mely elmondja: hogy kiküldött bizonysága, tisztelendő Gyengyesi Ferencz áldozár «in festo beate Margarete virginis et martyris proxime preterito ad faciem castri Nyalab vocati, in comitatu de Wgocha existentis constructi, consequenterque domum habitationis, sive solite residentie memorate domine *Sophie Dragffy relicte magnifici quondam Joannis de Peren* in eodem castro habitam accessisset, ibique eandem dominam Sophiam personaliter domi non repertam de eadem domo habitationis ammonuisset et evocasset eandem» az országbiró levele értelmében. A Katalin név tehát ugyanazon levélben, mint Perényi Jánosné neve hibás, a helyett Zsófiának kell állnia, a mint azt az említett idegen, úgy látszik leleszi konventbeli kéz, annak szövegében kijavította, a konventi jelentésben pedig határozottan *Drágffy Zsófia* áll. A konvent, melynek hiteles bizonysága is személyesen járt Nyalábvárában, ebben nem tévedhetett. — *Leleszi országos levéltár:* Actorum 1551. Nro. 29.

Közli: Bunyitay Vincze.

513.

Bécs, 1551 junius 16.

I. Ferdinánd király utasítja a magyar királyi udvari kamarát, hogy a szükölködő pozsonyi ferenczeseknek évenkint az esztergomi érsekség jövedelméből bort és búzát utaljon ki.

Ut fratribus Franciscanis Posoniensibus singulis annis detur certus numerus tritici et vini, pro eorum sustentatione.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Interpellarunt nos humiliter N. fratres ordinis sancti Francisci monasterii Posoniensis, ne miseros illos, qui penitus victu carent, deserere, sed ipsis gratiose providere dignaremur. Quare iniungimus et committimus vobis, ut dictis fratribus singulis annis deputatum numerum tritici et vini iuxta consilium et opinionem vestram ad eorum sustentationem ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis consignari curetis atque ordinetis, executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima sexta die mensis Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 75. — Közölte: *Fabritius K.*, Történelmi Tár, 1881. évf., 453.

514.

Bécs, 1551 junius 16.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség tizedeit ne adja bérbe, hanem a mult évihez hasonló módon gyüjtesse össze.

Ut decime archiepiscopatus Strigoniensis presenti anno per omnia ut preterito in specie colligantur et nemini in arendam locentur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Intelleximus ex litteris vestris, quas die quinta huius ad consiliarios nostros Georgium Vernerum et Joannem Desewffy dedistis, ex quo nunc instet messis presentis anni et cura colligendarum decimarum archiepiscopatus Strigoniensis, et due de ea re inter vos fuerint opiniones, vobis resolutionem nostram super huiusmodi duplici opinione quamprimum significari. Idcirco volentes ea in re, quid nobis consultum esse videatur, opinionem nostram declarare, committimus vobis et mandamus, ut in colligendis huiusmodi decimis archiepiscopatus Strigoniensis eundem modum et rationem precise retineatis, qui superiori anno in istiusmodi collectione observatus fuit, nec ullo pacto eas cuivis alteri locetis, prout altera etiam opinio vestra faciundum esse censet. Executuri in eo expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima sexta die mensis Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler stb.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardellatis episcopo Vaciensi ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 75. lap.

Közli: Iványi Béla.

515.

1551 május 16. előtt.

A veszprémi püspök folyamodványa a királyhoz, hogy a mult év őszén felszentelése után új miséje elmondása végett Veszprémben eltöltött napokat ne számíttassa távollétnek.

Sacra regia Maiestas, domine clementissime.

Quia ex gratiosa annuentia vestre sacre Maiestatis ad cantandas primitias meas autumno preterito Vesprimium profectus eram, supplico vestre sacre Maiestati, ut hos octuaginta duos dies absentie mee, pro continua mea presentia hac vice computari clementer annuat in adiuvamen expensarum mearum, quas in preparatione rerum sacrarum ad primitias pertinentium facere debui. Gratiosum responsum a sacra Maiestate vestra expecto.

E. vestre sacre Maiestatis

fidelis ac humilis capellanus
Episcopus Vesprimiensis.

Kívül: Supplicatio episcopi Vesprimiensis.

Eredetije papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 junius 16. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

516.

Bécs 1551 junius 16.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a veszprémi püspököt más kamarai jövedelemből kárpótolják a rendes fizetéséből történt levonásért, a melyet a mult év őszén Veszprémben mondott új miséje alkalmából 82 napi távolléte miatt szenvedett.

Ut dies 82 absentie domini Wesprimiensis exolvantur de aliis proventibus, de ordinariis tamen deducatur absentia.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusa supplicatione episcopi Vesprimiensis cognoscetis, nos ab eo humillime interpellari, sibi octuaginta illos duos dies, quos autumno preterito ad cantandas primitias suas abfuit, pro continua presentia hac vice computari. Cum autem nos ad precavendam huiusmodi absentiam, unde apud regimen nostrum nihil non

negligentie enasci posset, ordinem hactenus observatum non perturbari seu interrumpi, sed multo magis singulari cura manu tenere cupiamus, et tamen isti absentie (ut ipse episcopus estendit) primitie tantum causam dederint, clementer annuimus ei dies istos memoratos absentie ex aliis camere nostre vestre administrationis proventibus persolvi. Iniungimus itaque et committimus, quod antedicto episcopo Vesprimiensi illos octuaginta duos dies, quibus ab officio suo in regimine abfuit, ex aliis camere redditibus persolvatis; ceterum eosdem illos absentie dies salario suo ordinario deducatis et detineatis. Executuri in eo omnimodam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima sexta die mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.
B^ta^ Dunanth etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 71. lap.

Közli: Iványi Béla.

517.

Bécs, 1551 junius 17.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Kisserényi Ferencz kamarai főszámvevőnek az esztergomi érsekség ügyeiben végzett szolgálataiért évi járadékot adjon az érsekség jövedelméből, a míg a kezelésben fáradozik.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Supplicavit nobis perquam humiliter egregius Franciscus Kysserieny, rationum magister camere nostre Hungarice, quatenus attenta magnitudine molestiarum et laborum, quos in gerendis negotiis archiepiscopatus Strigoniensis acceptandisque et revidendis rationibus et alioqui etiam multifariam sustineat, gratia seu remuneratione aliqua ipsum clementer prosequi dignaremur. Nos itaque gratiose considerantes prefati rationum magistri assiduas curas et labores, clementer consensimus annuimusque ipsi ex proventibus dicti

archiepiscopatus annuatim centum modios frumenti et viginti quinque urnas vini dari et consignari. Quare volumus et committimus vobis, quod eidem magistro rationum iam dictam quantitatem frumenti et vini, quamdiu in huiusmodi administratione seu officio extiterit, annuatim tradi et consignari faciatis ordinetisque. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima septima die mensis Junii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romano vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner mp.
Melchior von Hoberckh
per manu propria
Adler etc.
B[ta] *Dunant* etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 junius 17.

Közli: Iványi Béla.

518.

Cziffer, 1551 junius 19.

I. Ferdinánd király bizonyítja, hogy néhai Bedegi Nyáry Ferencz részint Szarvaskendi «Sibrigk» Gergely továbbzálogosítása, részint királyi elzálogosítás révén összesen 1000 forintért zálogban birta a pannonhalmi monostor Dénesdi és Deáki nevű pozsonymegyei falvait, de ez évben Nyáry Ferencz örökösei, ú. m. Nyáry János, Tardy Gáspár, Zichy Deák Bernát és Nebajszai Porkoláb, másként Boor Dénesné Katalin asszony a pannonhalmi főapáttal, Jánossal úgy egyeztek meg, hogy az örökösök Dénesdit «pro refrigerio et salute anime dicti quondam Francisci Nyary» ingyen visszaadják a monostornak, a főapát pedig megengedi, hogy Deákit még 2 évig zálogban birhassák, de aztán minden fizetés nélkül visszabocsássák.

Ferdinandus I. rex testatur, quondam Franciscum Nyári de Bedeg in pignus accepisse possessiones monasterii s. Martini sacri montis Pannoniae Denesd et Deáki, in comitatu Posoniensi existentes partim ex ulteriori impignoratione Gregorii «Sibrigk» de Szarvaskend, partim ex impignoratione regia, summa florenorum 1000. Anno autem praesenti haeredes Francisci Nyáry, i. e. Joannes Nyáry, Gasparus Tardy, Bernardus Deák Zichy et Catharina consors Dionysii Porkoláb, alias Boor de Nebojsza talem concordiam cum archiabbate

Joanne inierunt, quod haeredes gratis remittunt monasterio possessionem Dénesd «pro refrigerio et salute anime dicti quondam Francisci Nyary», possessionem vero Deaki 2 adhuc annis, retinent, sed postea tenentur sine solutione pecuniarum reddere.

A *győri káptalan* 1555-iki átíratában. Ennek eredetije a *pannonhalmi főapátsági levéltárban:* c. 38 l. Dd.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

519.

Laskó, 1551 junius 20.

Sztárai Mihály levele Tukni Miklóshoz.

Gratiam et pacem a Deo Patre, per dominum nostrum Jesum Christum, per impiissimum papam secundo sepultum, sed per potentiam verbi Dei Patris iterum quasi a mortuis etiam sub dominio Turcarum resuscitatum. Accepi litteras tuas, charissime domine Nicolae, quibus me rogas, ut de toto verbi Dei cursu atque fructificatione sub dominio carnalis huius Antichristi, per Danielem atque Ezechiam prophetas predicti, non solum te, sed etiam fratres Vienne et ultra Viennam agentes certiores facerem atque communis gaudii participes redderem. Epistola certe non caperet, si ego singula persequi vellem, sed tantum summa sequar fastigia rerum. Septennium iam est elapsum, postqam ego ex Dei optimi maximi voluntate sub dominio Turcarum in inferiore Baronia primus atque solus in civitate Lascoviana, uno milliari Hungarico ab Ezek distante, verbum crucis annunciare cepi, et iam cis et ultra Danubium atque Dravum, cum reliquis fratribus postea ad messem Domini tam amplam atque iam pre maturitate albam accedentibus, centum viginti ecclesias ductore Spiritu Sancto edificavi, in quibus omnibus verbum Dei unanimiter annunciatur atque suscipitur idque tanta puritate, ut multi negent, se vidisse ecclesias melius instructas etiam apud illos, apud quos verbum Dei iam annos plus minus triginta annunciatur. Nullam hinc nobis laudem vendicamus, sed hoc totum potentie Dei tribuimus. A Domino enim factum est istud, et est mirabile in oculis nostris, ut lapis Christus, non solum ab Hungaris, sed etiam ab omnibus aliis nationibus reprobatus, sit caput Hungarie Turcica tyrannide oppresse atque omni auxilio aliarum nationum destitute. Deo igitur gratie, qui dedit nobis sub servitute libertatem, sub ignobilitate nobilitatem, sub victoria hostium Christi victoriam mortis et inferni. Dum enim iudicamur in hoc mundo, a Domino propterea

corripimur, ut ne cum hoc mundo damnemur, quemadmodum etiam David de se canit: Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam mandata tua. Longum esset enarrare, charissime domine Nicolae, quos conflictus cum sacrificulis pape hoc septennio in annunciando Dei verbo habuerimus. Hoc tamen satis est scripsisse, quod eos ubique vicimus et tamquam lupos ab ovili Christi procul fugavimus atque alios trans Titium flumen, alios vero trans Savum flumen ire coëgimus, ultra Sauromatas videlicet et ultra glacialem Caucasum, ut canit ille. Hoc anno in feriis Pentecostes, tempore synodi, circa Valpo et Valcovar duobus preliis eos superavimus, atque nonnullos per timorem sub capisterio, tribus mulieribus desuper sedentibus, latere coëgimus; unde iam Sclavis natum est proverbium: *Pop ge pod Coritom, pod troyom senom.*[1] Vale, et ad me frequentius scribe, meque in album tuorum amicorum recipe. Lascovii, die 20. Junii, anno Domini 1551.

Michael Starinus.[2]

Miscellanea Tigurina, 2. kiad. II. 200—201.

520.

Pozsony, 1441. junius 24.

Illyés Ferencz Illyés Tamástól 2800 forintot vesz kölcsön a turóczi prépostság kiváltására azon kötelezettséggel, hogy három év alatt visszafizeti; ellenkező esetben a birtok haszonélvezete Illyés Tamást illeti mindaddig, míg az összeg ki nem egyenlíttetik.

Quod egregius Franciscus Illyes de Theyed coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus et retulit in hunc modum: quomodo ipse pro redemptione prepositure de Thwrocz et pertinentiarum suarum ab egregio Thoma Illyes de Illyeshaza mille et octingentos florenos Hungaricales in monetis Germanicis et alios mille florenos in monetis regalibus, in toto facientes bis mille et octingentos florenos Hungaricales, mutuo et sub spe future restitutionis paratis in pecuniis levasset, tali conditione mediante, quod pretactam summam pecunie infra revolutionem trium annorum integre et plenarie eidem Thome Illyes et heredibus suis persolvet, ubi vero persolvere et deponere non posset, nollet, non curaret aut quovis modo negligeret:

[1] Pap van a teknőnek alatta, három asszony ül rajta.

[2] E levelet a *Septennium* szótól kezdve Ember Pál is közli. — *Lampe:* Historia Eccles. reform. in Hungaria et Transylv., 103.

extunc idem Thomas Illyes vel sui heredes dictam preposituram pariter cum arce Znyo vocata, in comitatu de Thwrocz existente et aliis quibusvis pertinentiis, in quibuscunque comitatibus habitis, sub eisdem conditionibus et clausulis, quibus per sacram regiam Maiestatem, dominum nostrum clementissimum, ad manus eiusdem Francisci Illyes esset assignata, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad ipsam preposituram spectantibus et pertinere debentibus, solum vigore presentium pro se occupandi et tamdiu titulo pignoris tenendi, possidendi, pariter et habendi, fructusque et quaslibet utilitates eiusdem percipiendi, tamdiu, donec de pretactis duobus millibus et octingentis florenis, pecuniis videlicet suis eidem vel heredibus suis satisfactum fuerit quoad plenum (?), plenam habent potestatis facultatem, contradictione, inhibitione et repulsione eiusdem Francisci Illyes et aliorum quorumlibet non obstante. Ad que omnia premissa idem Franciscus Illyes firmiter et inviolabiliter observanda ad fidem, honorem et humanitatem suam se obligasset et promisisset, imo obligavit et promisit nostri in presentia; assumens preterea prefatus Franciscus Illyes memoratum Thomam Illyes vel heredes suos in pacifico et quieto dominio eiusdem prepositure et pertinentiarum suarum infra tempus redemptionis contra quoslibet legitimos impetitores, causidicos et actores tueri, protegere et defendere propriis suis laboribus et expensis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo nativitatis beati Joannis Baptiste, anno Domini 1551.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 9., fol. 24.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

521.

Bécs, 1551 junius 26.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Sbardellati Ágoston váczi püspöknek az esztergomi érsekség kormányzásáért és a királyi tanácsosságért évi járadékot fizessen.

Ut domino Vaciensi exolvatur tam salarium consiliariatus, quam quod est ei deputatum ratione administrationis et superintendentie archiepiscopatus, una cum decimis sex villarum.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Litteras

vestras octava huius ad nos datas, in quibus certiores fieri cupitis, utrum reverendo Augustino Sbardelath episcopo Vaciensi, consiliario nostro, ad salarium septingentorum florenorum ratione administrationis et superintendentie spiritualis archiepiscopatus Strigoniensis, salarium consiliariatus ducentorum nonaginta duorum florenorum supra decimas sex villarum enumerare debeatis, nec ne, accepimus clementerque intelleximus. Cum igitur dicto episcopo Vaciensi omnem administrationem, tam spiritualem, quam temporalem commiserimus atque statuerimus, eum in aliis negotiis seu commissionibus, quantumcunque fieri poterit, haud alias usurpaturum, ut eo magis illi archiepiscopatus muneri preesse et rite incumbere queat, gratiose annuimus et consensimus dicto episcopo Vaciensi, utramque summam salarii sui, tam septingentorum, quam ducentorum nonaginta duorum florenorum annuatim enumerari et persolvi facere. Quare volumus et committimus vobis, ut huic nostre voluntati obsequamini et nominato episcopo Vaciensi prescripta salaria ratione administrationis ecclesie Strigoniensis et consiliariatus, supra decimas sex villarum annuatim et singulis annis exolvi et reddi curetis efficiatisque. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima sexta Junii, anno etc. LI., regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler
B^ta^ Dunant etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 91. lap.

Közli: Iványi Béla.

522.

Bécs, 1551 junius 27.

Az egri püspök (Oláh Miklós) és királyi kanczellár levele Lőcse, Bártfa, Eperjes és Kisszeben városok tanácsaihoz, melyben hat kocsilovat kér.

Prudentes et circumspecti domini et amici nobis honorandi salutem et nostri commendationem. Indigemus in presentia equis currulibus, et quum sciamus posse isthic apud dominationes vestras equos tales reperire, rogamus dominationes et amicitias vestras velint amicitie nostre intuitu nobis pro pecunia nostra equos

currules sex mediocris stature, iuvenes, fortis tamen nature, unius coloris, grisei videlicet ordinare et nobis, quo citius fieri poterit, mittere. Nos pretium eorundem parati sumus integre restitui facere ei, qui nobis equos attulerit. Laborem autem et curam, quam in ordinandis huiusmodi equis nostri causa susceperint, maioribus in rebus dominationibus vestris amicitia nostra rependemus. Cum his dominationes vestras feliciter valere optamus. Datum ex Vienna, 27. Junii, anno Domini 1551.

Vester Agriensis
cancellarius regie Maiestatis etc. manu propria.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudicibus et iuratis civibus civitatum Lewchoviensis, Barthpensis, Eperiesiensis et Cibiniensis, dominis et amicis honorandis.

Eredetije papiron, kívül a püspöknek papirral fedett vörösviaszba nyomott gyűrűs zárópecsétjével, *Eperjes szabad kir. város levéltárában.*

Közli: IVÁNYI BÉLA.

523.

1551 julius 1.

Guthay Péter egri királyi ellenőr utasítása az egyházi jövedelmek kezelésére.

— — — — — — — — — — — — — — —

«Volumus autem, quod beneficiatis seu ecclesiasticis personis quarte et alii reditus eorum per provisorem nullo modo auferantur, sed sui cuique proventus integre restituantur, ne cultus divinus tam in illa ecclesia (cathedrali Agriensi), quam in diocesi eius imminuatur. Similiter et ecclesiarum parochialium plebanis, non lutheranis, sed catholicis sedecime et consueti alii proventus nullo modo eripiantur, sed reddantur eis iuste. Lutheranorum autem plebanorum quarte vel sedecime dentur episcopo et vicario eius nomine ipsius episcopi... Advertat etiam contrascriba diligenter in officiales arcis (Agriensis), sint catholici aut lutherani vel alterius secte atque hereseos homines, eorumque nomina, nisi resipuerint et ad ecclesie catholice doctrinam redierint, episcopo fideliter significare debeat.

Actum die prima mensis Julii anno Domini 1551.»

Instructio pro contrascriba Agriensi.

Budai országos levéltár: Libri Instructionum, III. 188. et 96.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

524.

Szászsebes, 1551 julius 3.

Fráter György a dési Szent-István-templom tizedeit a templom részére visszaadja azon föltétellel, hogy azt annak építésére fordítsák.

Nos frater Georgius episcopus Waradiensis, thesaurarius, locumtenens et in regno Hungarie et Transilvanie iudex generalis etc., recognoscimus per presentes, quod licet nos decimas illas ad ecclesiam beati Stephani regis in oppido Dees fundatam[1] aliquandiu ad usus nostros converteramus, sed easdem iterum ob pietatem, quam erga sanctum regem habemus, eidem ecclesie remisimus, ea tamen conditione, ut non ad alios usus, sed ad fabricam et edificationem ipsius ecclesie convertantur. Nam alioqui sine pecunia (!) iterum ad rationem nostram percipiendam curabimus. Quapropter vobis egregiis provisoribus ac castellanis aliisque officialibus arcis nostre Wÿwar camerariisque nostris Deesiensibus... mandamus... ut dictas decimas ipsis civibus Desiensibus libere deinceps percipiendas permittere debeatis... Datum ex civitate Zaazsebes, secunda die festi visitationis Marie, anno Domini 1551.

(Propria manu) Idem thesaurarius.

Eredetije *Deés város levéltárában.*

Közli; Karácsonyi János.

525.

1551 julius 4. előtt.

Buszányi Miklósnak, az egri püspök udvarmesterének folyamodványa a királyhoz, hogy a néhai esztergomi érsek szolgálatában teljesített pohárnokságért járandóságát az érsekség jövedelméből utaltassa ki.

Sacratissima Maiestas regia, domine, domine clementissime.

Supplicatur s. Maiestati vestre in persona fidelis sui egregii Nicolai Buszany pincerne quondam reverendissimi domini Strigoniensis in eo humillime, quod cum ipse supplicans in officio pincerne aliquot annis domino suo fideliter serviverit, in rationemque servitii sui prescripti dictus reverendissimus dominus Strigoniensis eidem certam summam pecunie deputaverat, eiusmodique deputationem suam in regestis suis inscribi fecerat. Juxta

[1] Erronee: fundata.

itaque limitationem s. Maiestatis vestre quoque domini camerarii mihi adhuc tenentur florenos Hungaricales triginta duos, urnas vero vini quinquaginta. Supplicatur igitur s. Maiestati vestre, dignetur ex innata sua clementia ipsi supplicanti reddi per consiliarios camere Hungarice ex proventibus ipsius archiepiscopatus restitui facere. Relationem gratiosam expectat

Eiusdem s. Maiestatis vestre

fidelis servitor

Nicolaus Buszany

nunc magister curie reverendissimi domini episcopi Agriensis etc.

Kívül: Humillima supplicatio egregii Nicolai Buszany.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 jul. 4. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

526.

Bécs, 1551 julius 4.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Buszányi Miklós követelését az esztergomi érsekség jövedelméből utalja ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex inclusa supplicatione egregii fidelis nobis dilecti Nicolai Buszany intelligetis, nos ab eo humiliter interpellari, uti ipsum de summa triginta duorum florenorum et aliquot urnis vini sibi de servitiis nuper demortuo archiepiscopo Strigoniensi prestitis adhuc restantibus contentare dignaremur. Cum itaque ea ipsa de re nobis nihil constet, committimus vobis, eius rei inquisitione habita, nos cum consilio et opinione vestra informetis. Executuri in eo nostram voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, quarta die mensis Julii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium

Philippus Breyner p. m.

Melicher von Hoberckh

per manu propria

Sigmar etc.

Kivül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 julius 4.

Közli: Iványi Béla.

527.

Pozsony, 1551 julius 4.

A magyar királyi udvari kamara utasítása Kutassy György esztergomi kanonok és Makó Ferencz kamarai irnok számára, a kiket az esztergomi érsekség hivatalnokainak felülvizsgálására küldtek ki.

Instructio per reverendissimos dominos Franciscum Thwrzo episcopum Nitriensem, prefectum camere et Augustinum Sbardelatum episcopum Vaciensem administratorem Strigoniensem ac alios dominos consiliarios camere Hungarice regie Maiestatis egregiis Georgio Kwthassy canonico ecclesie Strigoniensis et Francisco Mako scribe eiusdem camere Hungarice, commissariis ad inquirendum gesta officialium archiepiscopatus Strigoniensis expeditis data.

Imprimis proficiscantur iidem commissarii ad Novum Castellum et alia loca tuta et commoda, ac quo coloni non incommode vocari possint, illicque intiment iudicibus ac iuratis et incolis oppidorum, possessionum ac villarum archiepiscopatus Strigoniensis, sese esse missos a predictis dominis ad cognoscenda officialium gesta, simul cum gravaminibus, quibus communiter aut singulatim coloni sese affectos (sentiant), aut ab officialibus eorumque hominibus aut ex illorum negligentia per alios affecti sunt, aut afficiantur. Constituantque commissarii predicti certos dies, ad quos iudices iurati aut aliqui coloni ex uno aut altero oppido ad id per communitatem delecti venire ad commissarios debeant, caveantque, ne plurium locorum colonos eodem die adesse iubeant, ac per hoc cogantur miseri sumptus inanes facere, medio tempore, quo illi, qui prius advenerint, examinentur.

Cum autem accesserint commissarios iudex, iurati aut alii ex precipuis colonis illius loci, de quo ad diem prius a commissariis prefixum venire debuerant, interrogandi erunt coloni, an

bene instructi et rebus bene cognitis ac querelis et gravaminibus sub iuramento examinandis dari solito, ad ipsos commissarios venerint.

Item resciant commissarii, unusne, an plures officiales illi loco, de quo iudex ac coloni huiusmodi vocati fuerint, presint, ac cuius auctoritate et nomine officia huiusmodi exerceantur ac quo servitore et equitum numero?

Item resciendum, quis sit sessionum numerus, et an circa mortem reverendissimi condam domini archiepiscopi Strigoniensis fuerit idem aut maior colonorum numerus. Quod si est auctus numerus, resciant, cuius opera et diligentia auctus sit, et ex quo loco coloni illi novi advenerint. Similiter si colonorum numerus diminutus est, resciant, cuius culpa id contigerit, ac quo coloni illi migrarint?

Item an in eo loco sint promontoria vinearum, aut agricultura vel piscatio, unde sese coloni alant, et an illa sint communia colonorum vel ipsius archiepiscopatus?

Item qui sint proventus ordinarii loci illius, utpote decime, et ad quem pertineant. Item none, census ordinarii, munera, telonia ac id genus alias, et an proventus huiusmodi sint aucti vel inminuti, et per quos fuerint percepti, et etiam an sit aliquod molendinum, quod sit, aut ab antiquo fuerit Sancti Adalberti, et si aliquod abalienatum est, cuius tempore id contigerit. Similiter resciendum de stagnis, piscinis, fenetis et id genus aliis ac etiam pratis, agris et vineis, que ad ecclesias pertinent, et earum proventus, quo deveniant, an ille sint ab aliquo privato homine, privata autoritate, vel etiam ex dominorum archiepiscoporum voluntate occupate, et a quanto tempore occupatio huiusmodi facta fuerit?

Inquirendum etiam, an sint in eo loco aliqui, quibus libertas donata est, et an illi usi sint libertate huiusmodi, ac etiam ex qua causa data sit; quod si ratione instaurandarum domorum data sit, resciant commissarii, an domus fuerint restaurate ab illis, quibus libertas huiusmodi data est; seorsim vero libertinis huiusmodi iniungendum est, ut in certum diem litteras libertatum suarum camere et domino Vaciensi inspiciendas exhibeant?

Item an iustitie administratio iudici ac iuratis libere fuerit per officialem ita concessa, ut in instructione dominorum camerariorum anno preterito officialibus data continetur, et an officialis vel alius quispiam eam instructionem in hac parte excesserit?

Item resciant commissarii, an libere coloni loci illius pos-

sideant metas suas, et an in illis detrimentum aliquod ex officialis aut alterius persone negligentia acceperint, et an officialis in metarum conservatione ac custodia diligenter se exhibuerit?

Item in nonis aut decimis, sive aliis proventibus colligendis cognoscenda est diligentia officialis.

Item in negotio sylvarum, desertarum sessionum, agrorum et pratorum an ab officialibus cura debita iuxta instructionem eis datam sit adhibita, et an ab officialibus preter consuetudinem sint ipsi coloni in lignorum redemptione aut agrorum sive pratorum locatione taxati, et quid a colono quovis preter debitum officialis hoc nomine exegerit, aut aliquem mulctarit?

Item in locis, ubi sunt libere nundine, an aliquem in solita aliqua exactione officialis vexarit, et quid solita etiam exactio huiusmodi facere soleat, similiter et de teloniis ac pascuis, per que boves et alia armenta abigi solent, quid exactum sit? commissarii diligenter inquirant.

De decimis frugum, bladorum, agnellorum atque aliarum rerum decimari solitarum inquirant commissarii iuxta seriem instructionis officialibus a camera anno preterito date, similiter etiam in collectione et administratione vini, quo pacto se officiales gesserint, inquisitores resciant.

Item an officialis ad rationem regie Maiestatis aut suam vel aliorum vina colonorum violenter occuparit, et invitis colonis ademerit, et quo vina adempta sint vecta et cuius labore, opera, vasa etiam cuius fuerint, et quid illorum nomine fuerit solutum?

Item mulctas sive byrsagia, que et quanta et quo nomine et a quibus officialis exegerit, et an mulcte alique maiores et capitales obvenerint?

Item proventus particulares et extraordinarios, si quos officialis exegit, et qui illi sint, et etiamsi ab antiquo ipsos officiales concernebant, quam summam fecerint aut faciant?

Item an officialis aliquem colonum verberibus in dicta causa affecerit, et an vinum ultra illud, quod iussu camere educillatum est, colonis educillandum imposuerit?

Item an victualia, upote (!) pullos, anseres, vinum, panem, avenam, fenum aut id genus alia ad sustentationem mense sue officialis exegerit a colonis, et ad quot personas, preterea an sese et servitores ac equos suos a colonis preter solitum victu interteneri curaverit, et an ad colonorum expensas convivatus sit, et de vino, quod educillatum fuit, ad colonorum et non suas expensas biberit, et quantum biberit?

Item an alicui ex colonis summam aliquam pecunie, aut pretium bovis aut equi aut aliarum rerum debeat, et an ex libera coloni voluntate res huiusmodi a colono acceperit, vel violenter eas ademerit?

Item an coloni coacti fuerint per officiales ad labores aliquos minus consuetos (demptis laboribus ad Novum Castellum), et an labores aliquos redimere pecunia aut aliis muneribus sint coacti, et per quos aut quorum auctoritate id contigerit?

An aliqui coloni absque heredibus decesserint, et in quorum manus res eorum devenerint?

Cetera quoque, que ad cognoscenda gravamina et oppressiones colonorum cognoscendas pertinere cognoverint, iidem commissarii pro sua prudentia diligenter inquirant conscribant et ad cameram regiam deferant, caventes diligenter, ut ista secrete quidem et preter scitum officialium, sed iuste tamen et sub fideli iuramento cognoscantur. Actum Posonii, die quarta mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Inter extraneos ubi sit arrestum, et decima ac nona pars officiali datur, an officialis tale aliquid exegerit?

Nundinales utilitates, que et quante fuerint in locis illis, et an ab officiali fuerint percepte, una cum teloniis et id genus aliis, que nundinarum tempore obvenire solent?

Utilitates pratorum, que essent Sancti Adalberti aut archiepiscopi pro tempore constituti, que et quante in loco illo sint, ac etiam pratorum numerus et quantitas que sit?

Vinearum utilitates, ex quibus panes orbiculares, avena et pulli provenerunt, que et quante sint in loco illo, quod promontorium habet, et quis illas utilitates perceperit?

Censum, quem funis vocant, vulgo *ketel penz* in Gwtha, Nazwagh etc., ad cuius manus pervenerit et quid fecerit?

Eredetije két ív papiron, a végén papirral fedett viaszba nyomott öt gyűrűs pecséttel, a magyar kir. *Országos Levéltárban:* Act. Eccles. Cameral. fasc. 4. Nro. 30. jelzet alatt.

Közli: Iványi Béla.

528.

Bécs, 1551 julius 6.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Dénes szakácsot az esztergomi érsekség jövedelméből elégítse ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum hic fidelis noster Dionisius cocus, qui nuper demortuo archiepiscopo Strigoniensi multis annis usque ad obitum suum servivit, per inclusam supplicationem nos humillime interpellaverit, ut nos tam ipsi pretium unius vasis vini viginti urnarum sibi per dictum archiepiscopum quondam legati persolvere, quam etiam erga ipsum simili gratia, quali erga alios veteranos servitores eiusdem archiepiscopi uti velimus, iniungimus et committimus vobis, si pretium dicti vini sibi debetur, ut de eo ipsum contentetis, nosque cum opinione vestra informetis, quidnam ipsi ex dicti archiepiscopatus proventibus dandum numerandumque sit, nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, sexta Julii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner p. m.
Melicher von Hoberckh
per manu propria
Sigmar etc.
*B*ta *Dunant* etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 julius 6.

Közli : IVÁNYI BÉLA.

529.

Bécs, 1551 julius 8.

I. Ferdinánd király értesíti a magyar királyi udvari kamarát, hogy a komáromi udvarbirót figyelmeztette a gutai jobbágyok panasza következtében és az esztergomi káptalanhoz intézett rendeletét megküldi neki kézbesítés végett.

Ad provisorem Comaromiensem mandata data, ne se ingerat in terras colonorum de Gwtha, item ad capitulum Posoniense, ut litterariam cistam det ad cameram, una cum vestibus ecclesie Strigoniensis.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Accepimus litteras vestras vigesima sexta die mensis Junii ad nos scriptas, atque imprimis quod ad negotium colonorum possessionis Gwtha attinet, qui de provisore nostro Comaromiensi conqueruntur, quod se in terras, prata et piscature loca ipsis pertinentia ingerat, scripsimus ad istum, ea de re, ut abstineat, quemadmodum ex incluso exemplo cognoscetis.

Ceterum cum presentibus vobis transmittimus mandatum ad capitulum Strigoniense, ratione litterarum et privilegiorum bonorum archiepiscopatus Strigoniensis manibus ipsorum consignatorum, tum etiam vestium sacrarum, post obitum Strigoniensis archiepiscopi cistis inclusarum, cui quidem mandato obtemperabunt et vobis predictas litteras consignabunt. Hec vobis ad predictas litteras respondere voluimus. Datum in civitate nostra Vienna, nona die mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Sigmar etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 100. lap.

Közli: Iványi Béla.

530.

Lám, 1551 julius 9.

Kemenyk György plébános Lámból írja a selmeczbányai tanácsnak, hogy a királyi posták legfőbb igazgatója, Taxis Mátyás Erdélyből a királyi fölség elé ment a napokban. Közli a tőle és a Gyarmaton táborozó Horváth Bertalan királyi udvari embertől hallott hireket. «A kérésem az, Balassa János úr adósait szorítsák a fizetésre». Adják János szláv szónok kezébe a dolgot, mivel neki nincs ideje, lévén sok hivatali dolga.

Gregorius Kemenyk parochus Lamiensis scribit senatui Semniciensi supremum magistrum postharum regie Majestatis Mathiam de Taxis de Transilvania ascendisse his diebus ad regiam Maiestatem. Nuntiat ea, quae audivit ab eo et a Bartholomeo Horváth, aulico regie Maiestatis apud Gyarmath castra agente. «Mea petitio est apud V. D., ut debitores magnifici domini Joannis Balassa astringantur ad satisfactionem. Dent ad manus domini Joannis concionatoris Sclavorum, quia mihi non est otium spatiandi, cogor officio meo operam dare».

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában :* XVI. század, vallási tárgyú levelezések.

Közli: Karácsonyi János.

531.

Bécs, 1551 julius 10.

Ujlaky Ferencz győri püspök és királyi helytartó levele a magyar királyi udvari kamarához, melyben kéri, hogy Dénes nevű szakácsának ügyében jóakarattal járjanak el.

Reverendissimi ac egregii domini et amici observandissimi, salutem et nostram commendationem. Magister Dionisius cocus noster supplicavit regie Maiestati, domino nostro clementissimo pro gratioso subsidio, prout dominationes vestre ex litteris sue Maiestatis clarius cognoscent, quare easdem rogamus, velint ipsi etiam nostri causa in eodem negotio favorabiles esse, quas feliciter valere optamus. Vienne, 10. Julii 1551.

Franciscus ab Wylak
episcopus Jauriensis, sacre regie Maiestatis
locumtenens etc.

Servitor Jauriensis.

Kívül: Reverendissimis ac egregiis dominis Francisco Thurzoni episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Waciensi ac aliis camere regie Maiestatis Hungarice consiliariis etc., dominis et amicis observandissimis.

Eredetije papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 julius 6 melléklete.

Közli : Iványi Béla

532.

Bécs, 1551 julius 16.

Ferdinánd király megengedi, hogy a kapornaki apát, Albert, tanulmányai végett még egy esztendőt tölthessen Itáliában.

Ferdinandus... Hungarie rex... memorie commendamus..., quod rationem habentes studiorum religiosi fratris Alberti abbatis ecclesie sancti Salvatoris de Kapornak, nunc in schola Pataviensi bonis litteris operam navantis, id eidem... duximus... concedendum, ut ipse ultra annum prioribus [litteris nostris] constitutum a festo beati Michaelis archangeli proxime venturo computando integro an[no in schola Pat]haviensi vel alia, qua maluerit, Italie schola manere studiaque sua continuare possit, ita [tamen, quod com]pleto eo anno ad claustrum suum Kapornak... redire habitumque sui ordinis mox assumere, sacris deinde initiari et cultum divinum exercere debeat... Datum Vienne, decima sexta mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis.

Eredetije a *vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában:* Litt. eccl., f. *A*. Nro. 45.
Közli: Karácsonyi János.

533.

Bécs, 1551 julius 18.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Oláh Miklós egri püspököt és kanczellárt a zágrábi püspökségben hagyott javaiért az egri püspökség korábbi jövedelméből kárpótolja.

Ut domino cancellario computentur in divisionem proventuum episcopatus Agriensis a 20. Julii 1548. usque 5. Februarii 1549. propter relictos proventus suos et bombardas successori episcopo Zagrabiensi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Dicit nobis reverendissimus in Christo pater dominus Agriensis, consiliarius et cancellarius noster, quod cum nos anno Domini quadragesimo

nono supra millesimum et quingentesimum proxime preterito in mense Februario de episcopatu Zagrabiensi ad prelaturam ecclesie Agriensis transtulissemus, idem nostro speciali mandato universos proventus episcopatus sui Zagrabiensis anni quadragesimi octavi atque etiam bombardas et bellica instrumenta, ipsum proprie concernentia ad conservationem arcium et fortalitiorum eiusdem episcopatus Zagrabiensis tanquam obediens sacellanus noster reverendo quondam Wolfgango Gywlay, cui episcopatum illum Zagrabiensem contuleramus, reliquisset, nostra ductus verbali assecuratione, quod nos ei tertiam partem proventuum episcopatus Agriensis eiusdem quadragesimi octavi anni a vigesima die Julii usque ad quintum diem Februarii anni predicti millesimi quingentesimi quadragesimi noni inclusive computando loco proventuum prioris episcopatus sui Zagrabiensis relinqueremus et assignaremus, nunc autem vos in predicta tertia parte proventuum Agriensis ei reliquenda difficultatem faceretis, supplicans nobis humiliter, ut cum res ita, ut premissum est, se habeat, dignaremur vobis mandare, ne damnum pateretur, quandoquidem ipse longe plures proventus in episcopatu Zagrabiensi nostro mandato reliquisset, quam hec tertia pars esset proventuum episcopatus Agriensis. Cum autem bene recordemur hec ita fuisse facta, nosque, ut premissum est, loco omnium proventuum suorum in arcibus predicti episcopatus alias sui Zagrabiensis per eum relictorum a vigesima die iam dicti mensis Julii usque ad quintum diem Februarii sequentis anni inclusive provenientium gratiose, uti recordamur, deputaverimus et assignaverimus, fidelitati vestre committimus, quatenus predictam tertiam partem proventuum Agriensis in conputum et rationem accipere, dictumque Agriensem de eadem tertia parte modis omnibus contentare, illamque ipsi integre reddere et persolvi facere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Datum in civitate nostra Vienna, decima octava die mensis Julii, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium

Philippus Breyner

Melchior von Hoberckh

Adler etc.

B[ta] *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 126. lap.

Közli: Iványi Béla.

534.

Bécs, 1551 julius 20.

I. Ferdinánd király levele Castaldohoz, Medgyesi Ferencz váradi prépost erdélyi püspöksége és Blandrata György jutalmazása ügyében.

Castaldo. Ferdinandus etc. Spectabilis et magnifice... Preterea accepimus tam a reverendissimo episcopo Waradiensi, quam etiam tribus nationibus regni istius nostri Transilvanie litteras commendatitias pro doctore Francisco preposito ecclesie Waradiensis, ut ei episcopatum Albensem in Transilvania conferre dignaremur. In hoc itaque negotio talem deliberationem fecimus: quod videlicet eiusdem episcopi Waradiensis et dictarum trium nationum commendationis et intercessionis clementer memores futuri simus, cum primum res omnes concluse et transacte fuerint, ac status et ordines regni eiusdem non solum nobis fidelitatis iuramentum prestiterint, verum etiam ab imminentibus nunc hostium adventantium periculis liberati, atque in quietiorem statum, divino auxilio mediante, a nobis repositi fuerint,[1] et nos maiore cum commoditate tam ecclesiastica, quam secularia beneficia pro nostro regnique istius commodo et utilitate gratiose conferre et de illis disponere ceperimus, quin etiam ea in re nihil sine scitu et consilio dicti episcopi Waradiensis concludemus, quemadmodum nos etiam de archidiaconatibus ecclesie Albensis facturos esse eidem per proximas nostras litteras respondimus.

Insuper cum nobis Georgius Blandrata serenissime domine regine Isabelle physicus scripserit: nos ei, sicuti ex adiuncto exemplo cognosces, respondimus committimusque tibi, ut ei ducentum (!) coronatos nomine nostro statim dono mittas; nos enim nostro solutionum magistro per cameram nostram mandavimus, ut huiusmodi pecuniam tibi numeret. Eidemque Doctori nomine nostro ostendas, quod ubi res omnes bene concluse et transacte fuerint, ac status et ordines istius regni nobis fidelitatis iuramentum prestiterint: nos sibi annuam pensionem centum florenorum Hungaricalium ordinaverimus et alioqui omnem gratiam et clementiam ei ostensuri simus, ita, ut etiam in futurum nobis, regno et reipublice christiane fideliter serviendi causam habere et maiora

[1] *Deletum:* et cum idem episcopatus alioqui diu iam vacaverit, existimamus sine aliquo prefati episcopi Waradiensis ac nationum predictarum hanc dilationem adhuc bene gravamine fieri posse.

de nobis promereri possit, ad quod tu eum apte et diligenter adhortari debebis, sicuti bene facere scies... Datum Vienne, 20. Julii 1551.

Ex[pediatur].

Fogalmazat több ív papiron, összevarrva. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31. 38.*

Közli: Bunyitay Vincze.

535.

Bécs, 1551 julius 20.

I. Ferdinánd király Blandrata Györgyöt biztosítja jóindulatáról és köszöni a küldött pénzeket.

Doctori Georgio Blandrata. Ferdinandus. Egregie fidelis nobis dilecte. Accepimus litteras tuas una cum numismatibus nobis transmissis, que sunt nobis gratissima, eoque gratiora, quod simul certo edocti sumus te nobis, serenissime principi domine regine Isabelle, sorori et consanguinee nostre charissime, regno isti et reipublice christiane fideliter, diligenter et utiliter servivisse; itaque ea omnia abs te clementi animo accipimus, sicuti id a spectabile et magnifico Joanne Baptista Castaldo marchione Cassani et comite Platine, nostro consiliario ac serenissimi principis domini Maximiliani regis Bohemie, filii nostri charissimi in rebus bellicis locumtenente latius cognosces. Datum Vienne, die 20. Julii 1551.

Egregio Georgio Blandrata artium et medicine doctori et serenissime principis domine Isabelle regine Hungarie etc. Physico, fideli nobis dilecto.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31. 26.*

Közli: Bunyitay Vincze.

536.

Bécs, 1551 julius 20.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a turóczi prépostságot és Znió várát a váltságdíj lefizetése után adassa át Illyésházi Illyés Ferencznek.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Cum

nos proximis diebus prepossituram de Thwrocz cum omnibus eius pertinentiis simul et arce Znyo de manibus fidelis nostri egregii Michaelis Mwthnoky provisoris Strigoniensis ad manus egregii Francisci Illyes, qui sororem venerabilis Thome de Warda prepositi eiusdem prepositure uxorem habet, tradi et assignari iusserimus certis pactis et conditionibus, litteris nostris super deliberatione et commissione nostra huiusmodi emanatis et tam apud predictum Mwthnoky, quam etiam apud prefatum Franciscum Illyes existentibus, expressis; intellexerimus autem sub id tempus, quo prepositura ipsa et arx modo premisso Francisco Illyes reddi et per eum vicissim pecunia redemptitia, videlicet duo millia et octingenti floreni Hungaricales dicto Mwthnoky persolvi et numerari debuerunt, dictum Illyes eandem ipsam prepossituram cum pertinentiis et arce fratri suo Thome Illyes, a quo pecuniam ipsam pro redemptione necessariam mutuo petiit, premissis similiter pactis et conditionibus post exactum triennium inscripsisse et oppignorasse, nos propterea volentes tam prepossituram, quam arcem predictam Znyo continue sub nostra fidelitate conservari, et ne vel ecclesie ipse, vel partibus illis, ditioni nostre subiectis detrimenti aliquid aut periculi quovis tempore contingat, fidelitatibus vestris harum serie firmiter committimus et mandamus, ut ad festum divi Jacobi apostoli proxime futurum, ad quem diem ex priori nostra deliberatione et commissione pecunie depositio et arcis ac prepositure restitutio ultro citroque per predictos Mwthnoky et Illyes fieri debet, fidelem et sufficientem aliquem hominem nostro nomine ad arcem et prepossituram predictam dimittere debeatis, in cuius manibus dictus Mwthnoky, levata secundum limitationem nostram in ipsis litteris deliberationis premisse contentam pecunia sua, arcem Znyo assignare teneatur, cum prepositura et eius pertinentiis, idem autem homo noster eandem arcem et prepossituram cum pertinentiis rursus manibus prefati Francisci Illyes assignet, iuramento solenni simul et litteris obligatoriis ab eodem sub vinculo honoris fidei et humanitate sua receptis, quod arcem Znyo et prepossituram prefatam cum omnibus pertinentiis in fide et fidelitate nostra omni tempore conservabit, et quod conditiones omnes prioribus litteris nostris insertas firmiter observabit, quodque Thomas de Warda prepositus infra quindecim dierum spatium a die assignationis huiusmodi per ipsum hominem nostrum fiende, sine ulteriori mora, habitum monasticum, ordinis videlicet prepositure sue induet et sacris deinde ordinibus initiabitur. Alioquin autem exacto termino huiusmodi quindecim

dierum, idem Illyes sub eodem iuramento et obligatione teneatur arcem et preposituram, cum omnibus pertinentiis, rursus ad manus prefati Mwthnoky reddere et assignare et pecuniam suam recipere. Similiter idem Franciscus Illyes iuret et se obliget, quod si exacto triennio cogeretur ipse iuxta obligationem suam fratri suo Thome Illyes factam, a quo pecuniam mutuo accepit, arcem et preposituram tradere, id non aliter, nisi idem Thomas Illyes prius ad easdem conditiones, quibus ipse Franciscus est astrictus, sese iuramento et litteris suis, presenteque homine nostro, super quo vos in tali casu requirere debeat, facere possit. Secus igitur ne feceritis. Datum Vienne, die vigesima Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendo venerabili ac egregiis Francisco Thwrzo de Bethlenffalwa, episcopo Nittriensi, prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice etc., fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 julius 20.

Közli: Iványi Béla.

537.

Bécs, 1551 julius 22.

I. Ferdinánd király Körmendi Márton nemes deáknak a zalavármegyei Sándorházán birtokot adományoz.

Anno 1551. Rex Ferdinandus duas curias nobilitares et quinque sessiones partim populosas, partim desertas in possessione Sándorháza comitatus Zaladiensis nobilium Michaelis et Ladislai Sándor de Sándorháza, ex eo quod Dei hominumque timore posito fraternique amoris mutui obliti, sanguinarias manus suas alter in alterum erexerint seseque mutuis vulneribus multa sanguinis effusione confecissent, per hocque notam infidelitatis incurrissent, confert Vienne 22. Julii 1551. nobili Martino litterato de Kermend.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kézíratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 190.

538.

Kolozsvár, 1551 julius 23.

Blandrata György a királynak megköszöni az aranyláncot és a 100 arany évi járadékot, melyet Castaldo Ferdinánd nevében neki átadott, továbbá küld a királynak 20 darab érmet.

Serenissime ac invictissime rex, domine et domine semper clementissime. Post obsequiorum meorum fidelium perpetuam commendationem. Torquem ducentorum aureorum et preterea annuales centum nomine serenissime Maiestatis v. michi dono dedit illustrissimus d. Joannes Baptista Castaldus generalis in hoc regno Maiestatis v. serenissime; vir certe integerrimus, iudicio et ingenio felicissimus, qui unicus inter arduas difficultates et miram gentem facilius aspirare et evadere poterit, cum dinoscetur verus et adamantinus Hungarorum malleus.

Hoc regio et amplissimo munere favor et benignitas Maiestatis v. serenissime longe fuit gratior, quod me invisum litteris clementissimis dignata sit. Hanc ego non exiguam gratiam auro vel argento non fovebo, sed fide et officiis fortius alam ac pergam, interim eousque fructum aliquem mee servitutis non presentiet.

Ceterum cum priora nostra non displicuerint, nunc quoque aliquod numismata selecta mittimus, quamquam copiosissimam intelligamus esse Maiestatem v. serenissimam. Sunt 20 argentea et cuprea aliquot. Uti indicia sinceritatis mee hec paucula eo animo, quo priora, intueri dignabitur. Et Deus fortunam invictam Maiestati V. Ser. reddat.

Ex Colosvar, die 23. Julii 1551.

Maiestatis V. Serenissime

humillimus servitor

Georgius Blandrata.

Kívül: ... ac serenissimo regi Romanorum etc.... et domino mihi semper clementissimo.

Egy ív papir első oldalán czímeres zárópecséttel, melynek pajzsában jobbra vágtató lovas alak van, s a czímer két oldalán *G B* betük. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31. 72.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

539.

Torda, 1551 julius 23.

Castaldo, Nádasdy Tamás és Báthory András biztosítják Frater Györgyöt az uralkodó kegyéről, és hogy őt birtokaiban meg fogja hagyni, ha pedig talán egyik vagy másikra szüksége lesz az uralkodónak, teljes kárpótlást fog kapni.

Nos Joannes Baptista Castaldus, marchio de Cassanno, serenissimi principis et domini, domini Maximiliani regis Bohemie etc. in bellicis rebus locumtenens, capitaneus generalis etc., Thomas de Nadasd liber dominus terre Fogaras, comes comitatus Castri Ferrei, iudex curie etc. et Andreas de Bathor comes comitatuum Zathmar et Zabolcz, tavernicorum regalium magister, capitanei supremi et commissarii sacratissime regie Maiestatis Romanorum ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc., recognoscimus per presentes litteras nostras, quod reverendissimum in Christo patrem dominum Fratrem Georgium episcopum Waradiensem, thesaurarium et locumtenentem etc. de clementia sacratissime regie Maiestatis Romanorum ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. certum et securum reddere volentes, eundem in eo assecurandum duximus et certificandum, eidemque fide nostra christiana promittendo, quod Maiestas regia, dominus noster clementissimus, ipsum reverendissimum dominum Waradiensem tam in ipso episcopatu Waradiensi, quam in abbatia ecclesie beate Marie virginis de Colosmonosthra conservabit, tuebitur et defendet; item quod illi resignationi et spontanee cessioni, quam reverendus Anthonius Wrancius super beneficio prepositure canonicatusque et rectoratus altaris beati Demetrii martyris ecelesie Albensis Transilvanie vigore litterarum Maiestatis regie in personam ipsius reverendissimi domini episcopi Waradiensis fecit, Maiestas regia consensum suum benevolum dabit, nepotemque suum Petrum Marthynosewyt in beneficio archidiaconatus de Kykellw, quod ille ex donatione serenissime regine vidue in ecclesia Albensi Transilvanie possidet, conservabit, novaque illud donatione nepoti ipsius reverendissimi domini Waradiensis conferet; ac illam quoque fassionem ipsius reverendissimi domini Waradiensis, quam super possessione Kaba ecclesie Waradiensi pro refrigerio anime serenissimi quondam principis domini Joannis regis Hungarie etc. in perpetuam missam fecit, consensu suo ratificabit, firmamque efficiet non obstantibus quibuscunque litteris, quibus Maiestas regia vel episcopatum

ipsum, vel abbatiam aut prepposituram sive possessionem Kaba alteri quovis modo seu qualitercunque contulisset, imo de premissis omnibus ipsum reverendissimum dominum Waradiensem nomine et in persona Maiestatis regie assecuramus et certificamus, eidemque premissa fide nostra promittimus ac ipsam Maiestatem regiam, dominum nostrum clementissimum ad omnia supradicta firmiter et inviolabiliter observanda vigore pleni mandati, nobis in transactione rerum presentium dati et concessi, obligamus, obligatamque esse decernimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Thorde, vigesima tertia die mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Joannes Baptista Castaldus.

Thomas Nadasdy m. p.
Marcus Antonius de Ferrariis secretarius subscripsit.

Egy ív papirnak két belső oldalán nyilt levél alakjában, alján Castaldo és Nádasdy pecsétjével, Báthory pecsétjének is kész volt rajta a viasz, de nem pecsételé meg, alá sem írta. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31. 75.*

Ugyanazok ugyanonnan ugyanazon a napon egy másik, hasonló kiállítású, de Báthorytól is aláírt és megpecsételt levélben: «quod cum reverendissimus dominus pro arce Kyswarda in comitatu[1] habita egregio quondam Joanni Wytez de Kallo... summam quinque millium flor. solveret, ut si illam reverendissimus ipse d. Waradiensis reddere debebit, tam de dictis quinque millibus flor., quam de pecunia in edificationem et conservationem arcis illius impensa, reverendissimo domino... satisfiat; item arcem Kewkellewar in eodem comitatu de Kwkellw habitam reverendissimus d. Waradiensis redemit ab egregio quondam Balthasare Bornemyzza pro decem millibus flor., ut si quando Maiestas regia illam waywode Moldaviensi reddi voluerit, reverendissimo d. Waradiensi prius de dicta summa satisfiat...; item arcem Letha reverendissimus d. Waradiensis emit a vidua coniuge egregii quondam Balthasaris Bornemyzza pro quinque millibus flor., quam reverendissimus d. Melchiori Balassa ea intentione dederat, ut Maiestati r. fideliter serviret; si igitur Maiestas r. arcem illam ab ipso Balassa vel expugnatione vel alio quovis modo recipiet, reddat reverendissimo domino..., cum ille [Balassa]... a reverendissimo d. defecit, cum sua factione maximum incommodum et Maiestati r. et regno intulisset, imo ipsum reverendissimum d. Waradiensem de his omnibus assecuramus».

Közli: Bunyitay Vincze.

540.

Torda, 1551 julius 23.

Castaldo János biztosítja Fráter György váradi püspököt, hogy az erdélyi királynétól kapott vizaknai fekvőségeket a király az ő birtokában hagyja.

Nos Joannes Baptista Castaldus... Fratrem Georgium episcopum Waradiensem... certificandum duximus..., quod Maiestas

[1] Locus nominis comitatus est vacuus.

regia... in donatione serenissime regine, quam illi super totalibus possessionibus portionibusque possessionariis ac domo lapidea in Wyzakna habita in Albensi et de Kykellew comitatibus existentibus, habitis per defectum seminis egregii Francisci Wyzaknay de Feyereghaaz dedisset, conservabit... Datum Thorde, 23. Julii 1551.

Egy ív papir első oldalán keresztben írva, nyilt levél Castaldo, Nádasdy és itt már Báthorynak is aláírásával és pecsétjével. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31. 74.*

Ugyancsak Tordáról ugyanazok ugyanazon a napon egy másik, a fentebbihez hasonló levélben: «quod cum in excidendo sale reverendissimus d. episcopus Waradiensis multum impenderit, nullamque vel exiguam utilitatem ex eo... acceperit..., Maiestatem r. salem in cameris Transilvanicis iam excisum ad solutionem servitorum suorum ipsi reverendissimo domino concessisse, duasque possessiones cumanicales Mesterzallasa et Kolbaz propter pastum bovum suorum illic alendorum... vita sua durante tenendas et possidendas dedisse».

Közli: BUNYITAY VINCZE.

541.

Torda, 1551 julius 23.

Castaldo János, Nádasdy Tamás és Báthory András Fráter György püspököt biztosítják, hogy Bodókő vára és Nagybánya város birtokában és egyéb birtokokban a király meghagyja.

Nos Joannes Baptista Castaldus..., Thomas de Nadasd... et Andreas de Bathor..., commissarii sacratissime regie Maiestatis Romanorum ac Hungarie... Fratrem Georgium episcopum Waradiensem... in eo assecurandum duximus et certificandum..., quod Maiestas regia... super emptione arcis Boldokew in comitatu Abawywariensi existentis ac super inscriptione et obligatione civitatis Rivuli dominarum et auri fodine in comitatu Zathmar, quam serenissimus quondam princeps dominus Joannes rex Hungarie pro decem millibus flor. aureis minus quinquaginta ipsi reverendissimo domino Waradiensi fecit, cuius quidem inscriptionis *littere una cum litteris episcopatus Waradiensis ac aliis multis tempore, quo Bwda per Thurcam* occupata est, amisse sunt; item super emptione oppidorum Wyncz et Borberegh in comitatu Albensi existentium, que reverendissimus dominus episcopus Waradiensis pro octo millibus florenorum emit, quorum quinque millia in auro, reliqua vero summa trium millium florenorum in antiqua moneta fuerunt, consensum suum una cum iure suo regio dabit; item castellum Branchika in comitatu Hunyadiensi habitum cum pertinentiis reverendissimus dominus episcopus Wa-

radiensis iure perennali tum pecunia, tum permutatione aliorum bonorum et iurium possessionariorum emit, super ipsa emptione consensum suum una cum iure suo regio prebebit (!); item ut de castello Pochay in comitatu Byhoriensi existente suisque pertinentiis ac aliis bonis et iuribus possessionariis egregii quondam Francisci Chyre..., quod et quem Maiestas regia per defectum seminis eiusdem Francisci Chyre una cum iure suo regio reverendissimo domino Waradiensi... iure perpetuo dedisset, suas ex integro litteras Maiestas regia ipsi reverendissimo domino Waradiensi dabit et concedet; item cum possessionem Faydas in comitatu[1] habitam cum pertinentiis reverendissimus dominus per defectum seminis egregii quondam Nicolai Benkovyt nepotis sui pro se a serenissima regina impetrasset, bonaque et iura illa sua possessionaria omnia idem reverendissimus dominus postea aliis fratribus et sororibus suis dederit, inter eosque diviserit, Maiestas regia possessionem illam Faydas una cum pertinentiis ipsis fratribus et sororibus domini episcopi Waradiensis... dabit et conferet... harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Thorde, vigesima tertia die mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Joannes Baptista Castaldus.

Thomas Nadasdy manu propria

Marcus Antonius de Ferrariis secretarius subscripsit.

Egy ív papir két belső oldalán nyilt levél alakjában, alján, középütt Castaldo és Nádasdy pecsétje s Báthory pecsétjének is kész a helye, de ő azt meg nem pecsételte s alá sem írta. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Jul. 16—31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

542.

1551 julius 23.

Zólyomi Klára Warkocs Tamásné végrendelete a paksi egyház javairól.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. In Zekelhÿda in crastino festi Marie Magdalene, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ego Clara Zoliomÿ de Albes consors egregii domini Thome Warkocz de Nopsicz etc., mente et anima sana, in corpore tamen

[1] Locus nominis vacuus. Zarand erat scribendum.

egrota cognovi me morituram et ante tribunal domini nostri Jesu Christi de factis meis et omnibus bonis et rebus a Deo mihi collatis certam dare rationem, tale ultimum facio testamentum.

Inprimis et ante omnia vivens et moriens animam meam conmendo uti peccatrix humiliter Deo conditori meo.

— — — — — — — — — — — — — — —

Vagyon ennekem valami bor arra penzem, abol hagiok az zekelhydi eghihaznak epÿuletire ewtwen forentoth.

Az en kewzepsew uram[1] Paxi Ferencz az terek eleoth elejukbe hozta volt el az paxi eghaznak valamj ezywsth marhaiath. Testamentomba halala ideien meghhagia, hogh ha az orzag vezedelme megterne, tahat ismegh az eghhaz marhaiath oda viza megagiok. Ha kedigh ennelys inkab vezedelemre fordwlna tahat elagiok es zegheneknek ozwk. Ebe Gavai Lwkachioth ada meliem testamentoswl. Azert én Gavai Lucacz melle en kepembe hagiom az en uramat, hogy amint az testamentomlevel tartja eljarianak benne.

Ezen testamentomomat tettem en az vitezleo es nemes zemeliek elewt, az en uram eleoth Warkocz Tamas eleot, Tahi Ferencz elewt, Pelbarthhÿdj Fekete Janos eleoth, Vedi Gavaj Lukacz elewth es towaba frater Jakab elewth Varadon Mindzenth klastromaba lakozando predikator elewth és Tolnaj Balas pap elewth zekelhÿdj plebanos elewth es Gaspar pap elewt az jarkaffalvaj plebanos elewth.

Altera manu: Fr. Jacobus predicator ordinis sancti Dominici.

Alul 7 pecséttel, ezek közül 4 gemma. Eredetije az *Erdélyi Múzeum-egylet* kézírattárában elhelyezett Wesselényi-levéltárban.

Közli: Karácsonyi János.

543.

1551 julius 30.

A pápa Zrínyi Miklós kérésére Zágráb városa és a zágrábi egyházmegye lakosainak ugyanazon bucsúkat engedélyezi, a melyekben akkor részesűlnének, ha az örök városban a jubileumi évben a négy főtemplomot meglátogatnák, oly feltételek alatt, hogy meggyónnak, megáldoznak és október hóban a zágrábi kisebb templomot, a Sz. Márkról nevezett ozali, a Sz. Mihályról nevezett dubováczi és a Sz. Jakabról nevezett gazi plébániatemplomokat 15 napon belül meglátogatják és itt az egyház szándékára 5 Miatyánkot és Üdvözlégyet elimádkoznak. Az ezen alkalommal a hivők részéről önként fel-

[1] NB. Az első volt Makó Miklós, ettől való fiai voltak Miklós és László, a második Paksy Ferencz, a harmadik Warkocs Tamás.

ajánlott alamizsna felét a pápa rendelkezése szerint a római Sz. Péter-templom és a négy főtemplom valamelyike közt kellett felosztani, a másik felét pedig a zágrábi káptalan által megjelölendő jámbor czélokra fordítani.

Papa supplicante Nicolao Zrínyi incolis civitatis et dioecesis Zagrabiensis easdem indulgentias concedit, quas lucrarentur, ac si in urbe aeterna anno iubilaei quattuor archibasilicas visitassent, sub conditione, quod confessionem necnon communionem sacram peregerint et mense Octobri minorem ecclesiam Zagrabiensem atque ecclesias parochiales sancti Marci de Ozaly, sancti Michaelis de Dubovácz et sancti Jacobi de Gaz visitaverint intra 15 dies ibidemque ad intentionem ecclesiae 5 Pater noster et Ave Maria recitaverint. Eleemosynae hac occasione a fidelibus sponte oblatae medietas, papa disponente, ecclesiae sancti Petri Romae et uni quattuor archibasilicarum debebat dari, alia medietas vero ad opus pium a capitulo Zagrabiensi decretum converti.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és parmai levéltárakból, 51.

544.

Znióvára, 1551 julius 30.

Illyésházi Illyés Ferencz kötelezvénye, hogy a Várday Tamásnak adományozott turóczi prépostság és Znió vára megváltásakor kikötött feltételeket megtartja.

Ego Franciscus Illyes de Illyeshaza fateor, recognosco et testificor per presentes litteras meas, quod quia serenissimus princeps et dominus, dominus Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie et Bohemie rex etc., dominus meus clementissimus prepposituram Thurociensem venerabili magistro Thome de Warda affini meo una cum arce Znyow et cunctis pertinentiis suis clementer donare et conferre dignata est, eiusdemque arcis et prepositure gubernationem ex manibus egregii domini Michaelis Mwthnoky pecunia presenti, videlicet duobus millibus et octingentis florenis Hungaricalibus per me redemptam, iuxta articulos et contenta capitulorum et transactionis in litteris sue Maiestatis regie contentis intra certum tempus mihi clementer commiserit. Idcirco ego, sicut iam antea, ita et modo presentibus litteris meis volens suam Maiestatem regiam de fideli et tuta dicte arcis et claustri pertinentiarumque suarum penes obedientiam sue Maiestatis regie conservatione assecurare, promisi et obligavi me sub fide honoris et humanitatis mee vinculo, quod predictam arcem Znyow et preposituram ipsam Thwrociensem pertinentiasque suas in fidelitate sue Maiestatis ac serenissimorum principum filiorum eiusdem Maiestatis regie, successorum videlicet regum huius regni

Hungarie omni tempore co(n)servabo et conditiones illas omnes, que litteris sue Maiestatis super deliberatione restitutionis dictorum arcis et claustri expresse sunt et nominate, firmiter observabo. Quodque affinis meus predictus Thomas Warday designatus prepositus ecclesie Thwrociensis intra quindecim dierum spatium a die assignationis predicte arcis et prepositure sine ulteriori mora, habitum monasticum ordinis prepositure predicte induet et sacris deinde ordinibus initiabitur; quod si idem magister Thomas designatus prepositus affinis meus facere nollet, non posset, aut quocunque modo negligeret, ego sub presenti assecuratione, iuramento et obligatione mea (transactis huiusmodi quindecim diebus) statim arcem ipsam Znyow et prepositurам simul cum omnibus suis pertinentiis tenebor et obligatus esse volo reddere et restituere in manus egregii domini Michaelis Muthnoky provisoris archiepiscopatus Strigoniensis, recuperata tamen prius et recepta de facto ab eodem pecunia mea, per me nunc in redemptionem arcis et prepositure predicte ipsi domino Muthnoky numerata. Casu vero, quo exacto triennio arcem ipsam et prepositurам tantisper per me gubernatam egregio Thome Illyes de dicta Illyeshaza fratri meo, a quo pecuniam predictam mutuo levavi, reddere et resignare iuxta obligationem meam illi datam deberem, hoc non aliter faciam, nisi prius ipsum Thomam Illyeshazy fratrem meum ad omnes premissas conditiones circa conservationem restitutionemque arcis et prepositure bonorumque et pertinentium suarum sub eisdem vinculis et obligationibus, quibus meipsum per presentes obligavi, reddiderim obstrictum sue Maiestati regie et obligatum iuramento suo et litteris super hoc expresse per eum datis. Et in hoc casu Maiestatem suam regiam aut cameram Hungaricam sue Maiestatis regie requiram, ad que omnia et singula premissa inviolabiliter observanda me sub prescripto fidei, honoris et humanitatis mee vinculo sciens et volens sponte obligo, obligatusque esse volo et decerno, harum mearum sigillo proprio meo munitarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in arce Znyow, penultima die mensis Julii, hoc est feria quinta proxima post festum sancti Jacobi apostoli, presentibus egregiis ac nobilibus dominis Adamo et Stephano Jezerniczky de eadem, Stephano de Rakow, Alexandro Sandor de Nagchepczyn iudicibus nobilium comitatus Thwrociensis, Joanne de Kyschepczyn, Davide Wladar de Nagchepczyn per egregium Petrum Erdegh hominem Maiestatis regie ex camera Hungarica sue Maiestatis ad exigendum meum iuramentum et hanc obligationem expeditum

pro testimonio convocatis, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ego *Franciscus Illyessy*
mano (!) proprya.

Eredetije egy ív papiron, Werner György sárosi várnagy kézírása, a szöveg alján papirral fedett feketeviaszba nyomott gemmás gyűrűpecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 julius 20. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

545.

Bécs, 1551 augusztus 1.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, «ut Marco Wydesyth pro debitis quondam reverendissimi domini Strigoniensis pro servitiis in pecuniis et vinis solutio fiat».

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 107. lap.

Közli: Iványi Béla.

546.

Bécs, 1551 augusztus 1.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség pozsonyi házában Istvánffy Pál királyi tanácsosnak lakást és Szunyog falut használatul adja át.

Quod hospitium in domo archiepiscopatus Strigoniensis Posonii domino Paulo Isthwanffy detur, et de officiolatu possessionis Zwnyogh quod petit, Maiestas regia cupit informari.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum etc.

Reverendi, venerabilis et egregii fideles dilecti. Supplicavit nobis fidelis noster egregius Paulus Isthwanffy de Kysazzonfalwa, consiliarius noster, quod cum ipse in servitiis nostris Posonii continuus esse deberet, nec haberet hospitium sibi congruum, dignaremur ei in edibus archiepiscopatus Strigoniensis hospitium, atque pro exercenda agricolatione villam Zwnyogh vocatam in terra Czallokewz habitam, necnon officium comitis predialium dicti archiepiscopatus Strigoniensis *Naghrispansagh* vocatam, quod alias Matthias Angyal tenuisset, durante beneplacito nostro, ipsi Paulo Isthwanffy dare et concedere. Nos rationem habentes servitiorum ipsius Pauli Isthwanffy, in prefata domo archiepiscopatus Posonii existenti, hospitium sibi decens et congruum ea conditione

dare debeatis, ne quid damni ibi in edibus inferat, de villa vero Zwnyogh et officio comitis predialium, quo in statu sint, nos quamprimum certiores facere debeatis, ut quid de illis nobis faciendum sit, sciamus. Secus non facturi. Datum Vienne, prima mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendis, venerabili et egregiis Francisco Thurzo de Bethlehenfalwa Nittriensi, prefecto ac Augustino de Sbardellatis Vaciensi episcopis, administratori in spiritualibus et temporalibus archiepiscopatus Strigoniensis, ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice etc., fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 116. lap.

Közli: Iványi Béla.

547.

Bécs, 1551 augusztus 1.

I. Ferdinánd király a szepesi egyház kegyuraságát Pétervárady Balázs szepesi prépostnak adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus etc., quod nos respectum habentes ad fidem, integritatem, virtutem et reliquas animi dotes venerabilis Blasii de Waradino Petri prepositi ecclesie collegiate Scepusiensis, consiliarii et magistri camere nostre Hungarice, quibus eum cumulatum et ornatum ab Altissimo esse perspeximus, et illam sibi pleno iure iam dudum contulimus. Volentes itaque huiusmodi eius promotionem tum maiori accessionis ornamento decorare, tum etiam providere, ut beneficia ecclesiastica dignis viris et sufficientibus conferantur, ius patronatus igitur nostrum regium, quod in ipsa ecclesia Scepusiensi, sicut in ceteris regni nostri Hungarie ecclesiis, more predecessorum nostrorum, divorum Hungarie regum, optimo iure habemus, eidem Blasio preposito pleno iure duximus dandum et transferendum, annuentes et concedentes, ut ipse omnia beneficia et dignitates, lectoratum, cantoratum, custodiam, rectoratum sacelli Corporis Christi et canonicatus atque prebendas, que posthac in predicta collegiata ecclesia Scepusiensi quocunque nomine et titulo vacare contigerint, dicti iuris patronatus nostri regii authoritate personis idoneis et

benemeritis, ecclesiastica functione, fide, vita, moribus et scientia dignis conferre possit et valeat, imo damus, conferimus et in eundem transferimus, salvo iure capituli, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Vienne, die prima Augusti, anno Domini 1551., regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kézíratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 269.

548.

Kolozsvár, 1551 augusztus 4.

Fráter György nagyváradi püspök elismeri Csáky Mihály erdélyi kanonok és hunyadi főesperes jogát összes egyházi javadalmainak élvezetéhez.

Frater Georgius episcopus Waradiensis, thesaurarius, locumtenens reginalis Maiestatis et illustrissimi filii sui ac in regno Hungarie et Transsilvanie iudex generalis etc. Recognoscimus per presentes, quod nos venerabilem et egregium magistrum Michaelem Chyaky archidiaconum Hwnyadiensem, canonicum ecclesie Albensis Transsilvane, plebanum oppidi Karko, secretarium reginalis Maiestatis in hoc affidantes et assecurantes duximus, quemadmodum assecuramus et certificamus in verbo nostro per presentes, quod universos et singulos proventus beneficiorum eiusdem tam archidiaconatus Hwnyadiensis, quam canonicatus Albensis ac plebanie oppidi Karko liberos et intactos eidemque Michaeli Chyaky ac hominibus suis ad id deputatis libere percipiendos permittemus et permitti faciemus, immo et reddendos ac eidem administrandos conabimur, tamdiu, quoad in servitiis Maiestatis reginalis filiique sui illustrissimi fuerit occupatus, ita, ut et vendere arendareque cuilibet, si voluerit, et colligere fructus beneficiorum suorum predictorum citra quodlibet impedimentum nostrum aut nostrorum possit et valeat. Quocirca vobis egregiis nobilibus Jacobo Pokay moderno et futuris provisoribus curie episcopatus Albensis, cunctis etiam aliis officialibus et hominibus subditis servitoribusque nostris committimus, quatinus acceptis presentibus universos et singulos proventus tam archidiaconatus Hwnyadiensis, quam canonicatus Albensis et plebanie Karko illesos intactosque annotato Michaeli Chyaky hominibusque suis libere percipiendum permittere et permitti facere, quin potius ipsis in colligendis aut arendandis, auxilio et subsidio esse modis

omnibus debeatis et teneamini, secus nullomodo facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in civitate Coloswar, feria tertia proxima ante festum sancti Laurentii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Papiron, egyszerű egykorú másolatban. *Országos Levéltár:* Eccl. Cameral. fasc. 40. Nro. 11.

Közli: Iványi Béla.

549.

1551 augusztus 4. előtt.

Buszányi Miklósnak, az esztergomi érsek volt pinczemesterének, jelenleg pedig az egri püspök udvarmesterének újabb folyamodványa a királyhoz, melyben követelésének kiutalását kéri az esztergomi érsekség jövedelméből.

Sacratissima Maiestas regia, domine, domine clementissime.

Sacre Maiestati vestre antea quoque humillime supplicaveram, quatinus s. Maiestas vestra dignaretur dominis consiliariis camere Hungarice committere, ut ipsi triginta duos florenos Hungaricales et quinquaginta amas sive urnas vini mihi ratione servitiorum meorum domino quondam Strigoniensi exhibitorum debitorum exolvere velint iam.

Dein in negotio praedii Zerk, comitatus Mosoniensis, preces porrigit.

Eiusdem s. Maiestatis vestre

fidelis servitor
Nicolaus Buszany
quondam pocillator reverendissimi domini Strigoniensis, nunc magister curie reverendissimi domini Agriensis.

Kívül: Humillima supplicatio egregii Nicolai Buszany.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 augusztus 4. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

550.

Bécs, 1551 augusztus 4.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Buszányi Miklósnak fizesse ki követelését az esztergomi érsekség jövedelméből.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fidelis dilecti. Ex inclusa

supplicatione Nicolai Buszany episcopi Agriensis magistri curie fusius intelligetis, nos ab eo humiliter interpellari, dignaremur ei triginta duos florenos Hungaricales et quinquaginta urnas vini, quod debitum illi adhuc apud quondam archiepiscopum Strigoniensem extat, exolvi facere. Quare volumus et committimus vobis, quatenus eius petitionem iustam esse deprehenderitis, eum ex proventibus dicti archiepiscopatus contentari faciatis. Executuri in eo nostram omnimodam voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, quarta die mensis Augusti, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philepp Breyner
propria manu.
Melchior von Hoberckh
per manu propria
Adler etc.
B^ta Dunant etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa, episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 aug. 4.

Közli: Iványi Béla.

551.

1551 augusztus 11.

Stola István füszkútii (Kolozsm.) elüljárónak jelenti Mihály alsówaldorffi (aldorfi) káplán, hogy egy Erzsébet nevű nő tanúk előtt eskü alatt vallotta, hogy Poczner Gál nevű férfinak vele semmi dolga nem volt.

Vnßeren Grus czw aller Stundt. Wisset von vns mein Greff Steffan Stolcz, wie das ein Wortt ist außkommen von einer Person, wie daß der erliche Man Gal Poczner mit der selbige sold czw schaffen han gehat. So habe ich Michael vnwürdiger Caplan czum Nidersten Waldorff dieselbige Person mit dem Namen Elizabet genand dar lossen ruffen vor erliche Leutte vnnd die selbige Person mit dem Namen Elizabet nicht ein mol sonder drey mol gefroget bey ihrem christlichen Glawben vnnd bey ihrer christlicher Tauffe, ob der erliche Man Gal Poczner mit

ihr czu schaffen hett gehatt. So hott sie bekandt vor den erlichen Leuten, die alle die Wortt gehordt han, welcher ihr Namen alßo sein alß Jacob Schuster, Lerincz Czekel, Mathes Lurcz, Fest Hanns, Thonich Czaudner vnnd von Fűizkugh Thomas Kuurcz vnnd von Ewschs Lenhard Pendiger, vor den allen hott sie gesprochen: sie hott ihm kein Wortt auß brocht sonder sein eigen Weib, die hett sie im auß brocht...... Darumb bitten wir euch mein Greff Steffan Stolcz ihr wold vnsser Wortt vnd vnsser Beczeugniß ahnnemmen. Mit dem seid Gott befolen. Gegeben czum Nidersten Wardoff (!) am Dinstag vor Marientagh 1551.

Herr Michel
Prediger czum Nidersten Waldorff
ewer alle Czeit.

Kívül: Dem Erberen Manne Greff Steffan Stolcz ein Vorgenger der erlicher Gemein czw Füßkugh vnseren Getrewen czw komm der Brieff.

Eredeti, papir, zöld viaszpecsét, *a beszterczei városi levéltárban.*

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

552.

Bécs, 1551 augusztus 13.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Malatesta Frigyesnek az esztergomi érsekség jövedelmeiből egy ízben 24 bécsi urna bort adjanak.

Quod Friderico Malatesta secretario regiminis Hungarici, una vice de proventibus archiepiscopatus Strigoniensis viginti quatuor urne Viennenses vini dentur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Interpellavit nos egregius fidelis nobis dilectus Fridericus Malatesta secretarius regiminis Hungarici, dignaremur ei ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis iam una vice viginti quatuor urnas vini Viennenses ex speciali gratia presentari facere. Cui petitioni nos ob fidelia et indefessa sua servitia annuendo clementer censuimus, nobis idcirco iniungentes et precipientes, predicto secretario nostro Malateste prenominatas viginti quatuor urnas vini Viennenses ex dictis archiepiscopatus proventibus, ad eius requisitio-

nem una vice consignari facietis ordinetisque. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima tertia die mensis Augusti, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Adler etc.
B^ta^ Dunant etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi, ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol. III. kötet, 118. lap.

Közli: Iványi Béla.

553.

1551 augusztus 20. előtt.

Sáfár János folyamodványa a királyhoz, hogy az elhunyt esztergomi érseknek teljesített szolgálataiért járandóságát az érsekség jövedelméből utaltassa ki.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Anno superiori, cuius proxime elapsa hieme revolutio fine sortita esse perhibetur, ex voluntate et annuentia optime memorie comitis a Salmis generalis capitanei vestre s. Maiestatis una navi venalibus rebus onusta, versus civitatem Tolna ire contendens, in oppido Kewÿ[1] indebita ratione per quendam lanium detentus, quod idem lanius allegaret dominum meum pie memorie Paulum de Warda archiepiscopum ac in regno Hungarie locumtenentem illo ipso tempore, quo ego dispensatoris officium subiissem, computata ratione sibi quatuor vicibus debitor extitisset, prima nimirum 68 florenis Hungaricalibus, secunda 28, tertia 25, quarta 23, cuius summa 144 flor. pretendisset, et hec quamvis predictus lanius probarit nullo pacto, tamen me antehac eliberari non potui,

[1] In textu semel *Kŵvÿ*, altera vice Kęwÿ apparet.

quin illam summam pecunie ad assem solvere debui, quam rem Maiestati vestre sacratissime plenius viva voce retuleram.

Cum vero post id acceptum damnum per immanissimos Christiane fidei hostes Turcas in indutiis, comitatu videlicet Zaladiensi cum certo quodam numero vinorum, abductus vinctus in durissima captivitate retentus et nuper taxatus sum centum talleris, mihique id intra viginti dierum spatium reducere oportere, vel me in durissimam rursus captivitatem comittere, neque habeam, unde hec dare et solvere eis valerem, supplico humillime, pro sua regia clementia dignetur gratiose providere, vel propter acceptum damnum, quod in Kewy passus sum iniuste pro domino Strigoniensi ex ipsis archiepiscopatus proventibus allevare, quo ardentius eliberatus Maiestati vestre s. servire contendam, a qua gratiosum et pium expecto responsum.

Kívül: Supplicatio humillima Joannis Safar olim servitoris Strigoniensis.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 augusztus 20. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

554.

Bécs, 1551 augusztus 20.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Sáfár Jánosnak fizesse ki követelését az esztergomi érsekség jövedelméből.

Ferdinandus divivina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Quomodo nos a Joanne Zafar quondam archiepiscopi Strigoniensis familiari ratione solutionis centum et quadraginta quatuor florenorum, quos lanio cuidam pro prefato archiepiscopo persolvi coactus fuerat, humillime interpellati sumus, ex inclusa supplicatione latius cognoscetis. Cum vero nobis ea in re plane nihil constet, idcirco volumus et committimus vobis, de eo debito diligenter inquiratis et si iuxta eius indicia liquidum deprehenderitis, dicto Joanni Zafar ex proventibus Strigoniensibus plenarie exolvi curetis. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima die mensis Augusti, anno etc. quinqua-

gesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, aliorum vero vigesimo quinto.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philipp Breyner p. m.

Melicher von Hoberckh

per manu propria

Adler etc.

B[ta] *Dunant* etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 aug. 20.

Közli: Iványi Béla.

555.

Nadány,[1] 1551 augusztus 28.

Tordai Benedek körözs-ladányi protestáns igehirdető fejvesztés terhe alatt megfogadja, hogy a Nadányiak birtokaiból eltávozik s azok engedelme nélkül a váradi és egri egyházmegyékben nem vállal hivatalt.

Ego Benedictus Thordanus do pro memoria, quod, cum essem a concionibus in Nadan, incidi in suspicionem sceleris nephandi, domini tamen prelati eiusdem possessionis hoc mihi ad supplicationes quorundam piorum virorum prestiterunt beneficii, ne verbum Dei ob turpem et ignominiosam meam vitam per iudicii administrationem pluribus etiam in vicinas possessiones patefaciendam magis obfuscaretur maleque audiret, ut ne lege mecum contenderent, sed pacifice dimitterent ex ipsorum possessionibus, hac tamen conditione, ut in diocesÿs (!) Varadiensi et Agriensi sine permissione dominorum prelatorum de Nadan habitare non valeam. Si autem secus in aliqua parte premissorum contra voluntatem prefatorum dominorum prelatorum de Nadan agerem, vigore harum litterarum me, tanquam reum et iudicio vero devictum, capite puniendi habeant facultatem sine aliqua iudicii de hac re alterius administratione. Da-

[1] Hodie Kōrözs-Ladány in comitatu Békés.

tum in Nadan, feria sexta ante festum beati Egidii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Kívül más kézzel: K. Nadanyi predicator chirographuma.

Eredetije aljára nyomott s mezejében egy oroszlánt mutató pecséttel a *Nadányi-család levéltárában,* Puszta-Kovácsiban, «Litteraria documenta ad Varadianos pertinentia» jelű csomóban.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

556.

1551 augusztus 30.

Gutterer Stanczel Bártfa város tanácsának felajánlja szolgálatait. Az augusztus 29-ikén kapott levelet Boroszlóba, onnan Wittenbergbe Melanchthonhoz küldette.

Namhaffte, ersame, wolweise Herrnn, Euer E. N. W. bin ich allzeitt meinen willigen vnd gefliessenen dinst erbittend, antragende meinen moglichen vngespartten vleis vnd bereitte dinstbarckeitt zu allerzeitt. Welcher zuvorsicht E. E. N. W. allzeit sind zu mir gewesenn, derselben sollet Ihr noch stets zu mir vnd den meinen seinn. Es ist an mich den 29. Aug. negst komen ein schreiben, in welchen E. E. N. W. von mir begeret vnd gebetten haben, das eingeschlossene schreiben, so dabey gewesen, auffs ehest nur moglich, ken Bresslaw vnd von Bresslaw ken Wittenberg, wo nit botten vorhanden, einen eigenen botten auffzunemen vnd die mit ihm dar zuvorschaffenn. Domit mich E. E. N. W. der traw vnd zuvorsicht, die Ihr zu mir habtt, nicht betrogenn werden, hob ich hierin meinen moglichen vnd steten vleiss gegen E. E. N. W. nicht mogen vorhaltten: Derwegen ich des sonderlich gepflegett vnd mich bemühet habe, in dem E. E. N. W. zue dienenn. Den Brieff auch an den Achtbaren Herrn Philippum Melanchtonem gelangend, bald des andern tages nach dem datto, nemlich den 30. Augusti gen Bresslau vorschaffet, diss weitter fortzubringenn nach E. E. N. W. beger vnd willen vorsehe mich auch gentzlich dem werde ein genügen geschehn. Womit ich sonst E. E. N. W. dinslich vnd förderlich sein kan, wil ich dann bissher gewesen, solln mich E. E. N. W. zu aller zeit willig vnd bereitt erfindenn. Hiemit wil ich mich E. E. N. W. bevohlen haben, dato den 30. Augusti im 51.

E. E. N. W.

williger Stenczel Gutterer der eltter.

Kívül: Den Ersamen, Namhafften vnd Wolweisen Herrnn, Herrnn Richter vnd Rath der Erbarn Stadt Barttfeldt, meinen gönstigen Herrnn zu handenn.

Kelet helye nélkül. — *Bártfa városa levéltárából másolta Ábel Jenő.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

557.

1551 szeptember 3. előtt.

Spazoi Márton kőmívesmester folyamodványa a királyhoz, melyben Várday Pál elhunyt esztergomi érsek tartozásának kiutalását kéri.

Sacratissime et invictissime Romanorum etc. rex, domine, domine semper clementissime.

In anno 1550. die 13. Aprilis recognitum fuit per reverendissimos dominos episcopos Paulum Bornemiza Vesprimiensem et Augustinum Sbardelatem Vaciensem, quondam reverendissimi domini archiepiscopi Strigoniensis a s. r. Maiestate vestra commissarios constitutos, prefatum quondam reverendissimum dominum Strigoniensem archiepiscopum causa laborum a me in eius edificiis susceptorum mihi trecentos viginti novem florenos debitum remansisse. Ex predicta autem pecunie summa ego nisi centum et quadraginta (quemadmodum Maiestas vestra regia ex presente debiti copia[1] videre potest) hactenus exigere potui, unde restant adhuc centum et octvaginta novem, quare potentissime rex, ego s. r. Maiestati vestre humillime supplico et obsecro, dignetur ordinare, ut sub nomine Maiestatis vestre commissio mihi exhibeatur, qua imperet atque committat magnificis dominis camere Hungarice consiliariis eiusdem Maiestatis vestre, vel illis, qui a Maiestate vestra ad eiusdem episcopatus Strigoniensis proventus accipiendos et exigendos positi et ordinati sunt, ut mihi tandem de premiis meis absque ulla ulterius dilatione satisfaciant, pro cuius Maiestatis vestre regie incolumitate atque adversus inimicos felici victoria, ego simul cum tota familia mea omnipotentem Deum deprecari nunquam cessabo.

E. s. r. Maiestatis vestrae

humillimus et fidelis servitor

Magister Martinus

murator de Spazo.

[1] A kérvényhez másolatban csatolva van a veszprémi és váczi püspökök Bécsben 1550 április 13-ikán kelt kötelezvénye.

Kívül: Martini de Spazzo muratoris humillima supplicatio.

Egy ív papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 szept. 3. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

558.

Bécs, 1551 szeptember 3.

I. Ferdinánd meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Spazoi Márton kőmívesmesternek követelését az esztergomi érsekség jövedelméből fizesse ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc.

Reverendi, fideles nobis dilecti. Declaravit nobis per supplicem libellum fidelis noster magister Martinus murator de Spazo, quomodo reverendissimus quondam Paulus de Varda archiepiscopus Strigoniensis debuisset ei pro labore in] edificatione domus Posoniensis prestito trecentos et viginti novem florenos, ex quibus non plus quam centum et quadraginta floreni per vos fuissent ei persoluti, et adhuc restare centum et octoginta novem florenos, supplicans nobis humiliter, ut cum debitum hoc plane constaret, dignaremur eidem superinde gratiose providere. Cum autem dignus sit operarius mercede sua, fidelitati vestre committimus, quatinus premissis sic stantibus, cum prefato magistro Martino de Spazo super eodem debito centum et octoginta novem florenorum tractare et eundem ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis contentum reddere debeatis. Secus non facturi. Datum Vienne, tertia die mensis Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendis Francisco Thurzo Nitriensi, prefecto camere nostre Hungarice ac Augustino de Sbardellatis Waciensi episcopis, administratori in spiritualibus bonorum archiepiscopatus Strigoniensis etc., fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 szeptember 3.

Közli: Iványi Béla.

559.

Bécs, 1551 szeptember 3.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a pozsonyiakat szólítsa fel a körmöczbányaiak templompénzéből kapott kölcsön visszafizetésére.

Ut a civibus Posoniensibus repetatur census mille florenorum per Cremnicienses ex beneficio Sancti Andree mutuo datorum et Maiestas regia informetur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Ex incluso exemplo litterarum obligatoriarum latius cognoscetis, olim preterito millesimo quadringentesimo et trigesimo nono cives nostros Cremnicienses de proventibus beneficii Sancti Andree ibidem existentibus fidelibus nostris iudici ac civibus civitatis nostre Posoniensis mille florenos Hungaricales in auro, pro annuo censu centum florenorum Hungaricalium, mutuo concredisse, quos vero dicti subditi nostri Cremnicienses ad multifariam eorum requisitionem et petitionem ab eis nancisci nequeunt, et in hunc usque diem dare recusant. Cum igitur prefata summa mille florenorum ad dictum beneficium Sancti Andree pertineat et ex proventibus eius collecta sit, nosque eam ad officia divina et restaurationem capelle destinavimus, idcirco mandamus et committimus vobis, dictos cives Posonienses ad vos evocetis, illisque nostro nomine serio mandetis, ut prefatum debitum mille florenorum Hungaricalium citra ulteriorem renitentiam aut difficultatem ad manus vestras exolvant et reddant, nosque, quicquid responsi vobis datum fuerit, demum informetis certioresque faciatis. Executuri in eo expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, tertia die mensis Septembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
Adler etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 139. lap.

Közli: Iványi Béla.

560.

Bécs, 1551 szeptember 3.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a felsővidéki városoknak a Dóczy-örökösöknél található egyházi drágaságairól tegyen jelentést.

Ut de ecclesiasticis clenodiis civitatum montanarum, que in manibus dominorum Doczy asservari dicuntur, diligens inquisitio fiat.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum ad nos certo perlatum sit, tempore quondam Ludovici regis Hungarie, sororii nostri pie memorie, omnia clenodia ecclesiastica a civitatibus nostris montanis in Novisolio pro intertentione et defensione regni contra Turcas a quondam Nicolao Doczy collecta et super arcem Burglosz abducta esse et ibidem a relictis suis heredibus detineri; nos vero clementer deliberavimus, dicta clenodia ecclesiastica iterum ad officia divina celebranda consignari, idcirco volumus et committimus vobis, ut ea in re diligentem inquisitionem, presertim apud eos, qui illo tempore dicti regis Ludovici familiares et consiliarii fuerunt et adhuc sub capitulo et inter vos in vivis existunt, habeatis, et qualem quantumque numerum eorum clenodiorum deprehenderitis, quem dicti Doczy hucusque detineant, nos cum consilio, sententia et opinione vestra informetis; nam omnino iustum et equum esse arbitramur, ut ea ipsa clenodia rursus ad beneficia sua restituantur. In quibus executuri estis expressam et clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, tertia die mensis Septembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
Adler etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 129. lap.

Közli: Iványi Béla.

561.

Trient, 1551 szeptember 11.

Gregoriánczi Pál zágrábi püspök Pétervárady Balázs szepesi prépostot értesíti az egyetemes zsinat menetéről.

Reverende domine et amice observandissime. Salutem et mei commendationem. Sit laus et honor omnipotenti Deo, nos hic, in sacro hoc concilio agimus ea, que Dei et ecclesie catholice sunt. Disputamus acriter de veritate ac falsitate illorum articulorum, in quibus novi christiani Lutherani a veteris ecclesie observatione annis superioribus multipliciter dissentire ceperunt. Et quidem longe prestaret, si illi ipsi adversarii, quorum errores confutantur, hic adessent; non est enim dubium, rem illo modo exactius longe et limpidius discuti et examinari posse, si viva illorum vox audiretur, quare et respondere forte argumentis et replicare responsis vel posset vel niteretur. Nunc in illorum absentia, adsunt ex multis nationibus, presertim Italica, Hispanica et Germana multi excellentes theologi, qui articulos iuxta ordinem sacramentorum ecclesie sibi per presidentes concilii propositos acriter certe in utramque partem arguendo discutiunt et id, quod veritatis est, concludunt. Adest nomine sanctissimi domini nostri pape legatus concilii, reverendissimus dominus cardinalis Crescentius; adsunt collaterales domini duo episcopi, Sypontinus et Veronensis, viri docti; adsunt denique alii quoque circiter 50 episcopi, inter quos nos etiam, cum domino Viennensi Nausea, partes agimus sacratissime Maiestatis regie, domini nostri clementisimi. Electores etiam duo, Moguntinus et Treverensis, advenerunt et oratores Maiestatis cesaree. Galli, Angli et Poloni nondum venerunt atque adeo ne venturi quidem creduntur, quum rex Gallorum suis episcopis et prelatis privatum quoddam in regno suo indixisse fertur conciliabulum, ne dicam concilium, quod nomen in illos divisos cadere non potest. Nil adhuc post meum huc adventum ita est conclusum, ut publicari possit, postquam Deo dante res ad finem tendere ceperit, quicquid conclusum fuerit, id tipis quoque excusum, ad Vestram Reverendam Dominationem perveniet. Ad nostrum reverendissimum dominum Nitriensem propterea nil scripsi, quia dubius eram, an domi, vel in bello existat. Per opportunitatem autem Vestra Reverenda Dominatio illi mea servitia commendet et aliis quoque dominis

camerariis, Sebastiano, Dessewffy, Seryeny et toti collegio. Valete feliciter. Tridenti, die 11. Septembris 1551.
Hanc cartulam Reverenda Dominatio Vestra curet, rogo, devenire ad manus nostri domini Verneri.

Servitor fidelis Zagrabiensis.

Kívül: Reverendo domino Blasio a Petherwaragya preposito S[c]epusiensi, magistro et consiliario camere regie Maiestatis Ungarice, domino atque amico observandissimo.

Egy ív papiron, gyűrűs zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Expeditiones Camerales, 1551—1553, eredeti melléklet Ad Curiam, 1551 junius—deczember, Nro. 47. — Történelmi Tár, 1881, évf. 454—455.

562.

Bécs, 1551 szeptember 12.

Oláh Miklós egri püspök kéri a soproni tanácsot, hogy Szent-Máté napján az országgyülés alatt tartandó első szentmiséjére (primitiae) legalább két követet küldjön.

Episcopus Agriensis rogat senatum Soproniensem, ut ad primitias suas durantibus comitiis in festo s. Matthaei celebrandas duos legatos mittat.

Eredetije *Sopron város levéltárában:* Lad. XXVIII et *CC* f. V. Nro. 298.

Közli: Karácsonyi János.

563.

Zólyom-Lipcse, 1551 szeptember 17.

Nyugtatvány András zólyom-lipcsei plébános tizedbérleti fizetéséről.

Nos Blasius de Zatha archidiaconus Zoliensis etc. Recognoscimus per presentes, quo pacto nobis in anno Domini 1551. ex commissione sacre regie Maiestatis necnon reverendissimi domini administratoris ecclesias nostri archidiaconatus in eodem comitatu Zoliensi visitantibus presentati sunt nobis per honorabilem virum dominum Andream plebanum oppidi Lypche Zoliensis aurei septem iusti et boni ponderis, pro pactatis decimis sive censu pactatarum anni millesimi quingentesimi quinquagesimi, pretacto domino administratori aut illi vel illis, quibus incumbet, pleno numero per nos assignandi, presentibus honorabilibus viris domino Matthia De Haÿnick vicearchidiacono nostro et domino Gallo plebano de Badin. Super quibus eundem dominum Andream

plebanum quietum et liberum facio, harum, quibus sigillum meum est annexum, testimonio litterarum mediante. Datum in pretacto oppido Lÿpche, die beati Lamberti, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

L. S. *Idem, qui supra manu propria.*

Kívül: Anni 1551. Quietantia pactatitialis.

Eredetije Zólyom-Lipcse nagyközség levéltárában.

Közli: MATUNÁK MIHÁLY.

564.

Szeben, 1551 szeptember 18.

Castaldo levele Ferdinándhoz Fráter György bíborossága ügyében.

S. c. regia Maiestas... Episcopus[1] autem non solum in negotio cardinalatus desperat, sed nec in ceteris multum confidit, id, quod istis temporibus aliter esse deberet... Ex Zibinio die XVIII. Septembris 1551.

Eiusdem Maiestatis v. fidelis servus

Joannes Baptista Castaldus.

Kívül: Sacratissime catholice regie Romanorum, Hungarie Bohemieque Maiestati etc....

Egy ív papir három oldalán záró pecséttel. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551 Sept. 130.*

A válasz: Castaldo. Ferdinandus etc. Spectabilis et magnifice... De episcopi Waradiensis erga nos fide, studio et diligentia nihil plane dubitamus, nosque eum omnibus, quibuscunque a nobis fieri poterit, modis contentum reddere studebimus, ita, ut gratiam erga se nostram quovis loco et tempore re ipsa sentiat et experiatur. De eius cardinalatu retulit nobis summi pontificis nuntius in aula nostra residens: Sanctitatem suam ad factam intercessionem et promotionem nostram eo animo erga ipsum Waradiensem de concedenda ei dicta dignitate esse, ut neque nos, neque ipse Waradiensis ullam dubitationem habere debeamus, eum, quod petimus, votive se creaturum esse; et hanc dilationem non aliam ob causam accidere, quam quod etiam nonnulli alii

[1] Frater Georgius.

creari debent, sicuti semper fere soleat fieri, ut plures simul creentur. Nos tamen eidem nuntio apostolico respondimus atque instetimus, ut Waradiensis ipse vel solus primo quoque tempore creetur, vel assecuratio nobis detur, ut in prima creatione cardinalium ipse non pretereatur... Datum Vienne, die 20. Septembris 1551.

Ex[pediatur].

Fogalmazat három, összevarrt ív papiron. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551 Sept. 159.*

Közli: Bunyitay Vincze.

565.

Torda, 1551 szeptember 20.

Kelemen tordai pap szengyeli Barcsay Györgynek 40 forintért a nagytavi halászat felét elzálogosítja.

Ego Clemens presbiter, rector altaris sancte Elene in ecclesia Thordensi fundati,[1] recognosco, fateor ac memorie commendo significoque tenore presentium universis, quibus expedit, interest vel intererit, quod medietatem piscine Mogyarostow seu alio nomine Naghtow[2] vocate, inferius piscinam et villam Tohát (!) iacentis, impignoravi egregio Georgio Barchaii de Szengyel pro quadraginta florenis mihi ab ipso datis et simul tali sub conditionis obligamine, ut idem dominus Georgius prefatus statim restauret ruinam aggeris eiusdem piscine et alveum ligneum, vulgo Zwgo vocatum adparari faciat et protegi curet, ne destruatur; sicque capiat omnem usumfructum et utilitatem medietatis eiusdem piscine predicte, quotiescunque ego eandem piscinam piscari fecero, et sine me ne faciat maiori reti piscari, nisi tantum ad usum et necessitatem mense sue. Item, quod debeat eandem dictam medietatem sine omni controversia remittere, quandocunque predicti quadraginta floreni eidem per me vel per successores meos restituti fuerint, et de suis expensis iusta compu-

[1] Huius presbyteri eiusque officii titulum diploma a. 1554. magis praecise sic denotat: presbiter, rector altaris sancte Helene regine in parochiali ecclesia oppidi Thorda fundati.

[2] Vagyis Mogyoróstó, másként Nagytó. Két 1519-iki oklevél szerint neve régebben *Mogyoróstó* vagy Nagytó volt. *Történelmi Tár,* 1893. évf., 295—296. l.

tatione facta sibi satisfactum erit. Actum et datum Thorde, dominica in profesto beati Mattei apostoli 1551.

Eredeti, sajátkezű, zöldviaszba nyomott ovális kámeás gyűrűpecséttel megerősítve, az *Erdélyi Nemzeti Múzeum gróf Bánffy levéltára :* Bethlen-iratok, fasc. 304. Nro. 112.

Közli : VERESS ENDRE.

566.

Szeben, 1551 szeptember 23.

Castaldo felajánlja Ferdinándnak Fráter György közreműködését, ha a király meg akarja szerezni Izabellától szent István fejét.

Sacratissima catholica regia Maiestas... Postridie e Zassebes recessi, et quamvis febris me per totum iter comitaret, eodem die Zibinium applicui... In itinere mihi dixit episcopus, quod oblitus erat Maiestati v. significare: apud reginam Isabellam caput sancti Stephani remansisse, quam bene esset, quod Maiestas v. penes se habere procuraret; eapropter si hoc Maiestas v. cuperet, posset eadem serenitati sue scribere, aut nos admonere, si Maiestatis v. nomine ipsum caput a dicta regina petere debeamus... Ex Zibinio, die XXIII. Septembris 1551.

Eiusdem Maiestatis V.

fidelis servus

Joannes Baptista Castaldus.

Kívül: Sacratissime catholice regie Romanorum, Hungarie, Bohemieque Maiestati etc., domino, domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán zárópecséttel. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Sept. 89.* — U. o. 1551. Sept. 21—30. 70. Válaszul Castaldonak írja Ferdinánd: «committimus tibi, ut una cum ipso Waradiensi iis rationibus, que vobis convenientes vise fuerint, illud [caput S. Stephani] ab eius serenitate nomine nostro petatis, et quatenus cum bona serenitatis Sue voluntate fieri poterit, nobis obtineatis . . . Vienne, die 26. Sept. 1551».

Közli : BUNYITAY VINCZE.

567.

Bécs, 1551 szeptember 25.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a nagyszombati plébániához tartozó szőlőktől tizedet ne szedjen.

Ut decime vinearum plebanatus Tyrnaviensis relaxentur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Declaravit Maiestati nostre per supplicationem fidelis noster honorabilis Nicolaus presbiter de Monozlo, plebanus ecclesie nostre Thyrnaviensis ac canonicus Strigoniensis et archidiaconus Newgradiensis, quomodo ipse annis superioribus, tres desertas vineas ipsius ecclesie Thyrnaviensis ad plebanatum pertinentes colere cepisset, a quibus nunc vos decimas velletis exigere, supplicando nobis humiliter, ut ei in hac re gratiose providere dignaremur. Cuius nos humili supplicatione exaudita, fidelitati vestre committtimus et mandamus, ut si vinee ille deserte, per ipsum plebanum coli cepte ab antiquo pertinuerunt et pertinent ad ipsam ecclesiam Tyrnaviensem, de illis nullam decimam exigere debeatis. Secus non facturi. Datum Vienne, vigesima quinta die mensis Septembris, anno Domini etc. quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 139. lap.

Közli: Iványi Béla.

568.

1551 szeptember 27. előtt.

Buszányi Miklós folyamodványa a királyhoz, hogy az esztergomi érsekség jövedelméből a kiadott királyi rendeletet nem teljesítő Muthnoky Mihályra parancsoljon rá, hogy az 50 forintot fizesse ki neki.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Deputaverat mihi ad rationem servitiorum meorum reverendissimus dominus Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis florenos quinquaginta ex pretio vinorum tunc in bonis archiepiscopatus educillandorum per dominum Michaelem Mwthnoky

provisorem Strigoniensem reddendos, quos licet provisor reverendissimo quondam domino supervivente restituendos promiserit, mortuo tamen ipso reverendissimo domino ad sepissimas meas requisitiones restituere neglexit, cuius rei causa cum s. Maiestas vestra nuper ad dominos camerarios mandatum dedisset, ob idque domini camerarii domino Mwthnoky restitutionem florenorum quinquaginta serio commisissent, tantum abest, ut restituisset tunc, ut neque modo debitum seu deputationem illam mihi reddere velit. Quapropter supplico s. Maiestati vestre, ut dignetur s. Maiestas vestra dicto Michaeli Mwthnoky mandare, qui etiam pretia vinorum educillatorum percepit, quo deputationem meam, florenos scilicet quinquaginta, qui in libro rationis reverendissimi domini inscripti sunt, et quos se mihi restituisse in rationem dedit, restituere velit absque dilatione. Benignam expecto relationem.

S. Maiestatis vestre humillimus subditus
Nicolaus Bwssany.

Kívül: Supplicatio Nicolai Bwssanÿ.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol., 1551 szept. 27. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

569.

1551 szeptember 27. előtt.

Buszányi Miklós folyamodványa a királyhoz, melyben kéri, hogy parancsolja meg Muthnoky Mihálynak, hogy a néhai Várday Pál esztergomi érsek által részére kiutalt 50 forintot fizesse meg.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Reverendissimus quondam dominus Paulus de Warda archiepiscopus Strigoniensis etc. pie memorie deputaverat mihi ad rationem servitiorum meorum apud Michaelem Mwthnoky provisorem archiepiscopatus Strigoniensis florenos quinquaginta reddendos ex pretio certorum vinorum tunc educillatorum, quos quidem florenos ipse Michael Mwthnoky ex pretio vinorum licet levaverit, attamen mihi ad petitiones meas frequentes reddere noluerit. Propterea supplico s. Maiestati vestre, dignetur iubere dicto Michaeli Mwthnoky, ut de florenis quinquaginta, quos in rationem servitiorum reverendissimus condam dominus archi-

episcopus ex pretio vinorum educillatorum deputaverat, me contentum reddat. Benignam expecto relationem.

S. Maiestatis vestre fidelis subditus

Nicolaus Bwssany.

Kívül: Supplicatio Nicolai Bwssany, petit, ut florenos quinquaginta per condam dominum Strigoniensem sibi de pretio vinorum deputatos eo, quod pretium vini Mwthnoky percepit sibi Maiestas sua reddi faciat et iubeat.[1]

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 szept. 27. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

570.

Bécs, 1551 szeptember 27.

I. Ferdinánd király meghagyja a kamarának, hogy Buszányi Miklósnak az esztergomi érsekség jövedelméből 50 forintot fizessenek ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabiles, egregii fideles dilecti. Ex inclusa humili supplicatione egregii Nicolai Bwszany fusius intelligetis, nos ab eo pro solutione debiti cuiusdam quinquaginta florenorum, quos ipse quondam demortuo episcopo Strigoniensi concredidit, et sibi insoluti extant, humiliter interpellari. Quare volumus et iniungimus vobis, quatenus debitum hoc, de quo nos prius plene informare debetis, liquidum esse deprehenderitis, dicto Buszany solutionem prefatorum quinquaginta florenorum ex proventibus Strigoniensibus fieri ordinetis curetisque. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima septima die mensis Septembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium

Philipp Breyner p. m.

Erasmus von Gera mp.

Adler etc.

B^{ta} Dunant etc.

Kívül: Reverendis, venerabilibus ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de

[1] Ambo documenta de eadem re, diverso tamen modo exponunt.

Sbardelatis episcopo Vaciensi ac aliis camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 szept. 27.

Közli: Iványi Béla.

571.

Bécs, 1551 szeptember 29.

Ujlaki Ferencz győri püspök kéri a soproni tanácsot, hogy azt a 200 forintot, melyet Tamás, az elhalt soproni lelkész, gazdaasszonyának adott még éltében, s mely összeg jogosan őt illeti, küldje el neki.

Prudentes… domini. Accepimus, quendam sacerdotem, Thomam nomine, beneficiatum ipsius ecclesie Soproniensis, nuper vita defunctum esse, qui extra testamentum, quod fecerat, vivus adhuc mulieri coctrice (!) sue ducentos florenos secreto dederat, quorum media pars aurum, reliqui vero monete currentes forent. Cuius facti veritatem, quum D. vestre ab eiusdem sacerdotis confessore accepissent, florenos ipsos ducentos ab ipsa muliere exceperunt inque suos usus convertere volunt. Cum autem D. vestras minime lateat, nos iurisdictionem pro ecclesia nostra Jauriensi in personas ecclesiasticas in dyocesi nostro (!) habere, volumus et eosdem hortamur, ne in ius nostrum sese intromittant, sed pecuniam ipsam ducentorum florenorum, quam a prefata muliere extorserunt, que ad ecclesiam nostram Jauriensem et ad nos spectant, statim homini nostro, propterea ad D. vestras misso restituant. Non possemus enim ferre nec per nos pati decet, ut contra ius nostrum ecclesia nostra illis frustretur… Vienne, penultima Septembris, anno Domini 1551.

Franciscus ab Wylak
episcopus Jauriensis, sacre regie Maiestatis locumtenens.

Jauriensis
manu propria.

Kívül: Prudentibus… iudici, magistro civium et ceteris iuratis civibus civitatis Soproniensis.

Más kéztől: Presentatum Soprony 1-a die mensis Octobris anno 51.

Eredetije *Sopron város levéltárában:* Lad. L. fasc. 1. Nro. 7.

Közli: Karácsonyi János.

572.

Bécs, 1551 október 1.

I. Ferdinánd király parancsa a munkácsi püspökség joghatósága alá tartozó ruthén papokhoz és hivekhez, a kiknek meghagyja, hogy László püspöküknek engedelmeskedjenek s a szokásos egyházi illetékeket pontosan megfizessék.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris universis et singulis plebanis et presbyteris aliisque cuiuscunque status et conditionis hominibus, similiter Ruthenis, iurisdictioni[s] ecclesie beati Nicolai confessoris in oppido nostro Munkacz ritu Grecorum fundate existentibus Grecamque religionem profitentibus, presentibus et futuris salutem et gratiam. Exposuit Maiestati nostre per humilem supplicationem suam fidelis noster reverendissimus Ladislaus episcopus Grece religionis prefate ecclesie beati Nicolai, quomodo essent nonnulli ex vobis, qui ei, velut eorum episcopo debitam obedientiam prestare nollent et sese ab ipso alienos exhiberent nollentque iurisdictioni ipsius parere et subiecti esse, iustosque et ab antiquo dicte ecclesie sue de medio vestri solvi debitos proventus reservarent, supplicans nobis humiliter, ut sibi et prefate ecclesie sue gratiose providere dignaremur. Cum autem dignum sit, ut proventus ecclesiarum ministris suis reddentur: volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus amodo deinceps prenotato exponenti episcopo vestro, sub cuius scilicet iurisdictione estis, in omnibus licitis et consuetis iuxta antiquam consuetudinem et ritum vestrum obedire et obtemperare, ipsumque revereri et eidem universos proventus suos, de medio vestri provenire debentes, suis semper temporibus opportunis integre et sine defectu dare et reddere debeatis ac teneamini; secus ne feceritis, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, prima Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
episcopus Agriensis.

Budapesti egyetemi könyvtár: *Hevenesi-kéziratgyűjtemény*, XVIII., 120.

573.

Bécs, 1551 október 7.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy ezen évben Sbardellati Ágoston váczi püspök csak a vágai és szerdahelyi tizedeket kapja.

Ut omnes proventus et fructus presentis anni duntaxat duarum villarum Waga et Zerdahel concedantur domino Vaciensi.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Significamus vobis, quod nos omnes proventus et fructus, qui presenti anno tantum ex duabus villis Vaga et Zerdahel provenient, reverendo fideli nostro Augustino de Sbardelatis, episcopo Vaciensi ex singulari gratia dandos et consignandos concessimus, quocirca mandamus vobis, ut prefato episcopo Vaciensi memoratos dictarum villarum Vaga et Zerdahel redditus huius anni tantum tradi et consignari curetis et efficiatis, nostram in eo clementem executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, septima die mensis Octobris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., aliorum vero XXV.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Erasmus v. Gera
*B*ta *Dunant* etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 140. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

574.

Sopron, 1551 október 8.

Szerecseni Sixtus, a győri püspök győri várának udvarbirája elismeri, hogy Benedek mester, soproni főesperesnek a püspökség jövedelmeiről szóló lajstromait a soproni polgármestertől és a többi végrendeleti végrehajtóktól átvette.

Sixtus de Szerecsen provisor arcis Jauriensis reverendissimi episcopi Jauriensis testatur, se honorabilis magistri quondam Benedicti archidiaconi Soproniensis regesta proventuum episcopatus a iudice Soproniensi et ceteris executoribus testamenti accepisse.

Eredetije *Sopron város levéltárában:* Lad. XIX. et *T.* f. *V.* Nro. 247.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

575.

Eperjes (?), 1551 október 10.

Gyalui Torda Zsigmond levele Melanchthon Fülöphöz. Értesíti a török hódoltság alatt levő protestáns egyházak kedvező helyzetéről, nevezetesen, hogy a budai basa Debreczenbe küldött levelében nemcsak biztonságot, de jutalmat is igért mindazon protestáns prédikátoroknak, kik a török által birt területekre költözködnek.

S. D. De ecclesiis in Pannonia, que Turcico imperio subiecte sunt, hec certo scribere licet. Turce neminem cogunt ad Machometismum, sed si quis sponte aut impulsione diaboli illorum secte accedit, eum circumcidunt. Adulescentulos, quod maxime dolendum est, blandimentis ad se pelliciunt. In templis permittunt doceri verbum Dei et concedunt usum piarum ceremoniarum; quin etiam plerique nostram professionem amplectuntur. Magna ubique sitis est verbi Dei. Clamamus hac etate non edi miracula; ecquod maius aut evidentius potest esse miraculum, quam, quod Deus in mille periculis non solum servat ecclesiam, verum etiam late propagat, ac dum vinci a mundo videtur, tunc maxime potentiam suam ostendit et declarat! Nostri principes armis et castris erant oppugnaturi gloriam Christi, propterea Deus adduxit Turcas, qui concedunt libere doctrine celestis confessionem; quo fit, ut populus ad veri Dei agnitionem veniat, ad quam a calamitatibus externis quasi manu ducitur. O ineffabilem Dei misericordiam! Adfligit nos propter peccata nostra, quia iustus est et erumnis, quasi flagris, admonet nos sui ac vocat ad penitentiam. Deinde in mediis angustiis aperit inexhaustos sue gratie fontes ac thesauros, quibus nos consolatur, ita ut faciat opus suum, alienorum est opus suum. Populus nihil magis optat, quam concionatores bonos. Nuper bassa Budensis misit occulte litteras in ducatum Döbracensem, quibus doctoribus ac ministris non solum securitatem, sed etiam premia promittebat volentibus in sui imperatoris iurisdictionem commigrare. Scripserunt et pastores ecclesiarum sub Turcis ad nostros concionatores, qui Döbretii convenerant, in hanc ferme sententiam: «Dilectissimi fratres, agimus Deo immortales gratias pro immensa bonitate sua, qua nos in hac captivitate visitavit, lucem evangelii sui nobis patefaciens. Scitote, nostras ecclesias amplecti celestem doctrinam de Filio Dei, et populum ardentibus votis petere quotidie a Deo copiam bonorum concionatorum. Quare vos hortamur, ut primo quoque

tempore ad nos veniatis, quod et facere secure potestis, et premia hic temporalia et in vita futura eterna a Deo Patre domini nostri Jesu Christi percipietis. Intelligimus, vos et eruditione nobis antecellere et gratia Spiritus donis prelucere. Nec mediocris est spes Turcas ad nostre fidei confessionem accessuros. Vos Deum vocantem sequimini». Is, cui datum erat negotium a bassa, perquisivit in civitate omnes pastores, concionatores et scholasticos et convocatis in unam domum proposuit tam basse, quam pastorum litteras. Illi agnoscentes tantum Dei beneficium gratias egerunt, ac post paucos dies magna pars eorum in ditionem Turcarum profecta est. Hec vera esse, nihil dubites. Est hic negotiator quidam et idem eques, qui nundinis Döbrecensibus interfuit et vidit ista geri. Non desunt alii quoque testes fide digni. Hec ad te quamvis tumultuarie perscripsi, quia cupidum existimabam cognoscendi, quinam esset status ecclesiarum sub Turcis etc.

Sigismundus Torda Ungarus ex Sela[1] *Transylvanie.*

Bindseil, H. E., Philippi Melanchthonis epistolae, judicia, consilia, testimonia aliorumque ad eum epistolae, quae in Corpore Reformatorum desiderantur, (Hallis Saxonum, 1874), 322—324. — *Bauch Gusztáv, Történelmi Tár,* 1885. évf., 533—535.

576.

Bécs, 1551 október 10.

Fejértavi János királyi kanczelláriai titkár levele Bullinger Henrik zürichi prédikátorhoz a magyarországi vallásügyi állapotokról.

Benedictus dominus Deus et Pater domini nostri Jesu Christi, qui dignatus est pro sua immensa clementia mittere Filium suum unigenitum in mundum, ut omnes, quotquot in ipsum credituri essent, a sathane potéstate erepti, vitam consequerentur eternam; quique per gratiam suam novissimis hisce temporibus, seculo undiquaque turbulentissimo, semine verbi sui in terras misso, non solum Germanos, sed et Hungaros, Grecos aliasque nationes, apud quas parum vel nullum habebat locum evangelium eterni Dei, ad convivium suum vocat etc.

Accepi, Reverende Frater, proximis diebus fascem integrum tuarum litterarum, in quo continebantur ea etiam omnia, que mihi misisti; pro quibus etsi parem tibi referre gratiam non pos-

[1] Sela pro Gelu (= Gyalu).

sim, nec videam, quo gratitudinis genere tuam in me propensam voluntatem reponere valeam, ago tamen magnas, quas possum, gratias, quod pro tua singulari pietate dignatus es ad meas rudes et incultas litteras christiane et perhumane respondere, atque scriptum publicum ad confirmandos in sana veraque doctrina evangelica ministrorum verbi Dei reliquorumque christianorum in Ungaria, Thracia Bulgariaque et Turcia dispersorum animos mittere. Det tibi Deus pro tanto beneficio corporalia et spiritualia bona abundatissime! Omnes sane pii homines, quicunque tua scripta legent, vel iam legerunt, agunt agentque maximas gratias.

Ego omnem dubitationem commorationis inter papistas, que animum meum hactenus mire torsit, tuis scriptis excussi et deinceps ita inter eos, dum in universum eos vitare non possum, vel Deus aliter de nobis statuerit, commorabor, ut ceremoniis illorum non communicem, quemadmodum ne hactenus quidem communicavi, sed abominabiles habui et illis tanquam vanis in summo loco religionis papistice contradixi. De non adorando quoque pane in missa papistica satis confirmatus sum ex quinta decade sermonum tuorum; nam priores quatuor decades dudum mihi comparaveram. Ad quas num plures sis additurus, cupio ex te intelligere. Multi enim in eam spem sunt erecti, ut aliquid illis addas et indicem. Quod negotium raptarum per Turcas coniugum attinet, optassem ex animo, si certum aliquod consilium scripsisses; verum postquam ob graves causas inexplicatum reliquisti, oportet interim me habere patientiam, donec certius aliquid in eo casu mihi scripseris.

Quia vero cupis ex me scire: quis sim et ubi agam? dicam tibi ingenue, me esse secretarium cancellarie Ungarice in aula serenissimi principis, domini Ferdinandi, Romanorum, Ungarie Bohemieque etc. regis, apud cancellarium regni Ungarie, episcopum ecclesie Agriensis, qui ab adolescentia mea, quantum per Dei gratiam licuit, evangelium regni Dei amplexus sum, edita iam aliquoties coram preside fidei christiane confessione. Sunt mecum in evangelio consentientes et a papismo in totum abhorrentes viri boni, integri et sinceri, qui mecum una capiunt vitam aulicam mutare.

Res vestras Dei beneficio pacatas esse gaudeo. Nostre licet nunc satis turbate sint, speramus tamen, Deum statum patrie quoque nostre in melius commutaturum. Italiam bello estuare cum ex tuis, tum etiam aliorum litteris et sermone multorum intellexi, eiusque flamme autorem clamitant multi pontificem Ro-

manum, qui concilium in sanguine et pulvere maluit celebrare, quam pacato tempore. In quo quid sacri patres agant, ex te intelligere cupio.

Hic, vel verius in Ungaria, quid agatur, paucis accipe. Ego enim et corpore et mente ita sum affectus, ut pluribus tibi verbis scribere non possim. Turca superioribus mensibus multa ceperat tentare, sed postquam ab Ungaris militibus aliquot eorum turme profligate ceseque fuissent, continet se intra suos fines, nisi quod summus Turcarum imperatoris prefectus, beglerbeg dictus, collectis copiis ad numerum, ut aiunt, sexaginta millium Turcarum, superato apud Taurunum Danubio, quem ponte stravisse dicitur, Transylvaniam versus progredi velle dicitur, ulturus forsitan iniuriam erepte principi suo per exercitum regie Maiestatis provincie Transylvanie. Eam enim totam Maiestas sua recepit in manus et potestatem suam. Contra exercitus sue Maiestatis illi obviam proficiscitur, iamque diei itinere abesse dicuntur. Expectamus in horas ancipitem Martis aleam, sed orandus est Deus, ut reconciliatus nostris propitius adsit. Nam, si nunc vincemus, regnabimus, sin minus, actum erit de statu Ungarie. Quicquid erit, tibi, Deo volente, proximis litteris perscribam. Evangelium, uti prioribus litteris meis tibi perscripsi, passim per totam Ungariam predicatur, non sine tamen contradictione episcoporum et sacerdotum papisticorum, sed in Turcia liberius annunciatur. Sunt in Transylvania viri pii doctique et linguarum periti, qui catechismos ad Grecos, Thraces et Lithvanos sua lingua excusos miserunt. Ferunt multi, in Turcia Turcas christianis admixtos sacris concionibus interesse, quod prioribus seculis fuit inauditum; unde facile coniicio, Turcas, ni tempestive deleantur, fidem christianam brevi accepturos. Res admiratione non caret, quod, quoties disceptatur a christianis pastoribus cum sacerdotibus papisticis coram iudicibus et prefectis Turcarum, semper sententia fertur pro evangelio Dei; id quod aliqua ex parte ex inclusis litteris unius pastorum[1] intelliges. Hic Michael Ztarinus est predicator verbi Dei in oppido quodam Lasko vocato in comitatu Baranya, quod a quindecim annis Turca possidet.

De ministris verbi Illyrice lingue peritis nunc nihil certi tibi scribere possum. Nondum enim cum his baronibus locutus sum, in quorum ditione predicare scirent. Postquam tamen cum eis tractavero, faciam te certiorem. Misi tibi his litteris inclusa

[1] Cfr. supra nro. 519., pagg. 543—544.

numismata quedam et crustum auri nati in Transylvania, pignus videlicet mei erga te summi amoris et officii, in quibus est aureus maior et argenteus minimus Turcicus nummus, ut scias, quibus numismatibus illi utantur. Reliqua, ut revera sunt, puto apud te communia esse. Tu pro tuo candore et meo in te amore, sereno accipe vultu. Salutem dicito, meo nomine, omnibus Tigurine ecclesie sancti verbi Dei ministris et professoribus, nominatim vero his, quorum nomine tu me litteris tuis salutasti. Salutant te, qui mecum sunt, fratres, religionis christiane consortes et cooperarii mei in hoc publico munere, nominatim Matthias de Tholna, Sebastianus Kerekis, Emericus Paludii, Joannes Lysth Transylvanus, Felix Stainpergerus. Gratia et favor domini nostri Jesu Christi sit vobiscum, Amen. Vienne Austrie, 10. Octobris 1551.

Si per occasionem licebit, salutes meo nomine clarissimum virum, mihi amicissimum, Wolfgangum Musculum Dusanum, ecclesiae Bernensis in Helvetia verbi Dei preconem. Brevi, si Deo placebit, dabo ad eum quoque litteras.

Joannes Reyerthoy (!)
Ungarus, manu propria.

Kívül: Reverendo, religione pietateque et eruditione prestanti domino Henricho Bullingero, Tigurine ecclesiae in Helvetiis pastori vigilantissimo etc., domino et amico suo colendissimo et in Christo observandissimo. *Tiguri.*

Miscellanea Tigurina, 2. kiad. II., 195—199.

577.

Beszterczebánya, 1551 október 14.

Selmeczbánya biráját és tanácsát felhivja Konritz Kristóf a király nevében, hogy a kórház gyanánt használt kolostort jó karban tartsa, tatarozza és abban naponként «katholikus miséről» gondoskodjék. Erről jelentést is követel.

Ersame... Freunde... Die Ro. Kw. Maiestet unser allergnedigist Herr haben mir genadigest bevolhen, weil ir die Prediger-Closter bein Euch dieser zeit zu Armen-Spital gebrauchet unndt aber sein Kw. Maiestet bericht worden, das angeregts Closter demnach nichts daran gebessert wird, vast paufellig unnd eingehe, das ich auch derhalben von seiner Khn. Maiestet wegen auferlegen solle, die wonungen im Closter zw erhaltung der

armen leute wider zu pessern unnd zu pauen unnd die verordnung bei euch zuthuen, damit taglich in Closter die Catholische mess gelesen unnd die ordnung euers Spitals allermassen, wie hie im Neuem Soller Spitall ausser des täglichen almossen gehalten werde. Welchen der Kw. Maiestet Bevelch ir also gehorsamlich nach zu kommen werdet wissen, mich auch berichten, wie ir solchss verordennt, damit ich's seiner Khw. Maiester underthenig ist zu schreiben möge.... Datum Neuem Soll den XIIII. Octobris anno 1551.

Christoff von Konritz.

Kívül: Den... Richter und Rat der Künigolichn Pergkhstadt Schemnitz.

Eredetije *Selmeczbánya levéltárában:* Fasc. XXV.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

578.

1551 október 16. előtt.

Somogyi Albertnek, a néhai esztergomi érsek viczeudvarbirájának folyamodványa a királyhoz, hogy követelése kielégítése végett Szakolcza város bor- és gabonatizedét adja neki.

Sacratissima regia Maiestas, domine, domine clementissime.

Cum a sua innata clementia omnibus ferme servitoribus domini mei pie recordationis Pauli de Warda pro suis servitiis satisfacere dignata sit, ac cum ego eidem vita sua durante, quemadmodum consiliarii Maiestatis vestre sacratissime ac domini consiliarii camere sue Hungarice, quibuscum una eundem dominum meum serviverim, dominus Desewfy ac Sebastianus litteratus optime noverunt, quapropter supplicassem preterito anno Maiestati vestre sacratissime, ut cum omnibus aliis pro suis servitiis satisfactum esset, et mihi satisfieret, de qua re dum Maiestas vestra s. informationem per litteras suas a camerariis petiisset suis, ego frustratus essem ita servitii mee. (?)[1] Quare humillime supplico tanquam domino meo clementissimo, velit iam tandem post alios servitores domini mei me quoque ex beneplacito suo regio contentari, et quia pro servitiis meis fidelibus transacto proxime anno a Maiestate vestra s. vina ac frumentum petebam, dignetur

[1] Javításokkal és betoldásokkal elrontott, nehezen olvasható szavak.

decimam civitatis Zakolczensis tam vini, quam frumenti, que alioquin etiam exigua esse dicatur, mihi conferre, quia multa damna ac incomoda ab immanissimis Christiani nominis hostibus perpessus, quatuor sedibus ac curiis meis nobilitaribus eiectus ac pulsus in fidelitate erga s. Maiestatem vestram, nunc demum quintam domum propriis sumptibus in civitate Zakolcza emi, ut possem a mea imbecilitate gratia et munificentia sua me allevare ac deinceps ita satisfacto sevitii mei premio alacriori animo omnia servitia sua subire.

Kívül: Supplicatio humillima Alberti Somogy viceprovisoris quondam domini Strigoniensis.

Eredetije papiron, melyről az aláírás le van vágva. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 október 16. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

579.

Bécs, 1551 október 16.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Somogyi Albert kérése miatt Szakolcza város tizedének mennyiségéről tegyen jelentést.

Ut circa supplicationem inclusam, de quantitate et valore decimarum civitatis Zakolcza significet camera opinionem suam pro Alberto Somogy.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles dilecti. Ex presentibus nostris incluso fidelis nostri nobilis Alberti Somogy, alias viceprovisoris archiepiscopatus Strigoniensis supplici libello intelligetis, decimas frugum et vini civitatis Zakolcza, pro veteribus servitiis reverendissimo quondam Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi per eum exhibitis, per nos sibi dari petere. Quare fidelitati vestre committimus, ut de quantitate et valore ipsarum decimarum, quas petit, nos primo quoque tempore fideliter certiores facere debeatis, ut quid postea in hoc negotio nobis agendum sit, sciamus. Secus non facturi. Datum Vienne, decima sexta die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus — *Nicolaus Olahus,* e(piscopus) Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 155. lap. Közli: Iványi Béla.

580.

Bécs, 1551 október 16.

Fejértavi János magyar királyi kanczelláriai titkár érdemeit I. Ferdinánd király birtokadományozással jutalmazza.

Anno 1551. Vienne 16. Octobris bona egregii quondam Petri Magÿ per defectum seminis ad collationem regiam devoluta confert Joanni Feherthoy maioris cancellarie Hungarice secretario ob preclara merita, que in diversis contra Thurcam expeditionibus ac particularibus certaminibus cum sanguinis sui effusione ac tandem in cancellaria Hungarica certis annis fideliter exhibuit.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kézíratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 184.

581.

1551 október 16.

A pápa az e napon tartott consistoriumi ülésben kinyilatkoztatta, hogy Fráter György váradi püspöknek, a legújabban kinevezett bibornoknak egyik kamarása által megküldi a biboros birétumot és felhatalmazza, hogy azon biborosok példájára öltözködhessék, a kik azelőtt világi papok voltak, ez alatt azonban szerzetesi ruháját tartozzék viselni.

Papa in consistorio hac die habito declaravit, se fratri Georgio episcopo Varadiensi, novissime creato cardinali, per unum cubiculariorum suorum mittere biretum rubrum eique potestatem dare se induendi ad exemplum illorum cardinalium, qui antea presbyteri saeculares erant; sed sub isto vestem monachalem debet portare.

Kollányi Ferencz: Regesták a római és pármai levéltárakból, 51.

582.

Pádua, 1551 október 18.

Jósa dömés testvér segélyt kér tanulmánya folytatására Révay Ferencz nejétől, Paksy Annától.

Ez leveleth írta Frater Josa, zenthdomokos zerzethebely, Paduaba zenth lucacy Euangelista napjan, mikor irnanak Ezer ethzaz ethwen egy eztendebe.

Nagyságos Asszonyom! En vagyok az Frater Josa, kyth Janos es lerincz vramek levelekbe nagysaghodnak ayanlanak, az

te nagysaghod nehay zolghaianak takacy es kynyr syte[1] Simonnak fia, kynek feleseghe, Annos azzony sok eztendeyk zolgalta te Nagysaghodat mind kerezzekbe[2] mind zenth gyergyen... En is azon eztendebe Waradon az kerezzeghy baratthok feleve[3] lettem volth, holot egy nyhan eztendeyk hogy lakam, az iambor attyak tanolni bocyatanak olaz orzakba... En is ugyan azon varosba paduaba vagyok, ahol Reway vramek wannak tanolasnak helyen, de nagy zyksekbe, minth az vraymek es tudyak s nyncyen... kyhez az en arua feiemet fognom... legyen the nagysaghot seghytsegyl,[4] hogy ne fogyatkozzek megh kezdet tanolasom, had zolghalhassak Nagysaghodnak es az zighyn kereztyeneknek istennek igheyenek hyrdetesevel... anny kelcyeghet adhat te nagysaghot, ha nem toabba, cyak eztendeyk waloth... Toabba ertettem, hogy Andras vramath[5] be akarja Paduabe ty Nagysaktok kyldeny; warom azert w nagysaghat nagy eremel, minth en io reghy kegyelmes vramath.

Kívül: Ez level adassek az ngos Paxy Anna aszszonynak az ngos urnak Revay Ferencznek hivseges hazastarsanak.

A Révay-levéltárból Kisselmeczen másolta Ábel Jenő. Közölte már előbb Deák Farkas: Magyar hölgyek levelei, 1879, 16—18.

583.

Bécs, 1551 október 21.

I. Ferdinánd király Fráter Györgynek az esztergomi érsekséget igéri, ha a beglerbéget vagy tönkreteszi, vagy visszavonulásra kényszeríti.

Castaldo. Ferdinandus etc. Spectabilis et magnifice... Ut autem ipse Waradiensis, utpote cuius diligentem operam nobis in regni defensione magno usui magnoque commodo esse posse non dubitamus, ea in re omnem possibilem diligentiam et sedulitatem adhibeat, volumus, ut ei nomine nostro offeras et promittas, hac addita conditione, videlicet, si beglerbegus vel profligatus vel retrocedere coactus fuerit, quod nos tunc devotioni sue archiepiscopatum Strigoniensem cum omnibus redditibus eiusdem dabimus et conferemus et alioqui devotionem eius omni gratia et clementia nostra regia prosequemur, sicuti tu haec ei bene dicere et proponere scies... Datum Vienne, die 21. Octobris 1551.

Ex[pediatur].

Fogalmazat több ív papiron. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. Oct. 67.* Közli: Bunyitay Vincze.

[1] Kenyérsütő. [2] Keresszeg. [3] Felévé. [4] Segítségül. [5] Pestyeny András.

584.

Bécs, 1551 október 24.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség jövedelmeinek kezeléséről gondoskodjék.

Ut circa provisoratum archiepiscopatus consultetur et informetur debito modo Maiestas regia.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie, Croatie, Dalmatie etc. rex etc.

Reverendi, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum intelligimus fidelem nostrum egregium Michaelem Muthnoky propter adversam suam valetudinem per omnia imparem esse, curis et cursitationibus administrationis proventuum archiepiscopatus Strigoniensis eo, quod loca collectionis proventuum et arces etiam seu fortalitia dicti archiepiscopatus crebro perlustranda, providendaque necessaria, tum commeatus, tum solutionis equitum et peditum sint. Ac propterea ipsum Muthnoky frequenter tum litteris, tum nunciis sollicitare se etiam offerre, quibuscunque possit modis curaturum, ut proventus et colligantur et administrentur, modo designetur aliquis, qui eos in manus accipiat, rationemque super perceptis et erogatis, quam sibi inter tot curas difficilem esse ait, teneat. Nobis autem administratio dictorum proventuum haud levis, sed magni momenti esse videatur, idcirco vobis iniungimus plane et committimus, ut deliberato negotio, quonam pacto huic rei providendum, quam optime sit, nos de eo cum consilio et opinione vestra quamprimum informetis, presertim cum intertenendis ipsius Muthnoky equitibus, tum etiam alios magnos sumptus impendamus. Cum tamen ipsa administratio, ut supra diximus, non adeo bene provisa sit, nobis etiam minime consultum videatur, ut intertenendo rationistam plures sumptus eo nomine impendantur. Itaque hec bene et quamprimum curabitis. Executuri in eo nostram omnimodam et expressam voluntatem, Datum in civitate nostra Vienna, vigesima quarta die Octobris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., Hungarici XXV., Bohemici vero XXVI.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner
Melchior v. Hoberckh
Sigmar etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni episcopo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis Vaciensi episcopo ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 156 lap.

Közli: Iványi Béla.

585.

Bécs, 1551 október 25.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy a hadinép élelmezésének elhelyezése végett tárgyaljon a pozsonyi szerzetesházakkal.

Quod in monasterio et apud moniales Posonienses resciatur, in quibus locis victualia et quo numero reponi possent.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum ad necessitates et intertentionem gentium nostrarum in Hungaria magno commeatu indigeamus et procul dubio imposterum etiam magis indigebimus, statutum nobis est, ea in re in tempore bene providere. Indigemus autem hinc inde locis reservationis eiusmodi commeatus et victualium, de qua re inquisitione habita, etiam ad cives nostros Posonienses scripsimus, et quantum commeatus illic reservandum sit, intelleximus. Cum autem ultra ista in civitate Posoniensi monasteria sint et domus spiritualium, ubi non parum illarum necessitatum collocari possit, vobis iniungimus, ut inquisitione habita, cum istis monasticis et spiritualibus nomine nostro de reservandis victualibus in ipsorum monasteriis et domibus, quoad eius commodo et sine ipsorum maximo detrimento fieri possit, quamprimum tractetis; iniunximus autem camere nostre Austriace, ut aliquem Posonium mittat, qui ista omnia perlustret, quem etiam ea de re, ad requisitionem suam, postea informare poteritis et nos in hiis non tam, quid per vos expeditum, quam etiam quantum commeatus istis in monasteriis commode reservari possit, certiores reddere debetis.

Ceterum intelleximus, in quodam monasterio monialium illic in Posonio esse desolatas quasdam ruinas, satis ampli spatii, quo in loco non magnis impensis reservatio magni commeatus preparari posset, quare vobis committimus, inquisitione ea de re

habita, quibusve impensis eiusmodi locus preparari possit, cum istis monialibus ea de re tractetis et consilio vestro nos de expeditione, ut iam diximus, quamprimum necnon istum hominem, quem camera Austriaca sicuti prefatum est, mittet, certiores reddatis. Executuri in eo nostram expressam voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, XXV. Octobris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., Hungarici XXV., Bohemici vero XXVI.

Ferdinandus. Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breynner
Melchio(r) v. Hoberckh
Sigmar etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 151—152. lap. — Regesztáját közölte: Történelmi Tár, 1881. évf., 456.

Közli: Iványi Béla.

586.

Bécs, 1551 október 28.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Pápai András esztergomvári prépostnak a Rozsnyóbánya város jövedelméből évenként járó 30 aranyforintot fizesse ki és ne tartsa vissza.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. Fidelibus nostris reverendo Francisco Thurzo de Bethlenffalwa episcopo ecclesie Nittriensis ac prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri venerabilis magistri Andree de Papa prepositi sancti Steffani de arce Strigoniensi et canonici ecclesie cathedralis Strigoniensis, quomodo vos triginta aureos florenos, quos ipse exponens quotannis ex oppido archiepiscopatus Strigoniensis Rosnobanya vocato ad ecclesiam suam prefatam percipere consuevit, superiori ac presenti quoque anno percepissetis, neque eidem exponenti restituere voluissetis, aut velletis etiam in presentia; unde supplicatum est nobis pro parte eiusdem exponentis, ut suos sibi iustos proventus per vos reddi facere dignaremur. Cuius supplicatione clementer exaudita, fidelitatibus vestris harum serie firmiter committimus et mandamus, ut acceptis presentibus ac premissis sic se habentibus, prefatos

triginta aureos, tam superioris, quam presentis anni per vos exactos eidem exponenti et ecclesie sue reddere ac per eos, quorum interest, reddi ac restitui facere debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, vigesimo octavo die mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus.

Nicolaus Olahus
e(piscopus) Agriensis etc.

Papiron, alul papirral födött veres viaszpecséttel. *Országos Levéltár:* Eccles. Cameral. fasc. 60. Nro. 22.

Közli: Iványi Béla.

587.

Baka, 1551 október 30.

Vasdinyei Vas István pozsonyi alispán meghagyja Ganczházai Gancz Miklós pozsonyi szolgabirónak, hogy Gelétffy Mártát, az óbudai, most azonban Pozsonyban lakó apáczák apátnőjét, birtokfoglalásért, továbbá azért, mert révészei Kökényréwben Soós Györgynek két igavonó marháját Orvas Pál királyi jobbágy egyszerű panaszára lefoglalták, idézze meg.

Martha Geletfy abbatissa sanctimonialium de Veteri Buda, nunc Posonii degentium ob damna a suis subditis peracta ad sedem iudiciariam citatur.

Országos Levéltár: Mon. Poson. fasc. 10. Nro. 13.

Közli: Iványi Béla.

588.

1551 november 3. előtt.

Miklós nagyszombati plébános, mint András doktor árváinak gyámja folyamodik a királyhoz, hogy Várday Pál elhunyt esztergomi érsek tartozását az érsekség jövedelméből fizettesse ki az árváknak.

Sacra regia Maiestas, domine, domine et princeps clementissime.

In persona orphanorum condam Andree doctoris, rursum Maiestati vestre humillime supplicatur, quo Maiestas vestra ex sua in pauperes semper habita clementia, suas per preceptorias litteras egregio Michaëli Mwthnoky provisori archiepiscopatus Strigoniensis sonantes, committere dignaretur, ut restantia debiti olim domini Pauli archiepiscopi ex proventibus anni presentis iisdem orphanis Andree doctoris dissolveretur, nam dominus Vaciensis, aliis vestre Maiestatis negotiis modo occupatus, sic, prout Maiestas vestra alias suas per litteras ei mandaverat, hanc rem

determinare et restantiam debiti huius exolvere non potest. Benignissimum a Maiestate vestra expectatur responsum.

Sacre Maiestatis vestre

humilimus capellanus

Nicolaus

plebanus Tirnaviensis, in persona orphanorum condam Andree doctoris.

Kívül: Supplicatio Nicolai plebani Tirnaviensis, in persona heredum condam Andree doctoris petit, ut sua maiestas per alias suas litteras preceptorias egregio Michaeli Mwthnoky sonantes, restantiam debiti condam Pauli archiepiscopi orphanis Andree doctoris exolvendam committeret.

Papiron. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 november 3. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

589.

Bécs, 1551 november 3.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának és Muthnoky Mihálynak, az esztergomi érsekség udvarbirájának, hogy András doktor unokáinak követeléséről tárgyaljanak.

Ut cum nepotibus Andree doctoris agatur et tractetur de debitis, de quibus nondum esset satisfactum.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc., rex, semper augustus etc.

Reverendi, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Ex incluso nominibus orphanorum quondam Andree doctoris nobis porrecto supplici libello intelligetis de restantiis debiti reverendissimi quondam Pauli archiepiscopi Strigoniensis nondum eis per vos esse satisfactum. Quare fidelitati vestre committimus, quatinus cum ipsis orphanis agere et tractare debeatis, quo iidem ex parte vestri super dictis restantiis contenti esse possint. Secus non facturi. Datum Vienne, tertia mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*

e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendis, venerabili et egregiis Francisco Thurzo Nittriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis Waciensi episcopis,

superintendenti bonorum archiepiscopatus Strigoniensis, ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice necnon Michaeli Mwthnoky provisori eiusdem archiepiscopatus Strigoniensis etc., fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 153. lap.

Közli: Iványi Béla.

590.

Bécs, 1551 november 3.

I. Ferdinánd király Verancsics Antal esztergomi olvasó-kanonoknak a pornai cziszterczi rendű apátságot adományozza.

Nos Ferdinandus... Memorie commendamus..., quod nos attentis et consideratis vite et morum honestate aliisque laudabilibus probitatis et virtutum meritis fidelis nostri venerabilis Antonii Verantii lectoris et canonici ecclesie Strigoniensis, eundem tanquam personam idoneam et benemeritam ad abbatiam ecclesie beate Margarete de Porno ordinis Cisterciensis, per spontaneam et liberam cessionem et resignationem venerabilis magistri Petri Koczylytth eiusdem abbatie ultimi veri et legitimi possessoris de iure et de facto vacantem, auctoritate iurispatronatus nostri regalis duximus eligendum, nominandum et presentandum..., ita tamen, quod idem intra spatium temporis a canonibus institutum, habitum ordinis prefati suscipere, vel super ea re apostolicam dispensationem impetrare et ea, que ad divinum cultum in ipsa ecclesia rite peragendum pertinuerint, diligenter semper obire ac officio suo satisfacere teneatur, immo eligimus etc. Datum Vienne, die tertia mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus m. p.

Nicolaus Olahus
episcopus Agriensis etc. m. p.

Eredetije a *Nemzeti Múzeum* kézíratai között, 1542. fol. lat. — *Verancsics Antal:* Összes munkái, I. (Pest, 1857), 357—358.

591.

Bécs, 1551 november 4.

I. Ferdinánd király meghagyja a kamarának, hogy a galgóczi ferencz-rendi szerzeteseknek adjon valamit a gabona- és bortizedekből.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum nos venerabiles fratres ordinis sancti Francisci de observantia in Galgoth commorantes, pro tritico ac vino, ex decimis nobis illic cedentibus perquam humillime interpellaverint, ut haberent, unde se alere possent, committimus et mandamus vobis, quatenus prefatis fratribus ex dictis decimis aliquid vini ac tritici, prout vobis ipsis consultum esse videbitur, quamprimum dari et consignari curetis efficiatisque. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, quarta die mensis Novembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quinto, Boemici vero vigesimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner p. m.
Melicher von Hoberckh
per manu propria
Sigmar etc.
Bta Dunant etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 november 4.

Közli: Iványi Béla.

592.

Győr, 1551 november 7.

Győr vármegye közönsége «religiosarum dominarum monialium alias de Insula Leporum, nunc vero in claustro beati Joannis Baptiste prope Waradinum fundato degentium» kérelmére vizsgálatot tartat Bősi Amadé Lénárd

ellen, a fentnevezett apáczák egy bősi jobbágya ellen elkövetett hatalmaskodás tárgyában.

Országos Levéltár: Mon. Poson. fasc. 36. Nro. 2. — Ugyanilyen tárgyban, ugyanekkor kelt okl. Mon. Poson. fasc. 36. Nro 3., 4., 5. és 6.

Közli: Iványi Béla.

593.

Bécs, 1551 november 9.

I. Ferdinánd király a mizslyei prépostságot Logus György boroszlai prépostnak adományozza.

Nos Ferdinandus..., quod nos inducti vite et morum honestate aliisque laudabilibus probitatis et virtutum meritis fidelis nostri venerabilis Georgii Logi prepositi sancte Crucis Wratislaviensis, quibus eundem preditum esse comperimus, eidem tanquam persone idonee et benemerite preposituram Mislensem, per spontaneam et liberam cessionem et resignationem honorabilis quondam Gaspari Velii Ursini, eiusdem prepositure ultimi et veri possessoris olim manibus nostris factam, de iure et de facto vacantem, vigore iurispatronatus nostri regalis dandam et conferendam, ipsumque Georgium Logum ad preposituram ipsam nominandum... duximus etc. Datum Vienne, nona die Novembris 1551.

Kovachich: Formulae solennes styli in cancellaria etc. regni Hungariae olim usitati, (Pesthini, MDCCXCIX), pag. XL, nro. 20. — A forrást, melyből vette, így nevezi meg: Codex MS. bibliothecae caes. Vindob. iur. civ. lat. nro. 156. fol. Ennek a czíme pedig: «Stilus Cancellariae Hungaricae per Sebastianum Listhium Cibiniensem sub reverendissimo in Christo patre Nicolao Olaho archiepiscopo Strigoniensi locique eiusdem comite cancellario, secretario vero ac conservatore egregio domino Joanne Listhio, Wiennae feliciter inchoatus A. D. 1553».

594.

Bécs, 1551 november 10.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség tizedeit szedesse össze.

Ut decime archiepiscopatus excutiantur et ad loca certa comportentur et collocentur.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum antea

a nobis intellexeritis, necessitatem postulare, ut ad futuros usus, de magno et sufficienti numero commeatus ac victualium prospiciatur, idque sane in tempore, sicuti etiam hactenus ea in re nihil plane pretermisimus, sciamus autem in comitatibus regni nostri Hungarie plurimum esse frugum et commeatus, illicque victualia facilius, quam alibi atque etiam commodius comparari et reservari posse, mandamus et precipimus vobis decimatoribus nostris, quanto fieri potest, citius et quidem serio iniungatis, ut omnes decimas in comitatibus Posoniensi et Comaromiensi necnon districtu Zakolcza, Wyhel, Czeythe, Baymocz, Thapolczan, Paztho, Ludan aliisque locis, oppidis ac villis adhuc in straminibus existentes et ad archiepiscopatum Strigoniensem pertinentes statim et sine omni mora ac dilatione excuti faciant, ac posteaquam excusse fuerint eiusmodi decime, eas, que prope Posonium sunt, illuc Posonium, que vero infra Posonium sunt, ad Comaron, reliquas vero suppra Galgocz et Sempthe, hoc est in comitatu Nittriensi existentes in eadem duo loca perferri et deduci curetis. Nostram in eo expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, decima die mensis Novembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., Hungarici XXV., Bohemici vero XXVI.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Erasmus v. Gera
Sigmar etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 164. lap.

Közli: Iványi Béla.

595.

Bécs, 1551 november 10.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Mossóczy László kamarai tisztviselőnek az esztergomi érsekség terméséből a kamarai tisztviselőknek kiutalt járandóság megfelelő részét adja ki.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Cum nos nuper clementer concesserimus, uti scribis camere nostre Hungarice vestre administrationis, unicuique scilicet illorum una hac vice in subsidium sustentationis eorum viginti urne vini et totidem mensure tritici ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis

darentur; intelligamus autem fideli nostro Ladislao Mossoczy, rationiste eiusdem camere, nihil eo nomine datum esse, mandamus et committimus vobis, quatenus eidem rationiste totidem urnas vini ac mensuras tritici, sicuti aliis predictis scribis, ex eisdem proventibus consignari curetis efficiatisque. Nostram in eo expressam executuri voluntatem. Datum in civitate nostra Vienna, decima die mensis Novembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani XXI., Hungarici XXV., Boemici vero XXVI.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Melicher von Hoberckh
per manu propria
Erasmus von Gera etc.
Sigmar etc.
Bta Dunant etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiroson, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 november 10.

Közli: Iványi Béla.

596.

Bártfa, 1551 november 21.

Stöckel Lénárt levele Melanchthon Fülöphöz, a kit értesít, hogy továbbra is Bártfán marad és nem költözik át Boroszlóba. Úgy látszik, odajövetelét a város tanácsa nem óhajtotta komolyan.

S. D. Preter meam ipsius opinionem accidit, carissime preceptor, quod etiam nunc ex eodem loco, quo antea, litteras ad te mitto. Sperabam enim, cum tuam sententiam cognovissem, nihil amplius in mora futurum esse, quin hinc ad Vratislanienses conferrem. Ita enim ab illis receperam. Sed nescio, quomodo ipsimet sibi sunt in mora. De qua cogitanti mihi illud in mentem venit: Quid? Credebas dormienti hec tibi confecturos deos? Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum? Omnino, quantum ego intelligere potui, senatus urbis in hanc venationem invitus descendit, cum Ambrosius Moibanus et Andreas Vinclerus multum institissent. Estque id actum, ut ego, intellecta illorum voluntate, a me non aliena, ultro accurrerem, impulsus et

periculis nostrarum regionum mearumque rerum augustia et commodis, que ex ampliore conditione ostendebantur. Hec ut cogitarem, multis quidem rationibus sum adductus, illa vero imprimis, quod littere senatus Vratislaviensis cum litteris Moibani et Vincleri non congruebant. Cum enim mei cives orassent, ut ab incepto suo desisterent Vratislavienses, ita rescripserunt, ut satis ostenderent, se nullo in discrimine habituros esse, sive venirem, sive manerem. Ex eo tempore iam toti tres menses abiere, neque quidquam mecum est actum amplius. Ego ita mihi sum conscius, ut sciam nihil me officio meo egressum esse. Addidi et ardentem atque assiduam invocationem, quam tibi quoque usitatam esse scripsisti:

> συμβούλην ἀγαθὴν καὶ ἀφορμὴν εὐτυχίαν τε
> συμβουλεύτα, ἐμοὶ δὸς, πατρὸς ἀϊδίου·

Cetera, que non sunt officii mei, si minus responderint, equi bonique consulam meque bona Dei voluntate consolabor. Tibi vero, carissime preceptor, ago gratias pro tua incredibili benevolentia, quam semper quidem, nunc vero imprimis expertus sum in difficili admodum deliberatione. Neque enim homini verecundo ac sollicito de voluntate Dei facile est τὴν σπάρτην, ἣν ἂν ἔλαχε, μεταβάλλειν. Denique tu optime nosti, quantum mali sit in levitate καὶ πολυπραγμοσύνη, presertim quod ad nostrum attinet ordinem. Maius certe, quam dici potest, desiderium mihi iniecerunt littere tue eius loci, qui preter cetera et vobis, quibus nihil habeo carius, propinquior est, et ab humanitate cultior, sed frustra desidero, εἰ μὴ δοίη θεὸς, ὃς πάντα τελευτᾷ.

Si quid de rebus Pannonie scire cupis, amisimus aliquot castella ad Tibiscum sita, inchoata oppugnatione a confluenti Danubii et Tibisci hoc consilio, ut hostis sibi redderet opportuna omnia ad occupandam Saxonum coloniam, quod unicum adhuc habemus Pannonie nostre propugnaculum. Sed a precipuis tandem locis repulsi sunt Turci et servata Transylvania, que cum a clade regis Ludovici et occupatione Bude semper fuerit tributaria Turcis, nunc tamen, postquam gubernatores eius provincie dissidere cepissent, venit in potestatem Ferdinandi opera eius factionis, que fuit potentior, nescio quomodo cessantibus Turcis, preter suam consuetudinem. Audimus, aliquot secundis preliis nostros homines cum eis congressos esse. Neque tamen minuuntur ecclesie Dei pericula, sed augentur, quemadmodum intelliges ex hac epistola, quam tibi mitto scriptam ad me a pastore Colossensi

ex Transylvania.[1] Bene vale, carissime preceptor, tibi, ecclesie et mihi. Bartphe, XXI. Novembris, anno MDLI.

Leonardus Stöckel.

Cum epistolam forte ad obsignandum iam composuissem, allate sunt mihi istinc littere a quodam nostrorum iuvenum, quas non potui sive magna animi perturbatione legere, περὶ ἀνοσίου ἀνδρὸς,[2] qui cum ipso scelere coniungit etiam tunc furorem, quod non potuit tempore incommodiore turbare ecclesiam Dei et Spiritum Sanctum in ea habitantem. Imprimis vero tuam vicem doleo, qui in ipsa acie contra hec portenta collocatus es. Sed vincet veritas etiam portas inferorum, in nobis humilibus contra superbos.

Kívül : Clarissimo viro, domino Philippo Melanthoni, suo carissimo et optime merito preceptori.

Eredetije *Landeshutban* a *Wallenberg-Fenderlin-féle* könyvtárban: Hs. 1., 2., p. 457. — Közölte: *Bauch Gusztáv,* Történelmi Tár, 1885. évf., 539—540.

597.

Somorja, 1551 november 23.

Vasdinyei Vas István pozsonyi alispán Ganczházai Gancz Miklós pozsonymegyei szolgabirónak Sági Imre pozsonyvári udvarbiró kérelmére meghagyja, hogy Gelétffy Mártát, az óbudai, most azonban Pozsonyban lakó apáczák apátnőjét bizonyos vetések sérelmes és jogtalan learatása miatt idézze meg.

Martha Geletfy abbatissa sanctimonialium de Veteri Buda, nunc Posonii degentium ob messem per suos subditos defalcatam citatur.

Országos Levéltár: Mon. Poson. fasc. 15. Nro. 13.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

598.

Gyulafehérvár, 1551 deczember 8.

Verancsics Antal pappá szenteltetésének bizonyítványa.

Nos capitulum ecclesie Albensis Transilvane memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos ad legittimam litteratoriam petitionem reverendi domini Antonii Wrantii, alias prepositi et concanonici nostri, ipsum ad sacros clericorum ordines usque ad gradum presbiteratus

[1] Ezen levél nem maradt ránk.

[2] Osiander Andreas.

inclusive in hac ecclesia nostra cathedrali predicta, per reverendissimum in Christo patrem quondam dominum Joannem de Felwyncz episcopum Filiopolitanensem, canonicum et suffraganeum huius ecclesiae nostre, annis superioribus promotum et ordinatum fuisse testamur, super cuius ordinatione et promotione patentes litteras nostras, sigillo nostro consignatas, eidem domino Antonio Wrantio iuris sui uberiorem ad cautelam duximus concedendas, communi iustitia et equitate suadente. Datum feria tertia in festo conceptionis beatissime virginis Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Eredetije a *Nemzeti Múzeum* kézíratai között: 1281. fol. lat. — *Verancsics Antal:* Összes munkái, I. (Pest, 1857), 359.

599.

Bécs, 1551 deczember 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Malatesta Frigyes királyi titkárnak az esztergomi érsekség pozsonymegyei terméséből meghatározott mennyiségű bort és gabonát szolgáltasson be Bécsbe.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi et egregii fideles dilecti. Cum nos certis maximisque de causis certum subsidium ad presens fideli nostro egregio Frederico Malateste secretario nostro pro sustentatione familie sue in vino et tritico clementer obtulerimus, fidelitatibus vestris harum serie firmiter committimus et mandamus, ut quinquaginta urnas vini ex vinis, que in comitatu Posoniensi ad archiepiscopatum Strigoniensem hoc anno provenerunt, et centum insuper quartalia Posoniensia tritici similiter anni presentis, iam triturati in locis Posonio vicinioribus, prefato Frederico Malateste vel homini suo, qui vos cum presentibus requisiverit, dare et assignare ac per colonos archiepiscopatus, Posonio similiter viciniores, qui alioqui per integrum annum archiepiscopo Strigoniensi Posonii commoranti diversa ac fere continua servitia exhibere consueverunt, per vices huc Viennam, sine ulla vecture solutione advehi facere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Datum in civitate nostra Vienna, nona die mensis Decembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum

Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quinto, Boemici vigesimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philipp Breyner p. m.
Erasmus von Gera mp.
Sigmar etc.
Bta Dunant.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 decz. 9.

Közli: Iványi Béla.

600.

Bécs, 1551 deczember 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy az esztergomi érsekség tizedjövedelméről jelentést tegyen.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis ac egregii fideles dilecti. Etsi vobis antea de decima die elapsi mensis Novembris clementer iniunxerimus, decimatoribus nostris serio iniungeretis, ut omnes decimas ad archiepiscopatum Strigoniensem pertinentes sine omni mora ac dilatione excuti faciant, atque ad ea per nos vobis expressa loca perferri et deduci curaretis, tamen necessitas nostra omni modo postulat, de huiusmodi commeatus ac victualium summa certam informationem habere. Quocirca iniungimus et committimus vobis, de ea summa celeriter inquiratis et nos postmodum informetis. Executuri in eam expressam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, nona die Decembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quinto, Boemici vero vigesimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philipp Breyner p. m.
Erasmus von Gera mp.
Adler etc.

Kívül: Reverendo, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecséttel. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 deczember 9.

Közli: Iványi Béla.

601.

Bécs, 1551 deczember 9.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Somogyi Albert, Várday Pál elhunyt esztergomi érsek viczeudvarbirája követelését elégítse ki.

Quod Albertus Somogy de servitiis more aliorum viceprovisorum archiepiscopatus Strigoniensis contentetur de proventibus archiepiscopatus eiusdem.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Quum intelligamus egregium Albertum Somogy alias viceprovisorem Strigoniensem nullam conventionem de suo salario cum reverendissimo in Christo patre, quondam domino Paulo de Warda archiepiscopo Strigoniensi etc. habuisse, sed verbis tantum illum ei pollicitum fuisse, quod postquam probe et fideliter serviret, eum omnino contentaret, cuius morte sequuta, nihil ei nec eo vivente, nec mortuo datum fuisset. Cum autem idem Albertus nobis quoque servire possit, fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatinus eum veluti unum ex viceprovisoribus, qui ante eum eo officio functi sunt, de salario suo ex proventibus archiepiscopatus contentare debeatis et teneamini, secus non facturi. Datum Vienne, nona die Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 171. lap.

Közli: Iványi Béla.

602.

Jászó, 1551 deczember 10.

A jászai konvent előtt Illés és Péter gönczi pálosok tiltakoznak az ellen, hogy Kornis Lajos és János, továbbá Fanchaly Zsófia a Hernádon levő vizimalomnak és egy rétnek őket illető részét elfoglalták.

Nos Frater Georgius Olyas prepositus et conventus ecclesie beati Joannis Baptiste de Jasow memorie commendamus per presentes, quod venerabiles fratres Helyas prior ac Petrus ordinis sancti Pauli primi heremite in claustro beate Margarethe[1] virginis et martyris prope oppidum Gewnch fundato degentes personaliter in eorum reliquorumque fratrum, totius utpote conventus monasterii predicti nominibus et personis nostram venientes in presentiam, per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curarunt in hunc modum: quomodo superioribus retroactis temporibus egregius Joannes et Ludovicus Kornys de Rwzka et generosa domina Sophia Fanchaly, relicta egregii quondam Georgii similiter Kornys de prefata Rwzka sumpta sibi in perniciem animarum suarum dictis fratribus protestantibus nocendi et preiudicandi occasione, directam et equalem medietatem cuiusdam molendini duarum rotarum in fluvio Hernad, intra metas possessionis Rwzka predicte in comitatu Abawywariensi decurrente, portionem utpote egregii quondam Nicolai Kornys in eodem molendino habitam, necnon pratum quoddam, seu fenetum Barathlaz vocatum, intra metas dicte possessionis Rwzka existens, ipsos fratres protestantes optimo et efficaci iure concernentia per potentiam pro seipsis occupassent et potestati (!) eorundem applicassent, occupataque tenerent etiam modo; quod equidem molendinum prenotatum prefati Joannes et Ludovicus Kornys necnon domina Sophia Fanchaly primum ad extremam devastationem per eorundem studiosam incuriam corruere passi fuissent; in presentiarum autem palliatis (?) quibusdam coloribus excogitatis, ipsum dictum molendinum de novo reedificare et extrui facere et per hoc prenarratam dimidiam partem molendini iuri eorundem appropriore et a prefatis protestantibus alienare pretenderent in grave preiudicium ipsorum protestantium damnumque mani-

[1] De e név kitörülve s feléje más, de egykorú kéztől írva: Katherine.

festum. Facta igitur coram nobis huiusmodi protestatione prefati fratres Helias et Petrus in suis ac quorum supra nominibus, memoratos Joannem et Ludovicum Kornys ac dominam Sophiam Fanchaly ab huiusmodi indebita detentione, conservatione, occupatione, usurpatione, reedificatione et extrui factione ac quocunque sub pretextu ab ipsis protestantibus alienatione dicte medietatis molendini et prati prenotatorum usuque fructuum et quarumlibet utilitatum eorundem perceptione seu percipi factione factis vel qualitercunque fiendis [inhibuerunt coram nobis] publice et manifeste [harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante]. Datum feria 5. post[festum] conceptionis Marie 1551.

Papir, egyszerű fogalmazat. — *Jászai országos levéltár: PP. 52.*

Közli: Bunyitay Vincze.

603.

Bécs, 1551 deczember 11.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Istvánffy Pál királyi tanácsosnak és családjának az esztergomi érsekség javadalmából nyujtson segítséget.

De hospitio in domo archiepiscopatus de palatinatu Wayka et Leel, concedendo domino Paulo Isthwanffy etc.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverendi et egregii fideles nobis dilecti. Supplicavit nobis et antea et proxime fidelis noster[1] egregius Paulus Isthwanffy consiliarius noster, ut quoniam patriis bonis eiectus, nusquam certum aut tutum locum habet, ubi manere et familiam suam calamitosis his temporibus possit conservare, in edibus archiepiscopatus Strigoniensis, istic Posonii existentibus locum mansionis aliquem sibi et familie concedere atque insuper pro subsidio aliquo ad eiusdem familie suique ipsius sustentationem, medietatem officii palatinatus nobilium predialium eiusdem archiepiscopatus sedium Wayka et Leel ad tempus conferre gratiose dignaremur. Quod igitur ad habitationem ei in edibus predictis concedendam attinet, committimus vobis, ut aliquam earundem

[1] Ez a két szó az eredetiben kétszer van írva.

archiepiscopatus edium partem ipsi Isthwanffy omnino assignari facere debeatis, ubi idem cum sua familia commode possit permanere. Quod vero spectat ad officium palatinatus, volumus, ut medietatem officii illius ipsi, non expectato ulteriori mandato nostro, dare debeatis, ut ex eo aliquantulum se sustentare possit. Secus ne feceritis. Datum Vienne, die undecima Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus* e(piscopus) Agriensis etc.

Kívül: Reverendis et egregiis Augustino de Sbardellatis Vaciensis ac Francisco Thurzo Nittriensis ecclesiarum episcopis, prefecto ceterisque consiliariis camere nostre Hungarice, fidelibus nobis dilectis.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 177. lap.

Közli: IVÁNYI BÉLA.

604.

1551 deczember 14. előtt.

Zsófiának, néhai Benedek asztalosmester özvegyének folyamodványa a királyhoz, hogy az esztergomi érsekség jövedelméből utaltassa ki ura után követelt járandóságát.

Sacratissima regia Maiestas et domine, domine clementissime, una cum omnium oppressorum adiutore.

Omnibus fidelibus servitoribus reverendissimi quondam pie memorie domini archiepiscopi Strigoniensis palam est, sex annis continuis meum maritum charissimum mortuum Benedictum magistrum mensiparem fideliter servivisse in illa arte mensipare, conventio vero eiusdem mei mariti cum domino archiepiscopo prefato singulis mensibus florenis quinque Hungaricis extitit, hyemaly et estivali veste insuper danda; ex tot annorum fideli servitio nihil preter fl. viginti extorquere potuerimus, supplico vestre sacratissime Maiestati, dignetur clementer sua gratia adiuvare in hac, ut fiam persoluta; nam reverendis et egregiis fidelibus vestre Maiestatis do. camerariis Hungaricis satis supplicavi et nunquam v. sacr. Maiestatem in hac re molestassem, sed semper negotium hoc solutionis distulerunt. Ad clementem gratiam vestre sacr. Maiestatis supplex igitur supplico vestre Maiestati sacr., dignetur ex sua clementia iuvare, ita viduam exhaustam. Et nunc

impignorata veste mea veni supplicatum ad refugium v. sacr. M. Deus servet v. s. Maiestatem.

V. s. Maiestatis

humilis ancilla
Sophia
consors magistri quondam Benedicti
mensiparis.

Kívül: Supplicatio humillima vidue Sophie consortis quondam Benedicti magistri mensiparis servitoris reverendissimi domini archiepiscopi pie memorie.

Supplicatur v. sacr. Maiestati, sacr. vestra Maiestas dignetur perlegere.

Papiron. *Országos Levéltár*: Ben. Resol. 1551 decz. 14. melléklete.

Közli: Iványi Béla.

605.

Bécs, 1551 deczember 14.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Puechaim Farkasnak Ipolyság megerősítéséért az esztergomi érsekség jövedelméből fizessen.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie ac Boemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabiles ac egregii fideles dilecti. Cum nos magnifico fideli nobis dilecto Wolffgango a Puechaim etc. clementer iniunxerimus, oppidum Schag ante invasionem hostium ad meliorem subditorum nostrorum tutelam munire et fossam ibi dilatare et amplificare, iniungimus et committimus vobis, quo ad perficiendum opus illud ex proventibus archiepiscopatus Strigoniensis subsidium aliquod in paratis pecuniis subministretis, ut eo celerius perfici possit. Executuri in eo clementem voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, decima qnarta die Decembris, anno etc. quinquagesimo primo, regnorum nostrorum Romani vigesimo primo, Hungarici vigesimo quinto, Boemici vero vigesimo sexto.

Ferdinandus.

Ad mandatum domini regis proprium
Philippus Breyner p. m.
Erasmus von Gera etc.
Adler etc.

Kívül: Reverendis, venerabili ac egregiis Francisco Thurzoni de Bethlehenfalwa episcopo Nitriensi, prefecto, Augustino de Sbardelatis episcopo Vaciensi ceterisque camere nostre Hungarice consiliariis, fidelibus nobis dilectis.

Papiron, zárópecsétje elveszett. *Országos Levéltár:* Ben. Resol. 1551 decz. 14.

Közli: Iványi Béla.

606.

Bécs, 1551 deczember 14.

I. Ferdinánd király meghagyja a magyar királyi udvari kamarának, hogy Benedek asztalos özvegye követelésének jogosultságát Várday Pál elhunyt esztergomi érsekkel szemben vizsgálja meg.

Ut debita servitiorum magistri Benedicti mensiparis apud quondam Strigoniensem, que fuerint, cognoscantur, et informetur sua Maiestas.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex, semper augustus etc.

Reverende, venerabilis et egregii fideles nobis dilecti. Ex supplicatione inclusa potestis intelligere, de quibus rebus honesta mulier Sophia consors quondam circumspecti Benedicti mensatoris, civis civitatis nostre Posoniensis supplicet. Quare cum iustum sit unicuique, pro labore et opera locata satisfieri et insuper oppressis auxilio esse, ideo fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, ut totum hunc computum et rationes omnes quondam circumspecti Benedicti mensatoris cognoscatis atque sine longa dilatione desuper nos informetis, secus non facturi. Datum Vienne, decima quarta die Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo.

Ferdinandus. *Nicolaus Olahus*
e(piscopus) Agriensis etc.

Országos Levéltár: Ben. Resol., III. kötet, 192. lap.

Közli: Iványi Béla.

607.

Pozsony, 1551 deczember 14.

Desewffy János kéri az esztergomi káptalant, hogy Bécsben tanuló testvére számára adják ki az őt javadalma után ez évre megillető jövedelmet.

Reverendi et venerabiles domini et amici observandi, salutem et mei commendationem. Frater meus, qui Vienne studiis incumbit, scribit mihi pro ordinandis expensis sibi. Cum autem a dominationibus vestris reverendis et venerabilibus per totum istum annum nihil ad rationem beneficii sui perceperit, rogo eosdem plurimum, velint summam sibi cedentem pro isto anno assignare manibus egregii domini Thome Francisci, qui mihi deinde huc remittere curabit. Quod reverendas et venerabiles dominationes vestras propter amicitiam facturas omnino mihi persuadeo. Quas foeliciter (!) valere opto. Datum Posonii, die 14. mensis Decembris 1551.

Earundem reverendarum dominationum vestrarum deditissimus

Joannes Desewffy.

Eredetije az *esztergomi káptalan magánlevéltárában:* capsa 17. f. 2. Nro. 18.

Közli: KARÁCSONYI JÁNOS.

608.

Bécs, 1551 deczember 14.

I. Ferdinánd király Oláh Miklós egri püspök és kanczellár hozzátartozóit birtokadományozással tünteti ki.

Anno Domini 1551. Vienne 14. Decembris rex Ferdinandus Thome Olah de Zazwaros ac Balthasari Goszthony cubiculario reverendissimi domini Nicolai Olahi episcopi Agriensis et cancellari donat universa bona in comitatu Orodiensi et aliis quibuscunque Valentini Tiszteban, ex eo, quod spreta fide et religione christiana, superioribus diebus Thurcis christiani nominis hostibus adhesisset indeque contra christianos bellasset.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kézíratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 182.

609.

Szászsebes, 1551 deczember 17.

Castaldo János Nádasdy Tamásnak jelenti Fráter György bibornok váradi püspök halálát.

Spectabilis et magnifice. Placuit omnipotenti Deo, illustrissimum dominum cardinalem Varadiensem felicis recordationis ad aliam vitam ducere morte quadam repentina. Scribo domino Bathory, ut illico possessionem huius regni nomine regie Maiestatis ad accipiendum veniat. Propterea, si littere iste Dominationem Vestram spectabilem et magnificam in itinere reperiunt, illico ad nos veniet, si etiam ad domum suam pervenisset, idem faciet. Nam novit, quantum servitio regie Maiestatis, domini nostri clementissimi conveniat. Magnificos dominos Franciscum Ronay et Paulum Banck hic mecum habeo, devotissimos regie Maiestati. Eandem bene valere opto. Ex Zazsebes, die 17. Decembris 1551.

D. V. S. et M.

uti frater

Joannes Baptista Castaldus.

Marcus Antonius, primus inter omnes pugione in gutture bis trafixit reverendissimum. Ipse Marcus commendat servitia sua humiliter Dominationi Vestre spectabili et magnifice.

Pray G.: Epistolae procerum regni Hungariae, II. (Posonii, 1806), 317—318.

610.

1551 deczember 17.

Egykorú feljegyzés Fráter György meggyilkolásáról.

Sed tanta erat ab omnibus indignatio in Georgium orta, ut duces in eius necem consenserint, et ad Ferdinandum retulerint, qui Mercadum Hispanum regii aucupii prefectum, vetustissimum alumnum et eo fidissimum, cum mandatis celerrime ablegavit; non ergo differendum arbitrabantur, sed per cursores tempus atque modum querebant. Melchior Balassa tanti rem facinoris ultro sibi demandari petebat, et in ipso ponte civitatis rem patrandam ac civitatem occupandam censebat, homo, quem exsulem ille ac profugum ab Ferdinando spoliatum omnibus fortunis non receperat modo, sed auxerat atque ornaverat omnibus

fortune atque dignitatis honoribus. Consilium tamen, quia periculosum erat, cum ille longe maioribus copiis fulciebatur, in opportuniorem occasionem est translatum. Rati dissoluto exercitu in itinere per solitudinem aliquam negotium posse confici. Fuerunt ex familiaribus, qui admonerent; quibus ipse contra Caroli quinti imperatoris, Ferdinandi ac pontificis maximi diplomata ac promissa obiiciebat, ac malum sibi ipsis committi, qui res Turcicas nondum cognovissent, disserebat: utinam inquiens semel tantum colloquium cum Ferdinando inirem; non in aliquot vilium mancipiorum capitibus multum situm esse, quorum multa millia Solymanus haberet, sed Budam se et Ungariam spectare, eius se consilia atque rationes recuperande cogitare. — In itinere cum Castaldo una iter faciebat in vehiculo; patrandum facinus placebat; sed cum semper principes víros secum haberet, non potuit; solum occidi placebat. Cum autem Georgius ad calend. Januarias ex ipso itinere comitia omnibus ordinibus indixisset, ante illum diem Castaldus perpetrande rei quamvis occasionem querebat. Jam in castellum Georgii Alvincium perventum erat, melioresque habitationes Castaldo hospitium dederat, ipse proxima cubicula sibi desumserat; namque illum in summa veneratione habitum, cultu tamquam supra se observabat, potentiam sibi retinebat. Nec deerant convivia et omnia letitie signa, inter que Gregorius Truppay, nobili quidem genere et miles olim, sed in caput accepto vulnere et leso ac turbato cerebro facetissimus atque Budensis aliarumque expeditionum comes, ab omnibus vehementer amatus et Georgio carus, quem fratrem vocitabat, preter solitum in pietatem et miserationem flexus, audacter hortatus: Cave, inquit, mi frater tibi ab Italis barbatis, qui sicas in tuam necem deferunt, sive id a se fatidico spiritu, sive ab alio doctus monuit. Quem increpatum in carcerem abduci iussit. Et accidit, ut tertio die, quam dixerat, interficeretur. Cum Georgius nuncium Julii pontificis rubrum galerum, insignia cardinalitie dignitatis ferentem paucos ante dies habuisset et insequenti die accepturus esset: XVI. Calend. Januar. exercitus et pretorie cohortes precessere, equitum ala, amicorum atque familiarium omnes et grex aulicorum; ipse cum solitis curando corpori ministris mox secuturus. Castaldus suis copiis, ut parati essent, sed ne iniussu suo moverent, iusserat. Per eos dies, quibus Vincii erant, ad Ferdinandum nuncium remitti et litteras dari communi nomine placebat; quibus in scribendis Castaldus studio moram trahebat, sua qua occasio se aliqua offerret. Ergo Marcum Antonium secre-

tarium cum litteris paulo ante se premittit, qui litteras legendas Georgio porrigeret et inter legendum pugione percuteret, sese cum aliis in tempore affuturum. Marcus Antonius mandatum, ita, ut iussum est, exsequitur; ac statim ipse quoque cum Sforzia Pallavicino et Mercado irrumpunt, atque Georgium duorum sclopetorum glandibus, vulneribus autem quinque et sexaginta interfecerunt. Cum primum Marcus Antonius intravit, in lectulo preces matutinas orabat, et accepto vulnere arreptoque illo, quid facis? inquit; cum ceteri ferirent: quid enim mali feci? sepius iteravit. Franciscum Vas nobilem adolescentem, adnitentem pro domino, septem plagis feriere; simul dispositis antea militibus castellum occupavere, direptis et in predam conversis, que reperiebantur. Mercadus ut nobilius facinus ederet, et suam operam viriliter navatam aliquo signo testaretur, an quia iussus erat, aurem dextram discissam per postas ad Ferdinandum tulit, ac vespertinas preces solemni quadam die audienti presentavit.[1]

G. Forgách F.: Magyar históriája 1540—1572. [M. tört. emlékek, II. oszt. XVI.] (Pest, 1866), 24—27.

[1] Fráter György meggyilkolásáról egykorú olasz írónak feljegyzését őrzi a bécsi könyvtár 908. sz. kézírata, a melynek másolata a *budapesti egyetemi könyvtár kézírattárában: Theca II. 51—58.* jelzet alatt található. Innen közöljük a következőket:

... Nel principio di quella notte insorse un vento con pioggia, folgori et tempestà tanto terribile, che parea, che tutto 'l mondo, non che quel castello andasse in precipitio, e durò quel tempo fino alla mattina, che fu a XVII. di Decembre, ne la quale dovendosi così 'l Frate, com' il Castaldo partire, fu aperto il castello (Alvincz) molto più per tempo et con minor guardia del solito. Onde entrate, che fur le genti al effetto deputate e data la cura ad alcuni di far' alzare il ponte del castello e non lasciar, che i soldati della guardia, ch' erano pochi, potessero far difesa, ne streppito, Sforza Pallavicino con i dei segretarii et alcuni altri andarono alla camera del Frate, il quale essendosi fatto aprir l'uscio, li trovò stare scalzo presso al fuoco, con la candela accesa, non essendo anchor ben chiaro. Marcantonio allhora se gli accostò e fingendo dirgli, che l'signor Sforza volea licentiarsi da lui, lo percosse col pugnale nel petto, egli subito dandogli delle mani nel stomaco lo respinse indietro, dicendo: O Domine! quare hoc mihi — — — con alcune altre parole. Alle quali il signor Sforza havendo posta mano alla spada, rispose con una gran cortellata, che li diede in testa, la qual' il fece vacillare, el essendogli nel medesimo instante sparate due archibusate addosso cadde a terra, dove sopragiunto da infinite altre ferite, dolendosi anzi ruggendo in certo rabbioso et horribil modo rese il spirito, havendo visto (deest) anni.

Il suo corpo giacque nel medesimo castello et luogo, dove fu morto, per molti giorni, fin che per ordine del re fu sepolto solennemente nella chiesa episcopale di Albagiulia...

611.

Pozsony, 1551 deczember 22.

A pozsonyi káptalan előtt Dalmadi Sebestyén úgy a keresztes lovagrend, mint a vránai perjel nevében tiltakozik a szerzet birtokainak bármi okból és bárki által való elfoglalása ellen.

Quod venerabilis Sebastianus de Dalmadh, quondam conventus Cruciferorum de Alba, nunc vero Sopronìensis preceptor coram nobis personaliter constitutus pro sua et conventus eiusdem ac prioris Auranee personis et nominibus per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum: quod castra, oppida, villas, possessiones, portiones, predia, allodia aliaque iura prioratus Auranee et conventus ecclesiarumque Cruciferorum, utputa Albensis, Strigoniensis, Jauriensis, Soproniensis aliarumque ubique in hoc regno Hungarie et aliis regnis et provinciis dicto regno Hungarie subiectis, signanter autem castrum Chorgo et castellum Zentlewryncz cum oppidis et villis aliisque iuribus ad eadem pertinentibus in Simigiensi et Baraniensi; item possessiones et portiones Balwanyos, Lulya, Zewles Megyer in prefato Simigiensi, Fadh, Halazy, Warasdh, Gyanth Tholnensi, Thymar, Dobos, Zenth Borbara, Felsewchwth, Aba vocatas, allodium Barcz, promonthorium Izka Albensi comitatibus existentes habitas; castra et castella Petrocz, Chakocz, Bosako, Krasso et alia castra, castella, possessiones, portiones, predia, allodia aliaque iura in regno Sclavonie, Croatie, Dalmatie existentia habita, portiones Locz et Damonya ac predium Keresthyen aliaque iura ad ecclesiam Cruciferorum Soproniensium pertinentia habita; oppidum Wywdwar cum pertinentiis in comitatu Zaladiensi in regno Hungarie existens; generaliter vero omnia alia castra, castella, oppida, possessiones, portiones iuraque possessionaria, allodia et predia ad prefatos prioratum Auranee, preceptoratum et conventum Cruciferorum de iure et ab antiquo spectantia et pertinere debentia in regno Hungarie aliisque regnis eidem subiectis, in quibuscunque comitatibus existentia, que tum infideles Thurci, tum vero christiani potentes hucusque potentia mediante aut qualitercunque aut quocunque titulo et preter omnem viam iuris occupassent, occupatasque tenerent in preiudicium et dampnum prefatorum prioratus Auranee conventusque et preceptoratus Cruciferorum manifestum. Qua huiusmodi protestatione facta, Maiestatem regiam a donatione, collatione, impignoratione, inscriptione aut alia qualibet alienatione eorundem bonorum et alios quoslibet

ad sese receptione, sibiipsisque statui factione, in dominium eorundem intromissione, occupatione, detentione, usu preterea et fructuum ac quarumlibet utilitatum perceptione et percipi factione, iudices regni ordinarios prothonotariosque eorundem, capitula et conventus et alia quelibet loca credibilia litterarum superinde extradatione et emanari factione quomodolibet iam factis vel fiendis publice et manifeste coram nobis inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo personis et nominibus, quibus supra, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria tertia proxima post festum beati Thome apostoli, anno Domini 1551.

Pozsonyi káptalani országos levéltár: Protocollum 9., fol. 44.

Közli: Bunyitay Vincze.

612.

Marosvásárhely, 1551 deczember 31.

A marosvásárhelyi országgyülés vallásügyi határozatai.

Articuli dominorum regnicolarum in generali eorum congregatione in Zekel-Wasarhel profesto circumcisionis Domini anno eiusdem 1552. constituti:

I. Quoniam a certis iam annis varie inter nos dissensiones propter religionem orte fuerant, ut autem eas uno consensu sedare possimus, opere pretium fore visum est nobis, ut inprimis quicquam de ipsa concluderemus.

II. Conclusum est, ut quemadmodum antea adhuc vivente condam reverendissimo domino episcopo Waradiensi conclusum erat, ita nunc quoque quilibet in fide sua, ipsi a Deo data et concessa permaneat, nec alter ab altero previa ratione infestetur; quod autem illustrissimus dominus Joannes Baptista Castaldus etc. etc. hanc constitutionem regni approbare dignetur, rogant domini regnicole.

III. Item conclusum est, ut cives civitatis Coloswariensis fratres ordinis sanctorum patrum Francisci et Dominici in priorem eorum locum ingredi libere patiantur, nec amplius tale quid sinistri citra constitutionem regni temptare contendant. Nam alioqui nolunt domini regnicole in hiis commissis vel committendis erroribus associari.

— — — — — — — — — — — — — — —

A bécsi cs. és kir. állami levéltár egykorú példányából *Szilágyi S.:* Erdélyi Országgyülési Emlékek, I. 382.

613.

1551.

Kapronczay Péter egri prépost, Révay Ferencz gyermekeinek nevelője kielégíttetvén, nyugtatványt ad.

1551. littere expeditorie Petri Paulini de Kaproncza prepositi Agriensis pro Francisco de Rewa super excontentatione eiusdem pro impensis, fatigiis in educatione et institutione filiorum ipsius Francisci de Rewa.

Kisselmeczen a Révay-levéltárból (Fasc. I. Nro. 21.) másolta Ábel Jenő.

614.

Szeged, 1551.

Nyereggyártó Mihály levele János fiához, a becskereki paphoz, melyben fiát a töröktől óva inti és családi dolgokról ír.

Köszönetemet és magham ajánlását írom mint én szerelmes fiamnak. Ez én mostani levelemben ezt írhatom theneked, hogy azt bizonynyal meghértettük és tudjuk is, hogy az töröknek minden szándéka és igyekezeti az, hogy az két várat meghszállja és meghvegye. Kit te, kérlek az úr Istenért is, hogy hallatlanná és tréfára ne végy; hanem kérlek az felséghes Istenért is, hogy tőlük magadat és házad népéth megóvjad, valamint leheth, hogy mind nekünk és mind magatoknak örökké való keserüséghet és siralmat ne szörözz. Továbbá az mi állapotunk felől ezt írhatom kegyelmednek, hogy még mi mindnyájan eghésségben és békével vagyunk mindazokkal, kiket kegyelmed mégh jelen lévén látotth. Annakutána írtam vala én teneked ennekelőtthe is, mely én levelemeth, ha neked meghadták, eleghet rajta nem czodalkozhatom, hogy sem leveled által, sem valamely követ által nekem semmit nem izenel, hanemha valami dologhért rejam haragod volna, akit bizonynyal nem akarnék, avagy embert nem találtál, kitűl avagy leveled által avagy izenet által az te állapatod felől és egyéb dolgok felől minketh bizonyossá thehettél volna. Továbba ezen is kérem kegyelmedeth, hogy ennekem megizenjed, hogy ha az Erzsébetnek ruha felől vagyon valami szükséghe, kirül én gondot akarok viselnem. Az úr Isten tarcza megh kegyelmedet mind házadnépével egyetemben nagy sok esztendeigh. Date Szeghedini a. D. 1551.

Nyereghgyártó Mihály
az the k. atyja.

Kívül: Ez levél adassék János papnak beczkereki hyű predikátornak nekem szerelmes fiamnak.

Egy negyedív papir egyik oldalán, zöld zárópecsétnyomóval. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1551. S. d. 65.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

615.

1551.

Oláh Tamás és Gosztonyi Leo, Oláh Miklós és Gosztonyi János püspökök unokaöcscsei, királyi birtokadományozásban részesülnek.

Thomas Olahus de Zazwaras ex fratre reverendissimi domini Nicolai Olahi episcopi Agriensis nepos, Leo Gozthon de Zelesthe ex fratre reverendissimi quondam Joannis de Gozthon episcopi ecclesie Albensis Transsylvane nepos, ex litteris anni 1551., quibus eis donantur omnia bona nobilis Stephani de Nagy Tarkany in comitatu Zemplin, Zabolch, Zathmar.

Budapesti egyetemi könyvtár: Kaprinay-kéziratgyüjtemény, XXVIII. in quarto, 191.

616.

Gyulafehérvár, 1551.

Gyarmathi Balassa Menyhért és társai biztosítják a gyulafehérvári káptalant, hogy Izabella királyné, mihelyt Fráter Györgygyel kiegyezik, viszszaadja enyedi kastélyukat.

Nos Melchior Balassa de Gyarmath comes comitatus Honthensis, Antonius Kendi de Radnoth, Joannes Kemény de Gyerő-Monostor, servitores et consiliarii sacre reginalis Maiestatis Hungarie etc., recognoscimus et fatemur per presentes, quod nos honorabiles dominos capitulum ecclesie Albensis Transylvanie, nomine et in persona dominorum regnicolarum trium nationum harum partium Transylvanarum in hoc assecurandos et certificandos esse duximus, quod Maiestas reginalis, domina nostra clementissima, castellum ipsorum Enyed appellatum, in comitatu Albensi habitum, quod nunc ob certos respectus et causas ad manus suas accepit, postquam tumultus inter Maiestatem eius serenissimam filiumque illustrissimum ac reverendissimum fratrem Georgium episcopum Waradiensem, thesaurarium etc. subsiderint, cessaverint et complanati fuerint, statim e manibus suis remittet eisdemque capitularibus plene et integre, sine qualibet solutione

et difficultate restituet. Datum in civitate Alba Julia,... anno Domini 1551.[1]

Szeredai: Notitia veteris et novi capituli ecclesiae Albensis Transylvaniae, 171.

617.

Debreczen, 1551.

Vitézlő Koppányi Mihály Ötvös Fábiánnak a debreczeni Csapó-utczán a kastély közelében a kolostorral szemben levő házát 70 forintért megvette.

Egregius Michael Koppanyi coram domino iudice Mathia Janosdiák et Philippo Pongorátz (!) notario civitatis fassus est se domum suam prope castellum in platea Csapó coram claustro sitam sibi a Fabiano Eötvös pro fl. 70 venditam et resignatam.

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 368.

Közli: Zsák I. Adolf.

618.

Debreczen, 1551.

A debreczeni tanács elhatározza, hogy reggel 10 óráig, míg a templomban az ájtatosságok véget nem érnek, senkinek sem szabad sem eladni, sem venni.

Senatus ita decrevit, ut dominicis diebus ad decimam usque horam, quoadusque piae ceremoniae in templo perficiuntur, nullus Debreczeniensium quidquam vendere... neque aliquid emere praesumat.

Debreczen város jegyzőkönyveiből, 348.

Közli: Zsák I. Adolf.

619.

1551 végén.

Patóchy Ferencz kéri Castaldot, hogy mivel a váradi püspök meghalt, a püspök által elfoglalt és az ő jogos tulajdonát képező Eperjest és bulcsi apátságot neki adassa vissza.

Illustrissime Domine... Supplico Dominationi V. Ill., ut *postquam mortuus est reverendissimus thesaurarius,* arcem meam Eperies, quam mihi superioribus mensibus prefatus thesaurarius occupaverat, restituere faciat, et nihil dubitet Dominatio V. Ill. quin (!) illam bene custodire, apparare et munire faciam. Tandem insuper rogo, ut apud sacram regiam Maiestatem, dominum nostrum clementissimum promovere velit, quod monasterium

[1] Ante primam diem Maii.

et beneficium Bwch, quod a serenissima regina Isabella pro quinque millibus florenis in pecunia numerata obtinueram, aut restituat, aut dicta summa per possessores ipsius beneficii mihi restituatur, quod regie Maiestati perpetuis meis servitiis fidelibus reservire studebo.

Ezalatt más kéztől: Videt Maiestas V. ex hac supplicatione, quod Franciscus Patochy ultra arcem Eperies, quam sibi restitui mandavi, spoliatus quoque fuerat ab episcopo Varadiensi quadam abbatia nomine Buch, pro cuius restitutione similiter supplicat. Expectabo super hoc mandatum Maiestatis V., que dignabitur aliquod responsum dare. Datum prout in litteris.

Egy félív papir egyik oldalán kelet és aláírás nélkül; hátán: Supplicatio Francisci Patochy. — *Bécsi cs. és k. házi stb. levéltár: Hung. 1543. S. D. 134.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

INDEX

NOMINUM, LOCORUM ET (MAGNA EX PARTE) RERUM

A PAG. 1—634.

(Numerus significat paginam.)

Abbreviationes: archid. = archidiaconus; can. = canonicus; civ. = civitas; com. = comitatus; conv. = conventus; eppatus. = episcopatus; eppus. = episcopus; fr. = frater; iudl. = iudex nobilium; opp. = oppidum; p. = pagus; par. = parochus; pleb. = plebanus; poss. = possessio; praed. = praedium; praep. = praepositus; s. = sanctus, vel sancta; ss. = sancti, vel sanctae; sanctissimus, vel sanctissima; sac. = sacerdos; v. = vide.

CORRIGENDA.

p. 25. supr. l. 3. *redigere* lege redire.
p. 35. s. l. 3. *eiusdem* lege eundem.
p. 35. s. l. 11. *expedien* lege expediens.
p. 45. inf. l. 3. *expediendum* lege expediens.
p. 50. inf. l. 6. *ex nobis* lege ex vobis.
p. 76. inf. l. 7. *consiliarorum* lege consiliariorum.
p. 78. s. l. 3. *angustissimo* lege augustissimo.
p. 78. s. l. 18. *in eadem* lege in eodem.
p. 82. in . l. 14. *es status* lege et status.
p. 123. supr. l. 12. *maudamus* lege mandamus.
p. 147. s. l. 8. *videlice* lege videlicet.
p. 178. inf. l. 8. *psorum* lege ipsorum.
p. 189. s. l. 15. *ingua* lege lingua.
p. 189. inf. l. 6. *im hac* lege in hac.
p. 207. inf. l. 5. *anni 1848* lege anni 1548.
p. 243. inf. l. 1. *iedem* lege eidem.
p. 253. inf. l. 12. *riteneretur* lege retinerentur.
p. 304. inf. l. 7. *de Bwsyu* lege de Bwsyn.
p. 313. inf. l. 17. *concedamus* lege concedemus.
p. 325. supr. l. 20. *Hungariae* lege Hungaricae.
p. 335. supr. l. 3. *ideoqne* lege ideoque.
p. 342. supr. l. 9. *Hungaria* lege Hungariae.
p. 345. inf. l. 5. *Joanne* lege Joanni.
p. 362. supr. l. 18. *iuscriptione* lege inscriptione.
p. 373. inf. l. 19. *II. Julius* lege III. Julius.
p. 401. inf. l. 1. *dedicti* lege deducti.
p. 402. supr. l. 4. *tollidis* lege tollendis.
p. 409. inf. l. 16. *quomodo nos* lege quomodo vos.
p. 441. inf. l. 1. *issione m* lege iniussionem.
p. 448. inf. l. 4. *dictis* lege dicti.
p. 478. supr. l. 8. *dare* lege dari.
p. 480. supr. l. 16. *cessorum* lege cessurum.
p. 485. inf. l. 8. *precipere* lege percipere.
p. 487. inf. l. 2. *cadem vestre r.* lege eadem vestra r.
p. 505. infr. l. 10. *valuntatem* lege voluntatem.
p. 516. supr. l. 16. *Nobis* lege Vobis.
p. 541. supr. l. 3. *estendit.* lege ostendit.
p. 544. supr. l. 19. *1441, junius* lege 1551, junius.
p. 596. infr. l. 1. *quoqeu* lege quoque.

STEPHANEUM NYOMDA R. T.
Budapest, VIII. kerület, Szentkirályi-utca 28a szám.